This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

E 130

TAYLOR INSTITUTION.

BEQUEATHED

TO THE UNIVERSITY

BY

ROBERT FINCH, M.A.

OF BALLIOL COLLEGE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

THEOPHANES.

VOLUMEN II.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXLI.

Digitized by Google

Digitized by Google

THEOPHANIS

CHRONOGRAPHIA.

EX RECENSIONE

IOANNIS CLASSENI.

VOLUMEN II.

PRAECEDIT

ANASTASII BIBLIOTHECARII HISTORIA ECCLESIASTICA

EX RECENSIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXLI.

Digitized by Google

TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY OF OXFORD
LIBRARY

Digitized by Google

ANASTASII
BIBLIOTHECARII
HISTORIA ECCLESIASTICA
SIVE CHRONOGRAPHIA TRIPERTITA.

EX RECOGNITIONE

IMMANUELIS BEKKERI.

Digitized by Google

Digitized by Google

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS ICT.

LECTORI

DE ANASTASII BIBLIOTHECARII

HISTORIA ECCLESIASTICA.

Historiam Ecclesiasticam Anastasii de Graecis Nicephori, Georgii Syncelli et Theophanis excerptam, nunc primum in lucem damus. quanti autem facienda sit historia haec non ignorant qui Theophanem Graece loquentem legerunt, qui non minore fide quam diligentia ea quae tam ad rem Romanam quam Byzantinam pertinent exequitur. hunc Anastasius pene totum non infelici successu in Latinum convertit. quod sane quisquis verum amat, infitias non ibit: nam et pleraque sunt in Theophane Graeco-barbara, quae viris etiam Graece doctissimis hodie negotium facesserent. cuius rei fidem facient glossaria nostra mixo-barbara, quae aliis quoque saeculi sequioris auctoribus interpretandis facem praeferre poterunt. quaedam esse barbara et eorum temporum infelicitatem redolentia in hac versione equidem non abnuerim: sed haec magis ineruditi saeculi vitia sunt quam scriptorum, quibus propositum erat monumentis suis posteritati prodesse, non Latinae linguae venustates et eloquentiae flores in sterili solo quaerere. quid autem in edendo Anastasio praestiterimus, breviter, lector, monendus es, Romanum igitur exemplar ad nos Roma transmissum beneficio Eminentissimi Cardinalis Francisci Barberini, litterarum parentis, et opera Lucae Holstenii, viri longe doctissimi, cum optimae notae codice contulimus, quem nobis celeberrima Thuana bibliotheca suppeditavit. huius ope foeda menda sustulimus, quae in Romanum codicem fortean exscriptoris vitio irrepserant, ut hoc quoque nomine praeclare de re publica litteraria meritus sit perillustris vir Iacobus Augustus Thuanus, in pri-

more regni curia praeses amplissimus, magni parentis magna soboles. sed et gratia habenda est illustrissimo et eximiae doctrinae viro D. Carolo de Monchal, archiepiscopo Tholosano, qui bibliothecam suam cum paucis comparandam doctis omnibus patere vult: codicem nempe manu descriptum nobis commodavit idem vir illustrissimus, cuius subsidio nonnulla sanavimus et pristino nitori restituimus. praeterea si quae erant subobscura in hac versione, ea Graeci codicis collatione et aliorum auctorum allatis locis illustravimus, ut omnino pauca sint quae mediocriter etiam eruditi non capiant, si cum Graecis comparare non graventur. ex glossariis autem nostris hunc fructum percipies, ut Graeco-barbara Latine et Latino-barbara Graece efferre possis. Vale.

Digitized by Google

TESTIMONIA DE ANASTASIO BIBLIOTHECARIO.

S. Anselmus Lucensis libro 2 contra Guibertum antipapam.

Anastasius S. ecclesiae Romanae bibliothecarius in chronica, quam de Graeco in Latinum sermonem transtulit, quamque ex vetustissimis chronicis Graecorum compilaverunt quidam Graeci dei cultores, Theophanes scilicet et Georgius, quos idem in eiusdem libri praefatione miris laudibus attollit, in eadem inquam chronica de imperio Anastasii sic inter cetera scribit.

Haec habentur in vita Ioannis VIII, quae inseritur Anastasio, post vitam Adriani II, in Regio codice.

In Galliam transitum faciens anno incarn. Dom. 879, 15 kal. Septemb., indict. 11, anno pontificatus sui in sacratissima sede B. Petri apostoli 6, apud Trecas, in praesentia domini Ludovici, Serenissimi regis, concilium permaximum celebravit. huius etiam temporibus floruit Anastasius Romanae ecclesiae bibliothecarius, qui tam Graeco quam Latino eloquio pollens septimam universalem synodum de Graeco in Latinum, ipso iubente transtulit. transtulit de Graeco etiam in Latinum Ierarchiam Dionysii Ariopagitae, Athenarum episcopi, scriptam ad Timotheum episcopum Ephesi, et direxit Karolo imperatori. transtulit etiam de Graeco in Latinum passionem S. Petri Alexandrini archiepiscopi, et passionem S. Acacii sociorumque eius, et vitam Ioannis eleemosynarii.

Digitized by Google

INCIPIT PRAEFATIO

ANASTASII

BIBLIOTHECARII SUMMAE AC APOSTOLICAE SEDIS.

AD IOANNEM DIACONEM URBIS ROMANAE.

Ecclesiasticam, Carissime frater et digne Christi Levita Ioannes, auctore deo scripturus historiam, exigis a me quaedam in Latinum stylum ex Graecis voluminibus transferenda, quo et ipsa quoque proposito inseras operi et intexas. his enim duabus linguis praecipue, quae in ecclesia gesta sunt, enarrantur. Ego vero propriam inscitiam et sermonis angustiam non ignorans, hoc agere tanto tempore merito recusavi, supra me videlicet ésse tam arduum conamen procul dubio ratus. sed quoniam ipse te propositum opus melius exsecuturum fore asseveras, si ea quae in Latinis codicibus inveniri non possunt, prius ex Graecorum fonte haurienda percipias, faciam deo propitio quod hortaris, praesertim cum dei sit quod agendum proponimus, et multis procul dubio causa profectus atque salutis. nec enim tibi tam caro tamque sapienti quicquam negare potero, qui profecto apostoli documento imbutus sapientibus et insipientibus debitor sum. verum quia praecipue necessarium arbitror ea quae a Theodosio principe iuniore in ecclesia gesta sunt enarrandi, ad cuius videlicet tempora Theodoritus, Socrates et Sozomenus, Eusebium Pamphili subsequentes, libros ecclesiasticae historiae texuerunt, operae pretium duxi ex Georgii summatim quaedam et Theophanis chronographia plura, sed succincte carpenda *), quorum prior usque ad Diocletianum, posterior vero usque ad Leonem qui post Michaelem imperavit, patrem scilicet Ignatii qui adhuc superest habenas Constanti-

*) carpendi?

Digitized by Google

nopolitanae tenens ecclesiae, praedicti operis sui stylum protraxit. qui autem sint isti breviter annotabo. horum igitur alter electa monastica vita mundoque contempto Christi se levi iugo et suavi sarcinae mancipavit. praeterea contra haereticos incessanti agone desudans, mundi principibus contra ecclesiae ritum saevientibus, multis verberibus diversisque poenis affectus est. sic ergo stigmata Christi in corpore suo portans, tam pro fidei suae constantia quam pro multarum virtutum insignibus sanctae memoriae Tarasii, regiae urbis praesulis, syncellus effectus est. sed ne multa prosequar, sufficere arbitror ad praeconium eius quod a sede approbatus sit apostolica, quando scilicet vicarii eius una cum trecentis quinquaginta patribus in Nicaea urbe secundo convenientes universalem synodum celebrarunt, siquidem et laus eius in eodem septimo et sancto concilio reperitur. porro de altero quid dicam? cum et eius conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis crucem suam tulerit, qualiterve secutus Christum, abbatis in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscaverit et confessor obierit, satis aperteque per Byzantium et circum quasque regiones, his qui prope et his qui longe sunt, clamet. sed et studia eius ad nos usque perlata, quis vel quantus vir iste fuerit solertibus manifestant. ex horum ergo chronographiae amoenissimo quaedam decerpam horto, quae amplissimae tui operis mensae obediens obsecutor apponam; quae nimirum contemnere non debes, sed inter tua saltem secundum sensus virtutem sine fastidio collocare, primo quia tuo sunt elicita frequenti prorsus hortatu, deinde quia inter crebras et assuetas delicias nonnunquam vilium escarum quasi delectabilium requiruntur edulia, tertio quia, donec propositae opus historiae per te ad perfectionem fuerit deo favente perductum, poterit forte nostrum esse desiderantibus aliquantisper in usum, et qui opima vestra consequi non valuerint, erunt interim his exilibus nostris utcunque contenti. huic sane operi ratum duxi beati Nicephori Constantinopolitani episcopi chronographiam proponere, ut scilicet et ex ea possis aliquantula carpere, et sicubi fortassis hac utendum iudicaveris, tuam non lateat omnino notitiam. obsecro autem caritatem tuam, quae omnia secundum apostolum suffert, et non quaerit quae sua sunt, — immo per me obsecrat universa Latinorum ecclesia ut sic scribendae a te inchoetur opus historiae, ut quae ab ipso Christi adventu in ecclesia gesta sunt et textu ecclesiasticae historiae non iudicantur indigna, nullo modo praetermittas, exceptis his forte quae Eusebius Theodoritus Socrates et Sozomenus scripsisse

Digitized by Google

noscuntur. verum quia quosdam horum mentitos in quibusdam fuisse et quaedam praetermisisse probatur, quemadmodum et sanctus papa Gregorius de Sozomeno apertissime scribit, obsecro mendacia eorum veris approbationibus arguas, et quae omiserunt nihilominus suppleas.

Accipe itaque hoc, carissime, incompositum opus, et nihil meum in hoc prorsus insertum praenosce. et si decessus mei debito praeventus propositum opus ego minus ad calcem perduxero, tu tamen id deperire minime patere, sed in quantum est, qualiter et ubi libuerit utere. porro si forte a me tibi aut ex Graeco transferri aut ex diversis Latinorum conscriptionibus, quae historiae tuae inseras, deflorari desideras, libenter tuis satisfaciam votis. tantum industria tua interim apostolice doctus in nomine domini opus, quod hortamur, arripiat, et quod imminentibus nobis proposuit, exsequatur. porro sic ego ex his duobus illustribus viris quaedam deflorare proposui, ut pene omnia, quae supra nominatis historiographis commemorata sunt, a me commemoranda non duxerim. ex civilibus autem gestis quaedam summatim excerpsi, quamvis a Iustiniano principe ac deinceps pauca omiserim eorum quae ab his chronographis relata sunt. non enim, ut praelatus beatissimus Theophanes se opinari testatur, modicae fructum utilitatis carpit qui priscorum relegit actus. oro autem omnium caritatem hanc editionem nostram legentium, ut si in ea proficuum quicquam invenerit, decentes gratiarum actiones deo, ex quo est omne bonum, devote persolvat, et pro nobis ineruditis et peccatoribus propter dominum orare ne pigeat. porro si quid inhoneste positum repererit, indisciplinationi nostrae hoc imputans veniam donet. gratum enim est deo et acceptum quod ei secundum vires offertur.

Explicit prologus. Incipit Chronographia tripartita.

Digitized by Google

CHRONOGRAPHIA BREVIS

BEATI NICEPHORI

CONSTANTINOPOLITANI EPISCOPI. *)

Adam cum esset annorum 230, genuit Seth; Seth factus ed. Graec.
annorum 205 genuit Enos; Enos cum esset annorum 190, p. 737
genuit Chainan; Chainan cum factus esset annorum 170, ge-
nuit Malalehel; Malalehel factus annorum 165 genuit Iareth;
Iareth factus annorum 162 genuit Enoch; Enoch factus an-
norum 162 genuit Mathusalam; Mathusalam factus annorum p. 738
157 genuit Lamech; Lamech factus annorum 180 genuit Noë;
Noë cum esset 500, genuit Sem Cham et Iafeth, et vixit us-
que ad diluvium per annos 100: anno enim 600 Noë dilu-
vium factum est.

Omnes igitur ab Adam usque ad diluvium pariter anni sunt, secundum Septuaginta duos 2262. quibus et veritas testimonium perhibet et priscae traditiones antiquitus in ecclesiis omnibus traditae.

Post diluvium autem Sem filius Noë factus annorum 100
genuit Arfaxad; Arfaxad factus annorum 135 genuit Kahinan;
Kahinan factus annorum 130 genuit Sala; Sala factus anno-
rum 130 gignit Heber; Heber factus annorum 133 gignit
Phalec; Phalec factus annorum 130 gignit Ragau. in diebus
autem Phalec divisa est terra; unde et nomen Phalec divi-
sionem Hebraeorum voce designat. et hic ante patrem suum
moritur, et huius tempore turris constructa est, atque mul-
tiplex vox est una prisca lingua effecta, et per singulas gen-
tes linguarum diversitas, quemadmodum divina scriptura di-
cit, patrata est. at vero post Phalech Ragau factus annorum
135 gignit Seruch; Seruch factus annorum 130 gignit Na-
chor; Nachor factus annorum 79 gignit Tharam; Thara fa- p. 739
ctus annorum 70 gignit Abraham.

*) Graece edita post Ge. Syncellum, p. Bonn. 737—788.

Digitized by Google

Simul ergo ab Adam usque Abraham, secundum Septuaginta, anni sunt 3324, a diluvio usque ad Abraham anni 1082.

Abraham 75 annum agens divino responso dignus efficitur; et a repromissione, quae facta est ad eum, usque ad exitum filiorum Israel per Moysen ex Aegypto fiunt anni 430, quemadmodum apostolus testatur, "testamentum" inquiens "confirmatum a deo, quae post 430 annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam repromissionem." et ipse in Exodo concinit Moyses in his quae ait: "habitatio autem filiorum Israel, qua habitaverant in Aegypto et in terra Chanaan, ipsi et patres eorum, anni sunt 430. per partes vero sic se habet: Abraham factus annorum 100 gignit Isaac; Isaac factus annorum 60 gignit Iacob; Iacob factus annorum 88 gignit Levi; Levi factus annorum 45 gignit Chaath; Chaath factus annorum 60 genuit Amram; Amram factus annorum 70 genuit Moysen; Moyses factus annorum 80 educit populum
p. 740 ex Aegypto. colliguntur vero omnes a primo quidem anno Abrahae usque ad exitum ex Aegypto anni 502, a diluvio autem anni 1587. at vero ab Adam, secundum Septuaginta, anni 3829, secundum alios autem 3698.

Porro post haec fit populi dux Moyses in heremo annos agens 40. Iesus Nave annos 27, secundum seniores annos 23.

Philistiim annos 8, Gothoniel ex tribu Iuda annos 40, Philistiim annos 18. post quos Aoth de tribu Ephraim annos 80, Philistiim annos 20, Deborra et Barach annos 40, Madianitae annos 7, Gedeon annos 40, Abimelech annos 3, Thola annos 23, Iaher annos 22, Ammanitae annos 18, Iephte an-
p. 741 nos 6, Esebon annos 7, Eglon annos 10, Labdon annos 8, Philistiim annos 40, Sampson annos 20, Heli sacerdos annos 20, Samuel et Saul annos 40, David regnavit annos 40.

Simul omnes ab exitu filiorum Israel usque ad David anni 630. Salomon annos 40, Roboam annos 17, Asa annos 40, Iosaphat annos 25. sub istis prophetabant Michaeas, Helias et Helisaeus.

Ioram annos 8, Ochozias annum 1, Godolia mater Ochoziae annos 7, Ioas annos 40, Amasias annos 28, Azarias, qui
p. 742 et Ochozias annos 52. sub his prophetabant Osee, Amos, Esaias, Ionas, Iohel.

Ionathan annos 16, Achaz annos 16, Ezechias annos 29, Manasses annos 55. sub hoc Byzantium aedificatum est.

Amos annos 12, Iosias annos 31, et cessatio principatus

Digitized by Google

annis 30 secundum Septuaginta, secundum Hebraicum vero annis 50. sub his prophetabant Hieremias Sophonias et Baruch.

Iachaz menses 3, Heliachim annos 12, Iechonias menses 3, Sedecias annos 11. hunc effossis oculis Nabuchodonosor rex captivum tulit, et templum incenditur post menses quinque a Nabuzarda, cum perdurasset, ex quo constructum est, annis 432.

Simul omnes ab initio regni Salomonis usque ad captivitatem anni 448.

Post captivitatem autem Iudaeorum in Babylonem et de- p.743
solationem loci anni 70, qui complentur secundo anno Darii Persarum regis, qui et populum a captivitate reduxit et templum Hierosolymis renovavit. primus Persarum regnavit Cyrus annis 30. Cambyses annis 2, Darius filius Hystaspi annis 37. huius anno secundo, ut iam dictum est, Hierosolymis renovatum est templum. fiunt ergo reliqui Darii anni 34.

Xerxes Darii annos 24, Artabanes menses 8, Artaxerxes Longimanus annos 41. sub hoc quae gesta sunt de Hester et Mardochaeo, facta narrantur. Xerxes alius menses 2, Sogdoanes menses 7, Darius alius annos 18, Artaxerxes Mnemon annos 40, Artaxerxes qui et Hochus annos 26, Arses Hochi annos 4, Darius Arsami annos 6.

Hoc perempto, et destructo Persarum principatu, Ale- p.744
xander Macedo regnavit annis 6, cum iam regnasset, antequam peremisset Darium, ut ferunt, annis 12. et mortuus est apud Babylonem annorum 35, ut autem alii perhibuerunt, 36. regnavit ergo annis 17, subegit autem barbarorum nationes viginti duas, et tribus Graecorum 13. et mortuus est in Perside regnans.

Fiunt itaque omnes simul ab Adam usque ad mortem Alexandri anni 5167.

Post mortem autem Alexandri Aegypti et Alexandriae primus rex fuit Ptolomaeus Lagi annis 40, Ptolomaeus Philadelphus annis 38. sub hoc sacri libri, qui apud Haebreos erant, in Graecam vocem translati et Alexandriae sunt sub Eleazaro pontifice bibliothecis reconditi. Ptolomaeus Euergetes annis 25, Ptolomaeus Philopator annis 17, Ptolomaeus Illustris annis 24. quae gesta sunt circa Machabaeos, sub isto facta sunt. Ptolomaeus Philometor annis 35, Ptolomaeus iunior annis 29, Ptolomaeus Physcon annis 17 mensi-
bus 6, Ptolomaeus Alexander annis 10, Ptolomaeus frater eius p. 745
annis 8, Ptolomaeus qui et Dionysus annis 30, Cleopatra Ptolomaei annis 22.

Digitized by Google

Tertio anno huius primus Romanorum principatum singulariter obtinuit Caius Iulius Caesar, a quo Caesares ceteri imperatores appellati sunt, quique regnavit annis 4 mensibus 7. post Iulium Romanis imperavit Caesar Octavianus Augustus annis 56 mensibus 6. hinc Antiocheni annos suos connumerant. hic decimoquinto anno imperii sui, Cleopatra perempta, Ptolomaeorum principatum destruxit, qui regnaverunt in Aegypto annis 195.

Fiunt ergo simul omnes ab Adam usque ad principium imperii Augusti secundum diligentiores chronographos anni 5457.

Augustus ergo, ut dictum est, imperavit annis 56 et mensibus 6. porro quadragesimo secundo anno imperii eius natus est secundum carnem ex sancta virgine ac dei genitrice Maria dominus noster Iesus Christus, qui est ante saecula deus, in Bethleem Iudae, 8 Calendas Ianuarias, quod est Choeac 29, id est Decembrio, die 25. Cyrinus autem per senatusconsultum missus in Iudaeam descriptiones fecit patrimoniorum et habitatorum.

p. 746 Fiunt itaque simul ab Adam usque ad incarnatam profectionem, id est humanationem domini nostri et salvatoris Iesu Christi, secundum omnem diligentiam, anni 5500.

Post Augustum Romanorum imperator tertius fuit Tiberius annis 23. decimo quinto autem anno imperii eius salutarem et evangelicam doctrinam inchoat dominus noster Iesus Christus. praeterea anno decimo octavo passus est in Hierusalem pro nobis salubrem passionem, 8 Calendarum Aprilium, Phamenoth 29, quod est Martio die 25.

Fiunt ergo simul ab Adam usque ad salutiferam passionem ac resurrectionem domini dei ac salvatoris nostri Iesu Christi anni 5533.

At vero post Tiberium Caius annis tribus, mensibus decem. occisus est in Palatio. Claudius mense uno. occisus est Romae. Nero annis 13 mensibus 8. fugiens vivum se ipsum obruit. hoc Nerone primo persecutionem commovente Petrus et Paulus Romae martyrizati sunt; et Iacobus frater domini, quem iustum omnes vocabant, a Iudaeis Hierosolymis lapidatus est. Otho mensibus 3. semet ipsum interemit.
p. 747 Vitellius mensibus octo. Vespasianus annis 9 mensibus 11 diebus 22. obiit in hortis Sallustianis. in secundo autem anno imperii huius factum est excidium Hierusalem a filio eius, post annos 35 ascensionis dominicae. Titus annis duobus mensibus duobus. occisus est in Palatio. Domitianus annis 15 mensibus 5. hoc persecutionem agitante Ioannes apo-

Digitized by Google

stolus datus est ad habitandum in Patmon insulam propter
Christi confessionem. post Domitiani vero mortem rediit
ab insula, et mansit Ephesi usque ad Traiani imperium.
Nerva anno uno mensibus 4. Traianus annis 19 mensibus 6.
sub hoc Ignatius deifer apud Romam suscepit martyrium,
bestiis traditus esca. Hadrianus annis 21. obiit in Bebeis
hydropicus factus. et iste destructa Hierosolyma Aeliam no-
minavit civitatem. Titus Antoninus, qui cognominatus est
Pius, cum filiis Aurelio Vero et Lucio, annis 22 mensibus 3.
Marcus Aurelius filius eius annis 19 mensibus 11. sub hoc
Iustinus philosophus martyrizatus est. Antoninus Verus annis
12. Commodus annis 13. Aelius Pertinax mensibus 6. occi- p. 748
sus est in Palatio. Severus annis 18. sub huius imperio Leo-
nides pater Origenis haeretici martyrizatus est, et Hippolytus
Romanus scriptor florebat, atque Gregorius miraculorum
effector et Clemens Alexandrinus. Antoninus filius Severi
annis 7. occisus est inter Baeon et Edessam. Macrinus anno
uno, occisus est. Antoninus Gabalus annis 4. occisus est
Romae. Alexander Mameas annis 13. occisus est in Mogon-
tiaco. Maximus annis 3. occisus est Aquileiae. Gordianus
annis 6. laqueo suspenditur in Africa. Philippus annis 7.
occisus est in hortis Tiberianis. Decius anno uno mensibus
3. occisus est in foro. sub hoc sanctus Babylas Antiochiae
martyrium sumpsit, et alii per diversa loca, necnon et apud
Ephesum septem pueri. Gallus et Volusianus anno uno et
mensibus 4. Valerianus et Galienus annis 15; ex quibus
quidem Valerianus occisus est in Perside, Galienus autem
Mediolani. Claudius anno uno mensibus 9. obiit in Sirmio. p. 749
Aurelianus annis 5. occisus est in novo carcere. Tacitus men-
sibus sex. occisus est in Ponto; sub quo sanctus Charito con-
fessor effectus est. Probus annis 6 mensibus 4. occisus est in
Sirmio. Carus una cum pueris Carino et Numeriano annis 2.
et Carus quidem in Mesopotamia moritur, Carinus autem occisus
est in civitate Numeria Thraciae. Diocletianus et Maximia-
nus annis 20. sub hoc sanctus Petrus Alexandrinus martyrio
coronatus est, et alii multi per omnem provinciam. Con-
stantinus magnus annis 31. vigesimo anno huius imperii facta
est prima sancta synodus 318 sanctorum patrum apud Ni-
caeam urbem Bithyniae, anno 318 a domini nostri Iesu Chrsti
inhumanatione, porro a pretiosa passione ac gloriosa resur-
rectione eius anno 285.

Fiunt ergo ab Adam usque ad Constantini magni mor-
tem anni 5836.

Moritur autem Constantinus annorum 65, ut aiunt, cum
regnasset annis 31, relinquens filios tres, Constantem videli-

Digitized by Google

cet, Constantinum et Constantium; et in seniori quidem Ro-
p. 750 ma Constantem imperatorem, in nova vero Roma Constan-
tinum, in Antiochia autem Constantium dimisit. hic fecit
consulatus decem. isti post Constantinum regnaverunt annis
29. Iulianus annis 2 et mense. occisus est in Perside. Io-
vianus mensibus 9. Valentinianus magnus et Valens frater
eius annis 10 mensibus 9. sub Valente martyrizatus est Do-
rotheus, esca traditus in venationem ab Arrianis. Gratianus
et Valentinianus iunior, filii Valentiniani, et cum eis Theodo-
sius magnus, annis 15. porro anno 2 huius imperii secunda
synodus 150 sanctorum patrum Constantinopoli facta est.
Arcadius et Honorius filii eius annis 13 mensibus 3. Theodosius
iunior annis 42 mensibus 2; sub quo Ephesi tertia synodus
200 sanctorum patrum facta est, et secunda, quae latrocina-
lis dicitur, cui praefuit Dioscorus impius. Martianus et Va-
lentinianus annis 29; sub quo Chalcedone quarta sancta syn-
p. 751 odus 630 sanctorum patrum facta est. Leo magnus annis
16. Leo minor, cum regnasset cum patre anno uno, mori-
tur. Zeno annis 17 cum Basilisco 2. Anastasius annis 27
mensibus 4. Iustinus Thrax annis 9 diebus 23. Iustinianus
magnus annis 38 diebus 7; sub quo Constantinopoli facta est
sancta synodus quinta. Iustinus nepos Iustiniani, annis 12
mensibus 10 diebus 20. septimo anno imperii huius comple-
tus est cyclus unus sancti paschae annorum 532, ex quo
dominus noster Iesus Christus crucifixus est, indictione 6,
anno a creatione mundi 5065.

Tiberius annis 5. Mauricius annis 20 mensibus 4. Pho-
cas annis octo, occisus est. Heraclius annis 31 una cum
filio suo. tertio anno imperii huius Persa Chosroes multam
partem Romanae rei publicae cepit, devastavitque Hieroso-
lymam, et venerabilia loca incendit, et populorum copias
captivavit una cum patriarcha Zacharia et pretiosis lignis,
et in Persidem duxit. anno autem eius 12 Chosroes Persa
p. 752 interemptus est, et captivitas revocata est, et vivifica crux in
suis restituta est locis rursus erectis. tunc et Saraceni orsi
sunt universitatis desolationem 6126 anno, indictione 7. Con-
stantinus filius eius annis 29. hic in Sicilia interfectus est;
sub quo plurima pars rei publicae a Saracenis desolata est.
Constantinus nepos Heraclii annis 17; sub quo Byzantium a
Saracenis devastatum est, et sexta synodus 13 anno eius fa-
cta est Constantinopoli. et contra Saracenos viriliter egit,
coercens eos ab impetu contra Romanos habito, hosque de-
terruit plurimum. Iustinianus filius eius annis 10. Leon-
tius annis 3. Tiberius, qui et Absimarus, annis 7. Iusti-
nianus secundus annis 6. Philippicus, qui et Bardanius, an-

Digitized by Google

nis 2. Anastasius, qui et Artemius, annis 2. Theodosius anno uno. Leo Isaurus annis 25 mensibus 2 diebus 14. Constantinus filius eius cum matre sua Heirene an- p. 753
nis 10 mensibus 2 diebus 2. horum anno 8 facta est synodus Nicaena secunda 350 sanctorum patrum. Constantinus solus annis 6 mensibus 4 diebus 8. Heirene mater eius annis 5 mensibus 2 diebus 7. Nicephorus annis 8 mensibus 9. occisus est in Bulgaria. Stauracius filius eius mensibus 8. Michael gener eius anno 1 mensibus 9 diebus 11. Leo Armenus annis 7 mensibus 5 diebus 15. occisus est in palatio, in templo sanctae dei genitricis. Michael alius annis 8. Theophilus filius eius annis 12 mensibus 3 diebus 20. Theodora uxor eius una cum filio Michaele annis 14 mense uno diebus 21. Michael solus annis 11 mense 1 diebus 9. occisus est in palatio S. Mamantis.

Collliguntur anni sicut inferius annotantur,

Ab Adam usque ad diluvium anni 2242, a diluvio vero p. 754
usque ad turrim Nebroth anni 525, a turre autem usque ad finem Abrahae anni 501. simul anni 3268.

Ceterum ab Abraam usque ad exitum filiorum Israel anni 430, praeterea ab exitu usque ad aedificationem templi domini anni 757, sane ab aedificatione templi usque ad captivitatem anni 425. pariter anni 4880.

Porro a captivitate usque ad Alexandrum anni 318, ab Alexandro vero usque ad Christum anni 313. simul anni 5511.

A Christo autem usque ad Constantinum magnum anni 318, et a Constantino usque ad Theophilum, indictione 5, anni 530, pariter anni 6348.

Digitized by Google

p. 755 GENEALOGIA

VALENTINIANI MAGNI *).

Hic gignit

Gratianum et Valentinianum imperatores, et | Gallam uxorem Theodosii magni.
ex quo | huius et Placillae.

Placida uxor Constantii | et Valentinianus, qui imperavit Romae. | Arcadius et Honorius.
ex quo | | Theodosius iunior. et Pulcheria.

Placidia uxor Olybrii imperatoris Romae. | et Eudocia, quam sumpsit Honoricus filius Gizerichi Regis Wandalorum. | Eudoxia uxor Valentiniani. | Placida et Eudocia.

Gen. Val. M. Valentinianus gignit Gratianum et Valentinianum Impp. et Gallam uxorem Theodosii M. Theodosius maior genuit Arcadium et Honorium Impp. et Placidiam uxorem Constantii. de Arcadio natus est Theodosius iunior et Pulcheria, quae fuit uxor Marciani Imp. de praedicto Constantio et Placidia natus est Valentinianus III. mater Theodosii iunioris Eudoxia illa fuit, quae Ioannem Chrysostomum exiliavit. uxor autem ipsius Theodosii Eudocia dicta est.

p. 756 QUAE FUERUNT AUGUSTAE ROMANORUM.

Theodora et Helena uxores Constantii, patris Constantini magni; Fausta uxor Constantini magni, Eusebia Constantii, Helena filia magni Constantini, uxor Iuliani praevaricatoris; Charito Iobiniani, Severa et Iusta uxores Valentiniani, Domnica Valentis, Galla et Placilla Theodosii magni, Eudoxia Arcadii, Eudocia Theodosii minoris, Pulcheria Marciani, Verina Leonis magni, Hareadne Zenonis, Euphemia Iustini,
p. 757 Theodora Iustiniani, Sophia Iustini, Anastasia Tiberii, Constantina Mauritii, Leontia Phocae; Flavia, quae et Eudocia, et Martina Heraclii Constantini, Heraclonae, Constantini, Iustiniani, Leontii, Apsimari, Iustiniani, Philippici, Artemii, Theodosii, Maria Leonis, Heirene Chazara Constantini, Maria et Eudocia. Heirene Athenaea Leonis, Maria et Theo-
p. 758 dote Constantini, Theophano Strauracii, Procopia Michaelis, Theodosia Leonis, Thecla et Euphrosyne Michaelis, Theodora Theophili, Eudocia Michaelis.

*) Cod. Thuanus.

Digitized by Google

p. 758
QUOTQUOT REGNAVERUNT

in decem tribubus Israel, ab annis Roboam filii Salomonis, regis Iuda in Samaria, usque ad transmigrationem decem tribuum in Assyrios, sub Ezechia rege Iuda.

Hieroboam servus Salomonis, qui unctus est ab Achia propheta eo quod declinaverit dominus eius ad alienigenas feminas et servierit harum diis, annos 22.

Adam filius eius, annos 2.

Baasa. hic dissipavit domum Hieroboam, annos 2.

Hela filius eius, sub quo Hiu propheta, annos 2.

Zabri filius eius, qui occidit eum, menses 7.

Ambri annos 12.

Achab filius eius, sub quo Helias propheta clausit caelum et sacerdotes Baal interfecit, annos 22.

Ochozias filius eius annos 2.

Ioran frater eius, quem occidit Hiu secundum verbum
p. 759 domini, sub quo Heliseus prophetavit, annos 12.

Hiu, qui unctus est a discipulo Helisei in dissipationem domus Achab secundum prophetiam Heliae, annos 28.

Hiochaz, quem Azana rex Syriae cepit, annos 17.

Ioas, sub quo Heliseus propheta victoriam adversus Assyrios praenunciavit et operabatur miracula, annos 17.

Hieroboam, sub quo Iona propheta, annos 41.

Zacharias, sub quo impleta est prophetia Helisei (repromisit enim per eum Hiu, pro eo quod operatus sit in domo Achab occisionem, usque ad quartam generationem ex ipso futurum qui imperaret Israël), menses 6.

Serus occiso Zacharia regnavit mense 1.

Manasses, qui occidit Serum, regnavit annis 12.

Facchias filius eius annos 10.

Facee filius Romeliae, sub quo Esaias et Nau prophetavit, annos 28.

Osia filius Heliae, qui occidit Facee, annos 9.

Sub hoc Salmanasar Assyriorum rex captivavit totam Samariam et regem ipsius et totam terram Israël absque Hierusalem ac duabus tribubus, Iuda scilicet et Beniamin, omnes Israël deducens captivos in terram Assyriorum, regnante in Hierusalem . . . . eos vero qui dicebautur Chyudsei ducens Assyrius de terra sua collocavit in terra Israël, in Samaria videlicet et reliquis urbibus quae a se fuerant desolatae, pro Israë-
litis, quos ceperat et trans- p. 760
tulerat in terram suam. illi autem terram Israël incolentes serviebant nihilomi-

Digitized by Google

nus et diis suis. iratus vero deus leones misit comesuros eos. quo comperto rex, qui illos transtulerat, causaque cognita, direxit eis unum ex captivis sacerdotibus Israël, qui secum erant, legem docturum. qui solum his quae a Moyse prolata sunt acceptis, serviebant deo, ab idolis et diis suis minime recedentes. et ab his sunt qui nunc Samaritae appellantur, Pentateuchum Moysi tantum recipientes et minime contentes Iudaeis.

Et quotquot summi sacerdotes fuerunt in Israël.

Aaron septimus ab Abraham duos filios dereliquit, Eleazar, et Ithamar.

Eleazar, sub quo defunctus est Moyses, et distributio terrae per sortes facta est a Iesu, et tabernaculum testimonii fixum est in eremo.

Phinees filius Eleasari, cum senioribus populorum iudicans, 3.

Abiud Mechiosi, 4.

Achito, sub quo Samuel, 5.

Heli ex Ithamar, 6.

Abiathar, qui cum David, 7.

p. 761 Iadoc de domo Eleazar, 8.

Achimaas Azaria Samariae, 9.

Azarias, qui propter zelum dei occisus est, 10.

Azarias, qui Ozan ab ingressu in sancta sanctorum prohibuit, 11.

Urias, qui apud Esaiam fidelis scribitur, 12.

Somnas nequam et luxuriosus sub Ezechia rege, 13.

Eleacin Sele, 14.

Chelcias, qui sub Iosia rege, 15.

Soreas, qui in captivitate Babyloniae, quem interfecit Nabuchodonosor, 16.

Iosodech, quem Ezechiel Sadoc nominat. hic erat Babyloniae in captivitate. 17.

Iesus filius eius, qui rediens templum aedificavit, 18.

Ioacin Eliasum, 19.

Iodohe, sub quo Neemias reaedificavit Ierusalem, 20.

Ioan, 21.

Iad sub Alexandri Macedonis regno, 22.

Onias Simon Deo amabilis, p. 762
23.

Eleazar, sub quo interpretatae sunt divinae scripturae sub Ptolomaeo, 24.

Manasses Onias, 25.

Simon filius eius, cuius meminit Iesus filius Sirach in sapientia sua, 26.

filii Simeonis tres, Onias Iason et Menelaus. isti invicem resistentes ab invicem periere; sub quibus et Antiochus mala peregit, interficiens Menelaum. 27.

Alcimus alienigena constitutus est ab Antiocho pro Menelao. 28.

Iudas Machabaeus et Ionathas et Simon fratres eius, 29.

Ioannes filius Simonis Machabaei, 30.

Aristobolus filius eius, qui et diadema regium sibi imposuit post Alexandram matrem suam, 31.

Ioannes, qui et Ioanneus, et Hyrcanus. hunc frater suus

Digitized by Google

expulit. Pompeius vero Romanus consul confugientem ad se Hyrcanum restituit, sub quo Iudaei Romanorum tributarii facti sunt. nam Aristobolus quidem vinctus missus est Romam a Pompeio, Hyrcanus vero captivus ductus est a Parthis; Antigonus autem Aristoboli et ipse interfectus est. 32.

Ananalus alienigena, qui constitutus est ab Herode, 33.

p. 763 Aristobolus. filius Hyrcani, quem interemit Herodes, gener alienigenae, 34.

Ananelus iterum secundo ab Herode constituitur, 35.

Simon Bochi, socer Herodis, 36.

Matthias Theophili 37.

Ioazar affinis Herodis, sub quo Christus natus est, 38.

Oleazar, Iesus, Osiae, Ioazar, 40.

Ananus, sub quo Christus manifestus coepit praedicationem et signa patrare. Anano vero Gratus Romanus deposito constituit alium, Hismahelum scilicet, 41.

Eleazar filius Anani, 42.

Simon Cayphas, et Ioseph gener Anani. per annum vero unum et solum summi sacerdotes, qui tunc erant, effecti sunt ab his qui sub Romanis gentem tenebant, cum venale factum fuerit pontificium. Caïphas itaque pontifex anni factus est quo passio Christi effecta est. hunc sane removet Vitellius magister militum Romanorum. 43.

Ionathes Anani, 44. p. 764

Theophilus frater eius quem deposuit Agrippas, 45.

Simon, 46.

Ionatham filius Anani sacerdotio denuo fungentis, 47.

Ionathas Helioneos, qui et Iosephus, 48.

Ananias, quem vinctum Quadratus Romam direxit, 49.

Ismahelus, 50.

Iosephus a Nerone constitutus, 51.

Ananias, qui occidit Iacobum fratrem Domini, cuique Paulus dixit "percutiet te deus, paries dealbate:" hunc secundus Agrippa removit, in obsidione vero Hierusalem occisus est a contribulibus, 52.

Iesus Damnaei, 53.

Iesus Gamaliel, 54.

Matthias, sub quo Romanum bellum inchoatum est, 55.

Phinees, qui, dum impugnaretur civitas Hierusalem a Romanis, promotus est a seditiosis; sub quo Titus capta urbe et templum incendit, 56.

Et qui fuerunt patriarchae in Hierusalem a Christo.

Iacobus frater domini annos praefuit 26.

Simeon Cleopas consobrinus eius et martyr annos 23.

Iustus annos 6. p. 765

Zacharias annos 4.

Tobias annos 4.

Beniamin annos 2.

Matthaeus annos 2.

Philippus annos 2.

Seneca annos 2.

Digitized by Google

Iustus annum 1.
Levi annos 4.
Effrem annos 4.
Ioseph annos 2.
Iudas annos 2.
Marcus annos 8.
Cassianus annos 5.
Maximus annos 4.
Iulianus annos 2.
Galanus annos 3.
Symmachus annos 2.
Caius annos 3.
Iulianus annos 4.
p. 766 Heli annos 2.
Capito annos 4.
Maximus annos 4.
Antoninus annos 5.
Valens annos 3.
Narcissus annos 4.
Dius annos 8.
Sermanio annos 4.
Gordias annos 5.
Narcissus secundus martyr annos 10.
Alexander martyr annos 15.
Mazabanes annos 21.
Himenaeus annos 23.
Zabdas annos 10.
Hermon annos 9.
Usque ad hos fuerunt ex paganis imperatores et ab eis persecutiones.

Et quot postquam Christiani facti sunt imperatores.

Macarius, qui in prima synodo, annos 20.
. . . . . Maximus annos 6.
p. 767 Cyrillus, qui pulsus est ab Arrianis. pro eo facti sunt tres, Arsenius Heraclius et Ilarius. et iterum revocatus a Gratiano in secunda synodo Constantinopoli est receptus. simul annos 42.
Ioannes annos 16.
Parillius annos 20.
Iuvenalis in duobus conciliis, Ephesino scilicet et Chalcedonensi, repertus annos 38.
Theodosius, qui eiectus a Marciano, et iterum Iuvenalis, annos 48.
Anastasius annos 18.
Salustius, sub quo Romanus episcopus se separavit propter unitorium Zenonis, annos 8.
Helias, qui expulsus est ab Anastasio imperatore, annos 23.
Ioannes annos 11.
Petrus, qui Iustiniano, annos 20.
*) Alexandrini . . . . . .
Usque nunc ex paganis Imperatores et persecutores. p. 7[illegible]

Et qui post magnum Constantinum imperatorem.

Achillas anno 1.
Alexander, qui in prima synodo, annis 23.
Athanasius Magnus annis 42.
Gregorius Arrianus annis 46.
Athanasius iterum, qui secundo exul effectus est ab ipso Constantino, annis 48.
Gregorius Arrianus annis 49.
Athanasius similiter tertio, qui

*) *Hic magna est lacuna errore librarii, decepti similitudine eiusdem nominis. desunt autem praeter postremos aliquot Hierosolymitanos Romani et Cpolitani episcopi, et prima pars Alexandrinorum. desunt etiam in Casinensi codice et duobus aliis manuscriptis. videndus Nicephorus.* FABROTUS.

Digitized by Google

episcopatum tenuit per omnes pariter, annis 46.
Petrus, qui in exilium deportatus est a Valente, anno 1.
Lucianus Arrianus annis 5.
Petrus secundo anno 1.
Timotheus, qui in secunda synodo, annis 8.
p.780 Theophilus annis 28.
Cyrillus, qui in synodo Ephesina contra Nestorium, annis 32.
Dioscorus, qui in secunda synodo Ephesina, et depositus est in synodo Chalcedonensi, annis 5.
Proterius, qui occisus est, annis 6.
Timotheus Helurus, qui in exilium missus est annis 2.
Timotheus, alias Leucus annis 5.
Timotheus iterum Helurus annis 2.
Timotheus Leucus annis 4.
Petrus Moggus anno 1.
Ioannes, qui eiectus est, annis 3.
Petrus secundo annis 6.
Athanasius annis 7.
Ioannes annis 9.
Ioannes alius annis 11.
Dioscorus annis 3.
Timotheus sub imperatore Iustiniano annis 17.
Gabinus anno 1.
Theodosius annis 2.
Paulus annis 2.
Zoelus annis 7.
p.781 Apollinarius annis 9.
Ioannes annis 11.
Eulogius annis 27.
Theodorus Scribo annis 2.
Ioannes Cyprius annis 10.
Georgius annis 14.
Cyrus annis 10.
Petrus annis 10.

Et qui fuerunt episcopi Antiochiae a Christo et apostolis.

Petrus apostolus annis . . . .
Euodius annis 23.
Ignatius deifer, qui martyrizatus est a Traiano, annis . . . .
Heron annis 20.
Cornelius annis 13.
Heros annis 26.
Theophilus annis 13.
Maximinus annis 13.
Serapion annis 29.
Asclepiades annis 9.
Philetus annis 8.
Zebenus annis 6. p. 782
Babylas, qui martyrizatus est a Decio, annis 8.
Fabius annis 9.
Demetrianus annis 4.
Paulus Samosateus, qui depositus est ut haereticus, annis 8.
Domnus annis 2.
Timeus annis 10.
Cyrillus annis 15.
Tyrannus annis 13.
Usque ad hunc ex gentilibus imperatores et persecutores.

Et hi sunt patriarchae post Christianos factos imperatores.

Vitalius annis 6.
Philogonius annis 9.
Paulus annis 5.
Eustachius, qui in prima synodo, qui et pulsus est ab Arrianis, annis 10.
post quem Arriani annis 6.
Eulalius annis 3.
Euphronius annis 8.
Phacillus, sub quo encaenia p. 783

Digitized by Google

magnae ecclesiae Antiochiae, annis 12.
Stephanus annis 3.
Leontius annis 8.
Eudoxius annis 2.
Meletius confessor a Valente pulsus annis 25.
Euzobius Arrianus annis....
Meletius iterum, quando convenit in secunda synodo, annis ....
Flavianus annis 22.
Porphyrius annis ....
Alexander annis ....
Ioannes, qui in tertia synodo Ephesi prius celebrata, annis 18.
Theodotus annis 4.
Domnus, qui in latrocinali secunda Ephesina synodo, annis 8.
Maximinus, qui in Chalcedonensi quarta synodo, quique eiectus est ob culpam, annis 4.
Basilius annis 3.
p. 784 Acacius, sub quo civitas cecidit, anno 1.
Martyrius annis 3.
Iulianus annis 5.
Petrus Fullo, qui sub Zenone eiectus est, annis 3.
Ioannes, qui post tertium mensem eiectus est, ...
Stephanus annis 3.
Stephanus alius anno 1.
Calandio annis 4.
Petrus Fullo secundo annis 3.
Palladius annis 10.
Flavianus, qui eiectus est ab Anastasio imperatore, annis 13.
Severus, qui eiectus est sub Iustiniano imperatore, annis 7.
Paulus sub eodem annis 17.
Euphrasius, qui in casu civitatis obrutus est, annis 5.
Euphemius, qui sub Iustiniano, annis 18.
Domnus annis 14.
Anastasius annis 11.
Gregorius annis 24.
Anastasius secundo annis 6.
Anastasius alius annis 9.

Hae sunt divinae scripturae, quae recipiuntur ab ecclesia et canonizantur, harumque versuum numerus, ut subiicitur. p. 785

Genesis, versus 4300.
Exodus, versus 2700.
Leviticus, versus 2700.
Numeri, versus 3502.
Deuteronomium, versus 3100.
Iesus, versus 2100.
Iudices et Ruth, versus 2450.
Regnorum primus et secundus, versus 2240.
Regnorum tertius et quartus, versus 2330.
Praetermissorum primus et secundus, versus 5500.
Hesdras primus et secundus, versus 5500.
liber Psalmorum, versus 5500.
Proverbia Salomonis, versus 1708.
Ecclesiastes, versus 750.
Cantica canticorum, versus 280.
Iob, versus 1800.
Esaias, versus 3800.
Hieremias, versus 4000.
Baruch, versus 700. p. 786
Ezechiel, versus 4000.
Daniel, versus 2000.
duodecim prophetae, versus 3800.

Digitized by Google

Simul veteris Testamenti sunt libri 22.

Hi autem sunt novi Testamenti.

Evangelium secundum Matthaeum, versus 2500.
Evangelium secundum Marcum, versus 2000.
Evangelium secundum Lucam, versus 2600.
Evangelium secundum Ioannem, versus 2300.
Actus apostolorum, versus 2800.
Pauli apostoli epistolae quatuordecim, versus 5300.
Catholicae epistolae Iacobi una, Petri duae, Ioannis tres, Iudae una. simul septem, versus vero 1300.
Simul veteris quidem Testamenti libri 22 et novi 7, ut supra monstratum est.

Et qui veteris sunt, quibus contradicitur, et non recipiuntur ab ecclesia.

Machabaici tres, versus 7300.
Sapientia Salomonis, versus 1100.
Sapientia Iesu Sirach, versus 2800.
Psalmi et Cantica Salomonis, versus 2102.
p. 787 Hester, versus 308.
Iudit, versus 1700.
Susanna, versus 500.
Tobet et Tobias, versus 700.

Et quibus novi contradicitur.

Apocalypsis Ioannis, versus 1500.
Apocalypsis Petri, versus 4800.
Barnabae epistola, versus 1306.
Evangelium secundum Hebraeos, versus 2200.

Et quae sunt apocrifa veteris.

Enoch, versus 1500.
Patriarchae, versus 4800.
Oratio Ioseph, versus 5100.
Testamentum Moysi, versus 1100.
Assumptio Moysi, versus 4100.
Abraham, versus 300.
Elab et Modad, versus 200.
Heliae prophetia, versus 316.
Sophoniae prophetia, versus 600.
Zachariae patris Ioannis, versus 500.
Baruch, Ambacum, Ezechielis et Danielis falsa scripta.

Et quae novi sunt apocrifa.

Itinerarium Pauli, versus 3600.
Itinerarium Petri, versus 2800.
Itinerarium Ioannis, versus p. 788
2500.
Itinerarium Thomae, versus 1600.
Evangelium secundum Thomam, versus 1300.
Doctrina apostolorum, versus 200.
Clementis versus 2600.
Ignatii et Polycarpi, Pastoris et Hermae.

Digitized by Google

ABHINC EXCERPTIO

ex Chronographia Georgii.

Syncelli Pompeius bello Hierosolyma percepta, Aristobulum qui-
p. Bonn. dem vinctum cum filiis Alexandro et Antigono tenebat, Ro-
566 11 mam properans triumphaturus, et aliarum quoque gentium
reges et duces. Hyrcano autem huius fratri summo com-
misso pontificio, tributarios statuit Romanis Iudaeos. qui
p. 567 Romam victor ingressus amicitia iungitur C. Iulio Caesari,
qui creatus contra Gallos et Britannos praetor dirigitur, ma-
gnisque praeliis per annos decem Gallos et Britannos Roma-
nis tributarios fecit; qui quingentas civitates possidebant, ut
p. 568 8 Plutarchus scribit Chaeronensis philosophus. tunc Crassus
succedens Gabinio Syriacum obtinuit principatum, et contra
Parthos, id est Persas, exercitum movit. porro Antipater
amicos sibi ubique Romanorum potentes muneribus et aliis
obsequiis faciebat. inter quos et Hareth Arabum, id est Sa-
racenorum, regi valida sociatus est amicitia, propter matri-
monium insignis uxoris Arabicae Cypridis, ex qua filios ha-
buit quatuor, Phasailum videlicet et Herodem, qui rex post
Hyrcanum extitit Hebraeorum primus alienigena, et tertium
Iosephum, et Pheroran quartum, iam tum Arabibus Iudaeo-
rum, sicut nunc Christianorum, legitima confundentibus.

p. 569 18 Pompeius igitur Hyrcano summum pontificium robora-
vit, et ipse Romanis Iudaeos tributarios statuit. idem ipse
Antipatrum alienigenam, Herodis filium, et patrem Palaesti-
p. 572 21 nae ordinavit procuratorem. at vero C. Iulius Caesar Ro-
mam rediens omni parti Pompeii pepercit, de qua erat Ci-
cero Brutus et Cassius, consulumque principatum destruxit.
p. 573 13 tumque Antonius Cleopatrae Arabiam tradidit.

p. 574 Romanorum C. Iulius Caesar primus monarchus habe-
tur. mundi anno 5454 C. Iulius Caesar veniens in Iudaeam
post Pompeii mortem ab Aegypto, roborat summum ponti-
ficium Hyrcano, et Antipatro potentatus divisionem dat; qui
dolo Bruti et Cassii occiditur, non ferentium Pompeii per-
emptionem neque consulum depositionem. huius heres ad-
p. 575 optatus erat Octavianus Caesar, filius Attiae sororis eius et
Octavii. dein parata victoria venientes Romam Augustus et
Antonius dividunt cum Helpidio tripliciter totum Romano-
rum principatum, et ut ita dixerim, totius orbis terrarum;
et Augustus quidem Europam sortitur usque ad occiduum
Oceanum, Helpidius autem quae circa Libyam sunt omnia,
porro Antonius totam Asiam.

Digitized by Google

Secundus Romanorum monarchus Caesar Octavianus, p. 577
qui et Augustus appellatus est. a creatione mundi usque
ad initium tertii Augusti Caesaris anni, in quo et indictio
promulgata est, sicuti beatus Maximus in sermone suo de
pascha testatur, anni sunt 5460. Cicero rhetor et senator
Caïetis Italiae interemptus est; ut autem alii aiunt, veneno
sese necavit.

Principatus eorum septem qui apud Pergamum impe- p. 578
raverunt cessavit, cum perdurasset 154 annis.

Sicut in quibusdam Latinis editionibus fertur, ab Ale- p. 587
xandro usque ad Augusti tempora fuerunt anni plus mi-
nus 300.

Iudaeorum primus rex alienigena Herodes fuit annis 37. p. 589 15
qui Ananilum quendam, Iudaeorum qui in Babylone erant
summum pontificem, accersiens in Hierusalem summum pon-
tificem constituit. et hoc electo post modicum constituit
Aristobulum summum pontificem, fratrem uxoris suae, filium
Hyrcani. et hoc interempto rursus Ananilum post annum
provexit.

Anno mundi 5500 devoluto et 5501 incipiente facta est p. 590
incarnatio domini et salvatoris nostri Iesu Christi, mense se-
cundum Romanos Martio, die 25, secundum divinam editio-
nem, quae per Moysen prolata est, prima die mensis Nisan,
qui apud Hebraeos primus creatus est, qua Gabriel archan-
gelus ei, quae vere est ac proprie dei genitrix, totius mundi
gaudii obtulit evangelia. sic enim et vivificae resurrectionis
eius dies eadem prima mensis die concurrit secundum apo-
stolicas traditiones.

Augustus pontifex maximus decretus est. Herodes pri- p. 594 4
scam Samariam, cum esset deserta, a fundamentis erexit, Se- p. 594 14
basten in honorem Caesaris nominans. Herodes templum
quod Hierosolymis erat duplex reaedificavit. Herodes pri- p. 595 1
scam Stratonis turrim Caesaream in honorem Caesaris su-
peraedificans nominavit. idem ipse Iudaeorum legisperitos p. 595 11
occidit et scriptas genealogias incendit.

Mundi anno 5500, divinae vero incarnationis anno 1, p. 598 12
pastor bonus pastores primos ad ineffabilium visionem et au-
ditionem per angelos invitavit.

Mundi annus erat 5501, Sextus Pythagoreus philosophus p. 599
florebat. Iudas Galilaeus adversus Romanos simultates age-
re hortabatur Iudaeos propter descriptionem. Herodes mor-
tuus est, cum vixisset annis 70; qui Iudaeis inique impera-
vit annis 37. sub quo et prophetia Iacob adimpleta est.

Digitized by Google

hic primus alienigena praefuit Iudaeis, cum esset Idumaeus Arabs. idem ipse primus alienigenam Iudaeis pontificem constituit Ananilum.

p. 600 1 Iudaeorum secundus alienigena Archelaus filius Herodis, cuius anno 9, mundi vero 5506, Augustus Archelaum quidem, filium Herodis, Iudaeorum gentis principem statuit, alios autem fratres eius quatuor, Herodem scilicet homonymum patri, et Antipatrum avo aequivocum Lysaniamque et Philippum tetrarchas exhibuit.

p. 602 Mundi anno 5513, divinae incarnationis anno 13, sub Caesare Augusto sapientes insignes erant Virgilius, Salustius, Livius, Hortensius, Terentius, Horatius, Athenodorus Tarseus et Sitio Alexandrinus. idem vero Augustus habitatoribus Romanae urbis per facies dinumeratis invenit virorum habitantium eam 131037.

p. 604 Mundi anno 5520 incarnationis divinae annus 20 agebatur, quam Matthaeus Lucasque describunt, Matthaeus quidem regiam ex David per Salomonem, Lucas vero ex eodem David per Natham eius filium referens.

p. 605 14 Tiberius tertius monarchus Pontium Pilatum praesidem Iudeae direxit.

p. 606 Mundi anno 5532, divinae incarnationis 32, Ioannem Baptistam, dum ab omnibus ut propheta honoraretur, timens Herodes filius Herodis, ut Iosephus dicit, peremit; ut autem verius evangelista refert, eo quod redargueret eum propter Herodiadem.

Mundi anno 5533, divinae incarnationis 33, dominus noster Iesus Christus post signa multa et suae divinitatis revelata mysteria, sponte ad passionem accessit, et crucifigitur feria sexta, hora sexta, Martii mensis die 23, consulatu Neronis 3. et resurgit Martii die 25, cum illucesceret dominicus dies, 8 Calend. Aprilium, prima die primi mensis, qui Nisan, id est Martius mensis, nominatur apud Hebraeos et Christianos. de qua dicitur "in principio fecit deus caelum et terram" et rursus "hic est liber generationis caeli et terrae, in die qua fecit deus caelum et terram." qua ergo die mundus creatus est, ea Christus conceptus, et ea ex mortuis resurrexit.

p. 614 *Eusebii Pamphili de hoc ipso.* Iesus Christus, filius dei et dominus noster, secundum prophetias, quae de ipso sunt, ad passionem properat anno nonodecimo imperii Tiberii, secundum quod tempus, sicut etiam in aliis gentilium reperitur historiis, per singulas dictiones, quae acta sunt, enarrabimus. nam sol defecit, Bithynia mota est, plurima Nicaenae

Digitized by Google

urbis ceciderunt; quae omnia concinunt his quae circa pas-
sionem salvatoris nostri evenerunt. scribens autem et Phlego,
qui Olympiadas super ipsis enumerat, in decimotertio ser-
mone eisdem verbis asserit haec. "porro quarto anno du-
centesimae secundae Olympiadis facta est defectio solis ma-
xima, et nox hora sexta diei facta est, ita ut etiam stellae
in caelo parerent. terrae motus etiam magnus in Bithynia
factus plurima Nicaeae subvertit."

Mundi anno 5534, divinae incarnationis anno 34. prima p. 619
die huius anni, Martii mensis die 25, dominus noster ex mor-
tuis tertio die surrexit; quadragesimo vero die resurrectio-
nis suae, id est mense Maio die tertio, assumptus misit apo-
stolis spiritum suum paraclitum in sancta pentecoste. cete- p. 620
rum, ut Clemens scribit, Iacobo Iusto et Ioanni ac Petro
post resurrectionem tradidit scientiam dominus, et isti cete-
ris tradiderunt, ceteri vero apostoli septuaginta. eisdem
diebus discipuli interrogaverunt dominum in monte oliveti,
si in tempore hoc restitueret regnum Israel. eodem anno
Iacobus frater domini primus episcopus Hierosolymorum or-
dinatur. duo Iacobi erant, frater domini, filius existens Io-
seph, qui dicebatur Iustus, de quo etiam Paulus ait "alium
autem apostolorum vidi neminem nisi Iacobum fratrem do-
mini;" qui de pinnaculo iactatus a Iudaeis ligno fullonis sau-
ciatus moritur. et alter qui capite truncatus est, frater vi-
delicet Ioannis deiloqui.

Iudaeis tertius alienigena praefuit Herodes filius Hero- p. 621
dis, cuius tempore Pilatus, post simultatem Iudaeorum pro-
pter imagines Caesaris, corbonam, id est sacrum thesaurum,
in aquarum advectionem consumpsit, et rursus simultates
agere compulit. idem ipse Pilatus Tiberio de Christo refe-
rens commovit eum ad amorem dogmatis et fidei Chri-
stianae.

Mundi anno 5535, divinae incarnationis 35, Petrus et p. 622
Ioannes in templum ascendentes claudum a nativitate cura-
verunt.

Mundi anno 5536 de Anania et Saphira Hierusalem per
Petrum miraculum factum est, et Thaddaeus ad civitatem
Edessam mittitur, quae universa usque nunc sine manu fa-
ctum dominicum characterem colit.

Mundi anno 5537, divinae incarnationis 37, persecutione p. 623
mota fidelium multi dispersi sunt. Stephanus protomartyr
et protodiaconus lapidibus est occisus. Simon magus a Phi-
lippo, uno ex septem diaconibus, in Samariam descendente
callide baptizatus est. unde et hi qui ab ipso usque modo

Digitized by Google

baptizari simulantur, penitus sunt a divinis mandatis et dogmatibus alieni, non suscipientes de resurrectione verbum, neque visibilem mundum dei esse dicentes, omnemque abominabilem turpemque operationem sectantes. his quidem miseris patrem se vocandum tradidit, imaginemque Iovis factam nomine adorandam; Helenam autem meretricem, quae cum ipso erat, pro Athena docuit adorari. porro Iudaeis Christum se dicebat esse, et non patrem. Pontius Pilatus sub C. Caesare, quarto imperatore Romanorum, qui dicebatur Caligula, in diversas aerumnas incidens, ut Romanorum aiunt historiographi, sui ipsius factus est interfector. hic et Iulium Canum, unum ex Stoicis philosophis, interfecit.

p. 625 Mundi anno 5539, divinae incarnationis anno 39, Agrippa, qui et Herodes, Herodis filius, Iudaeorum quartus alienigena rex, cum sub Tib. Caesare fuisset costodiae mancipatus propter accusationes adversus patrem prolatas, deinde a vinculis dimissus, a C. Caesare rex Iudaeorum transmittitur. Herodes autem, huius pater, apud Lugdunum Galliae civitatem exilio relegatus extrema egestate una cum Herodiade adultera moritur. puellam vero, quae saltaverat in decollatione Ioan-
p. 626 18 nis Baptistae, vivam terra glutivit. his temporibus Philippus, unus ex septem diaconibus, resistebat Simoni de vico Gitio Samariae, qui etiam dicitur primus ex gentibus eunuchum Aethiopem baptizasse.

p. 627 Mundi anno 5540, divinae incarnationis anno 40, Petrus princeps apostolorum, Antiochena fundata primo ecclesia, Romam pergit evangelium praedicaturus, ubi primus usque ad finem suum ecclesiae praefuit. praeterea primam epistolam suam, quae de catholicis est, a Roma misit, ut Eusebius scribit, et Marcum evangelistam, qui tunc Romanis petentibus exposuerat evangelium, ut Clemens et Papias Hieropolitanus episcopus perhibent. alii sane hanc ab Ioppe missam existimant. hoc quoque tempore Pauli et Silae iter in Derbe et Listris agitur, in Phrygia quoque ac Isauria et Cilicia et Galatia simul et Troade. Pauli rursus et Marci acta, quae Philippis ac Thessalonicae et Berae gessere, narrantur.
p. 628 Paulus item Ephesi et Cenchreis, Caesareae quoque et Antiochiae, in Italia et Phrygia laboravit. Pauli actus, quos Ephesi proprie gessit. Paulus, quae Troade ac Mileti gessit, Ephesiis commendavit. quae in Hierusalem a Iudaeis gesta sunt contra Paulum. Paulique Caesariae contra Felicem et Drusillam. item Pauli quae Caesariae gesserit, vel Iudaei adversus ipsum. Marcus evangelista Aegypto et Alexandriae salutare verbum evangelizabat. Antiochenae ecclesiae primus episcopus Euodius fuit annis viginti.

Digitized by Google

Mundi anno 5540, divinae incarnationis 40, Claudius imperat, Agabi prophetia fame per orbem facta completur. Claudius cives Romanae urbis describens invenit sexies mille p. 629
millia 941.

Mundi anno 5546, divinae incarnationis anno 46, in die- p. 630
bus Azymorum dissensione facta in Hierusalem conculcati circa portarum exitus Iudaei periere circa 30 milia. tunc et apud Athenienses suprascripta est ara, *ignoto deo.*

Iustini philosophi et martyris, de sermone primo ad Antoninum imperatorem pro Christianis. post ascensionem domini in caelo proposuerunt homines daemones quosdam dicentes se esse deos; qui non solum minime repulsi sunt a vobis, sed meruerunt honores. Simonem quendam Samaritanum, qui fuit de castello quod dicebatur Gitio, qui sub Claudio Caesare per operantem daemonum artem virtutes magicas faciens in urbe vestra regia Roma deus existimabatur, et sta- p. 631
tua a vobis ut deus honoratur in Tiberi flumine inter duos pontes, habens superscriptionem Latinam hanc "*Simoni deo sancto.*" et pene omnes quidem Samaritani, pauci autem etiam in aliis gentibus, tanquam primum deum illum confitentes adorant.

Mundi anno 5550, divinae incarnationis anno 50, Claudius imperat. Apollonius ex Tyanensibus Italiae Pythagori- p. 632
cus philosophus pollet, ita ut hunc ipso quoque Pythagora Philostratus et alii acrioris ingenii fuisse describant. his temporibus visa est avis illa Phoenix, quemadmodum scribunt Aegyptii, quae ante 654 annos apparuerat. et Dexippus in hoc concordat.

Mundi anno 5553, Nerone imperante, divinus ei aposto- p. 637 6
lus secundo est praesentatus. denique primo cum Nero mitior adhuc erga Christianum dogma teneretur, audiens rationem eius dimisit illum spiritu dispensante ad perficiendam praedicationem. secundo vero ipse se postulavit a Caesaria Palaestinae mittendum ad Caesarem, et ita demum Neroni astitit et martyrium sumpsit. unde Iudaei cum vidissent quod in hunc insidias occidendi perficere nequivissent, ad Iacobum fratrem domini perimendum conversi sunt.

Mundi anno 5563, divinae incarnationis anno 63, Nero p. 644
imperat, qui super omnia infortunia sua primam contra Christianos persecutionem monstravit, cum videlicet Petrus et Paulus divini apostoli pro Christo martyrii sunt agone coronati, unus quidem deorsum capite, ut ipse sibi elegit, suspensus, alter vero capite sancto truncatus. de quibus Tertullianus Romanus scriptor haec inter cetera refert. "hic

Digitized by Google

ergo impugnator dei in primordiis praedicatus in apostolorum occisiones elatus est: nam Paulus apud urbem Romam capite truncatus, Petrus autem eculeo est suspensus." quam historiam credibilem reddit Pauli Petrique narratio, quae usque in praesens in coemeteriis illic positis retinetur. his etiam Caius historicus, vir ecclesiasticus, similia scribit, qui cum Zephyrino episcopo Romano adversus quendam Proculum Cataphrygam disputans dicit "ego tropaea apostolorum
p. 645 habeo, quae ostendam: si enim volueris pergere via regali quae ad Vaticanum ducit, aut ad viam Hostiensem, invenies tropaea eorum qui hanc stabilierunt ecclesiam." his consona et Dionysius Corinthius scribit, indicans quod per idem tempus martyrizati fuerunt, ita dicens "sed et vos habentes commotionem a Petro et Paulo plantationem Romanae et Corinthiorum ecclesiae coniunxistis. etenim simul advenientes et in nostra Corinthiorum ecclesia docuerunt et per omnem Italiam, atque in hac urbe simul docentes etiam martyrio uno eodemque tempore coronati sunt." secundum idem tempus sub Nerone pollebant Romae poetae Lucanus, Ovidius, satyrici Iuvenalis et Persius, Senecaque tragicus, Musonius atque Plutarchus philosophi. Romanorum ecclesiae post Petrum summum Linus extitit praesul.

Mundi anno 5565, divinae incarnationis anno 65, Nerone turpiter vita soluto septimus Vespasianus a militibus apud Iudaeam imperator Romanorum appellatus est. apud Italiam vero Galba Hiberiae praetor veniens Romam imperat mensibus septem; quem Otho unus ex senioribus interficiens imperat Romae mensibus tribus; quo Vitellius occiso impe-
p. 646 rat mensibus octo. hic Sabinum fratrem Vespasiani timore in Capitolium fugientem in templo Iovis peremit et templum subvertit. verum ipse a Domitiano iuniore Vespasiani filio protinus interfectus est. Tito namque seniore filio ad debellandos Iudaeos derelicto, Vespasianus in Graeciam venit gaudens, ut Graeci fatentur, in his quae audiebat a Tyanensi Apollonio de tempore imperii ac ceteris bonis fortioris, loquens cum eo apud Aegyptum, ab Indis et Brachmanis ac gymnosophistis illic degentibus redeunte. cum ergo venisset in Helladem, cepit refugas civitates. denique Romam profectus imperavit ornate, Neroni resistens, et substantias ac iura revocans urbis.

Mundi anno 5566, divinae incarnationis anno 66, Antiochiae Ignatius episcopus deifer habetur. igitur primus alienigenarum rex Iudaeorum Herodes fuit, qui pueros in-
p. 648 terfecit, annis 37; Archelaus filius eius annis 9; Herodes frater eius annis 24; Agrippa, qui et Herodes, filius Herodis,

Digitized by Google

qui esca vermibus est factus, annis 7; Agrippa filius eius, qui minor dicebatur, annis 23; ad quem usque ab alienigenis detentum regnum Iudaeorum perduravit annos 100 a primo Herode.

Mundi anno 5575, divinae incarnationis anno 75, Vesu- p. 649
vius mons sub Tito Vespasiani filio in vertice scissus ignem emisit, adeo ut incenderetur adiacens regio cum civitatibus. Domitianus eunuchisari viros iussit, et uxorem nuncupari Augustam; qui post Neronem secundus persecutionem intulit p. 650
Christianis, quorum multi martyrio coronati sunt, ut Bretius scribit; inter quos et Flavia Domicilla, consobrina Clementis Flavii consularis, ut Christiana fugatur, ipseque Clemens pro Christo perimitur. huius autem Stephanus quidam ex libertis, circa Clementem dominum suum amoris affectu detentus, insidiis Domitianum peremit; unde honore a senatu dignus effectus est, eo quod a maximo malo Romanos eruerit.

Mundi anno 5578, divinae incarnationis anno 78, quar- p. 651 8
tus post summum Petrum Romanae praeest ecclesiae Clemens, cuius et apostolus in epistola ad Philippenses secunda meminit dicens "cum Clemente et ceteris cooperatoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitae." huius epistola fertur ad Corinthios missa, quam tota recipit, ut Egesippus testatur, ecclesia. Romae quoque sub Evaristo papa divinitus signa multa, et per totum orbem, effecta sunt.

Mundi anno 5589, divinae incarnationis 89, Nerva vir p. 654 1
mitis sapienter imperium moderatur.

Mundi anno 5590, divinae incarnationis 90, Traianus p. 655
imperat. Iustus Tiberiensis Iudaeus conscriptor agnoscitur. Tertullianus historice narrat Plinium Secundum quarundam provinciarum gerere praesidatum, et morte plurimos affici Christianos, super quibus haesitans quid esset agendum, Traiano suggerit nil eos morte gerere dignum, nisi quod idolis non immolarent et Christum veluti deum ante lucem surgentes laudarent, a malis omnibus abstinentes. ad quem Traianus rescribit Christianos nullatenus inquirendos.

Mundi anno 5596, divinae incarnationis anno 96, Ioan- p. 656 14
nem deiloquum et apostolum Eirenaeus et alii scribunt superstitem usque ad tempora permansisse Traiani, cum quibus Papias Hieropolitanus et Polycarpus Smyrnae episcopus auditores eius fuisse noscuntur.

Mundi anno 5600, divinae incarnationis anno centesimo, p. 657 9
Traianus Lysio Quinto Iudaeos a Mesopotamia seditiones fa-

Digitized by Google

cientes iussit auferri. at ille pluribus Iudaeorum milibus tru-
cidatis praeses Iudaeae propterea constituitur.

p.658 Mundi anno 5609, divinae incarnationis anno 109, Ae-
lius Adrianus imperans, Quadrato apostolorum auditori et
Aristidi Atheniensi philosopho pro Christianis sibi scribenti-
bus, necnon et Serennio clarissimo duci scribenti iniustum
fore sine iudicio Christianos occidi, scribit Minutio Funano
proconsuli Asiae neminem occidendum non exstante accusa-
tore et crimine.

p.660 Mundi anno 5621, divinae incarnationis anno 121, Ha-
drianus apud Athenas moratur, illic bibliothecas constituit.
Iudaeis vero pessima sorte punitis bellum quod adversus il-
los agitabatur finem habuit, excidio Hierosolymis novissime
desolatis, ita ut nec lapis super lapidem, secundum divinam
p.661 11 vocem, sit in ea relictus. per idem tempus Phavorinus et
Palaemo rhetores insignes, nec non et Herodes Atheniensis
et Marcus Byzantius rhetores habebantur. porro post Ioseph
Hierosolymorum Iudas ordinatur episcopus, ad cuius secun-
dum annum perduravere e circumcisione episcopi 15. sub
quo videlicet perfectum et extremum factum est civitatis et
nationis Iudaeorum excidium. ergo primus ex gentibus Mar-
cus fuit Hierosolymorum episcopus annis 8.

p.662 Mundi anno 5630, divinae incarnationis anno 130, T.
Antoninus cognomento Pius cum filiis imperat. Iustinus phi-
losophus pro recti sermonis nostri ratione librum apologeti-
cum Antonino porrexit. per tempora sane Hygini et Pii Ro-
manorum episcoporum usque ad Anicetum Valentinus et Cer-
do auctores Marcionis haereseos apud urbem Romam fuisse
noscuntur. Arrianus philosophus Nicomediensis praetor
p.663 agnoscitur, necnon et Maximus Tyrius, Apollonius Stoicus,
Chalcedonius, Basilides Scythopolitanus. isti etiam magistri
Verissimi Caesaris extiterunt. Criscus cynicus philosophus
Iustino divino philosopho nostro martyrii mortem constru-
xit, redargutus ab eo canini latratus.

Mundi anno 5640, divinae incarnationis anno 140, Pius
p.664 Romanus habebatur episcopus, sub quo Polycarpus Romae
multos reduxit ab haeresi.

Mundi anno 5653, divinae incarnationis anno 153, Po-
lycarpus Smyrnae sacer episcopus pro Christo martyrio con-
sumitur, cum imperarent M. Aurelius Antoninus, qui et Ve-
p.665 rus, Luciusque Aurelius et Commodus. multi quoque apud
Gallias legitime pro Christo certaverunt, quorum passiones
scriptae sunt in memoria posterorum. Melito Sardianensium
Lydiae episcopus pollebat, qui librum apologeticum pro Chri-

Digitized by Google

stianis Antonino porrexit. Dionysius Corinthi episcopus, vir sacer, agnoscebatur. Christianorum orationibus Romanus exercitus apud Quados periturus salvatur. Theophilus Alexandrinus, cuius conscripta sunt et feruntur, necnon et He- p. 666
rodianus grammaticus optimus pollebant, Cataphrygarumque pseudoprophetia orta est.

Mundi anno 5665, divinae incarnationis anno 165, M. Aurelio Antonino imperante Sotericus et Eleuther Romanae praesunt ecclesiae. Galienus optimus medicus pollebat, genere Pergamenus. Iulianus Romae leges promebat. Fronto rhetor, Aristides Smyrnaeus sophista, Oppianus poeta, Atticus Platonicus philosophus erant. Antoninus et Commodus p. 667
leges et constitutiones bene considerantes renovaverunt.

Mundi anno 5672, divinae incarnationis anno 172, Commodo imperante Eirenaeus episcopus Lugdunensis divinis ver- p. 668
bis et actibus coruscabat. Commodus honorabilibus ex senatu peremptis etiam Iulianum legislatorem occidit.

Mundi anno 5685, divinae incarnationis anno 185, Vi- p. 669
ctor Romanae ecclesiae floret episcopus, Iulius Pertinax imperat. post quem Iulianus vocatus Didius duobus tantum mensibus imperat; qui pro eo quod pecuniis imperium adeptus fuerat, a principatu deponitur ab amicis Severi, a quibus mox imperator creatur. quo tempore Clemens, presbyter Alexandrinus, optimus magister in philosophia quae secundum Christum est, compositor enituit. Pantaenus philosophus ex Stoicis in divino verbo fulget. Africanus historicus Christianus pollet. Musianus scriptor ecclesiasticus agnoscitur. Ori- p. 670
genes insensatus apud Alexandriam inania opinatus dogmata sectatur gentilium.

Mundi anno 5696, divinae incarnationis anno 196, Ze- p. 671
phyrinus episcopus Romanae praeest ecclesiae. Severus Romam veniens Albinum, qui tyrannidem contra Lugdunensium civitatem exercuerat, interemit.

Mundi anno 5701, divinae incarnationis anno 201, An- p. 672
toninus Caracalla imperat cum fratre Geta. dein Macrinus filius Caracallae patre occiso sumit imperium.

Mundi anno 5710, divinae incarnationis anno 210, Cal- p. 674 9
listus episcopus Romanae praeest ecclesiae, Antoninus Aurelius imperat.

Mundi anno 5715, divinae incarnationis anno 215, Urbanus episcopus Romanum gerit pontificium, Alexander Mamaeae filius imperat. Hippolytus Romanus, episcopus sacratissimus Portus, valde decore floruit in philosophia quae se-

Digitized by Google

cundum Christum est, multaque animae profutura composuit monumenta, tam scilicet in Exameron et in ea quae post Exameron sunt, in multa etiam prophetarum, et maxime Ezechielis et Danielis; quin et in cantica canticorum et in alias diversas veteres et novas scripturas; interea etiam in apocalypsin theologi, quam in Patmo vidit. et contra Marcionem
p. 675 et ceteras haereses scripsit, et de 16 annorum circulo, qui in paschae ratione observari solet, exposuit canonem, quem intra primum annum concludit Alexandri Mamaeae filii. et ut compendiose dicatur, Theophrates *) fluvius ecclesiae vivorum effectus est fluentorum, ad extremum martyrii coronam indutus. ex hoc etiam infelix Origenes conscribendi commentarios in scripturas sanctas fomitem sumpsit, incitante se Ambrosio, et affatim, quae in hoc opus essent necessaria, largiente. denique septem notarios velociter et optime scribentes adhibuit; sed et puellas scribendi arte doctissimas ad inenarrabilem ei praestandam alacritatem dictandi. sed in barathrum gentilis prodigiosaeque fabulationis delapsus restitutionem et praeexistentiam necnon et alia quaedam dogmata praedicavit, et ideo a choro sanctorum expulsus est. fertur autem quod Mamaea, mater imperatoris Alexandri, cum esset oppido dei cultrix, locuta sit cum Origene apud Antiochiam degens; quae etiam penes omnes qui famosi tunc Christianorum magistri habebantur, benignissime ferebatur propter fidem, qua erga Christum flagrabat. Emaus Palaestinae castellum, de quo in sacris legitur evangeliis, ab Alexandro Nicopolis est honorari decreta, legatione fungente Africano, qui historias in quinque libris conscripsit.

p. 680 Mundi anno 5728, divinae incarnationis anno 228, Maximinus imperans contra Christianos persecutionem movit. his temporibus Antherus et Pontianus Romani praesules claruerunt.

p. 681 Mundi anno 5731, divinae incarnationis anno 231, Gordianus imperat. Fabianus episcopus Romanus martyr habetur.

Mundi anno 5737, divinae incarnationis anno 237, Por-
p. 682 phyrius Plotini Platonici philosophi auditor habetur. Theopompus philosophus apud Chaeroniam et Nicator Sophista penes Athenas pollebat. Philippus imperator adeo in fide Christi proficiebat ut etiam peccata sua prompte confiteretur, et nocte paschalis festivitatis multitudini inter ecclesiae orationes communicaret. unde factum est ut divinus sermo ampliorem fiduciam sumeret.

*) Euphrates codex Thuanus.

Digitized by Google

Mundi anno 5744, divinae incarnationis anno 244, Ori- p. 684
genes gloriatus circumventionis suae verbis et gentilibus fa-
bulis tantam amisit coronam, non propter inopiam divinae
bonitatis, sed propter superbum et suasionis propriae sensum. p. 685
verum ista Eusebio Caesariensi non ita esse videntur, qui ni-
mirum maiorem omnibus sanctis atque magistris eum exhi-
bere festinans, in sexto ecclesiasticae historiae suae sermone,
favens ei, multis hunc laudibus extulit, nesciens quae diceret
vel de quibus affirmaret. nimis enim paucorum sacratorum
et beatissimorum patrum, qui per idem tempus effulserant,
memor, id est Clementis Alexandrini, Hippolyti sacerdotis et
martyris, Africani historici et magni Dionysii Alexandrini,
necnon et aliorum, solum huius vana sentientis Origenis pro-
vectum, quem a puero subsecutus est, praeconiis effert, us-
quequo ad martyrii palmam venturus subcubuit. et quidem
super Fabiano sacratissimo martyre ac Romano antistite seu
Babyla Antiocheno et Alexandro Hierosolymitano perpaucis
verbis historiam texuit: at ubi ad virum sui sensus pervenit,
id est ad Origenem, pluribus hunc laudibus et miris decla-
mationibus extulit. verum quamvis Eusebius plurimis Ori- p. 686
genis impii praeconiis usus fuerit, sine martyrio tamen pas-
sionem eius reliquit et cursum inconsummatum. qui enim
perseveraverit usque in finem, ait dominus, salvus erit, non
qui patitur et lassescit. infert autem Eusebius et de beato
Dionysio episcopo Alexandrino testimonium, Origeni et so-
ciis eius gratiam praestans, quatinus non appareat solus Ori-
genes in martyrio defecisse, sed habere videatur et alios suae
defectionis participes.

Praeterea per haec tempora Novatus Romanorum eccle- p. 696
siae presbyter, episcopatum indigne desiderans et compos mi-
nime factus, eo quod super aliis pravitatibus et maxime ava-
ritiae tumoris ac amoris privati vitiis deprehensus extiterit,
sese ab ecclesia separavit, sub obtentu quasi eorum qui Decii
tempore in persecutione immolaverant et per poenitentiam
in communionem ab ecclesia sunt recepti; auctorque ac hae-
resiarches eorum qui se mundos per superbiam nuncupabant
apparens, una cum ipsis pulsus est de paradiso ecclesiae sen-
tentia patrum sanctorum quadraginta, qui synodice convene-
runt in urbe Roma, una cum pluribus presbyteris et diaco-
nibus, qui scilicet abdicato eo una cum inhumanis consen-
taneis fratribus, qui lapsi fuerant, per poenitentiam suscipi p. 697
decreverunt. porro tanto concilio Cornelius Romanae prae-
fuit praesul ecclesiae; qui etiam scribit ad Fabium episcopum
Antiochenum tam quae synodo placuere, quam proprie de
malignis Novati actionibus, dicens "scis autem quod ab olim

Digitized by Google

desideraverit episcopatum mirabilis iste, occultans praesumptuosum in se desiderium, et latentis superbiae velamento cooperiens. ad quam in primordiis idcirco elatus apparuit, quoniam socios ex confessoribus nonnullos habere meruerat. denique Maximus, unus ex presbyteris nostris, et Urbanus, qui secundo ex confessione gloriam consecuti sunt, Sidonius quoque et Celerinus, vir qui omnia supplicia per misericordiam dei perseverantissime pertulerit, et firmitate fidei suae infirmitatem carnis corroborans potenter adversarium vicit, considerantes eum, et perspicientes calliditatem et levitatem quae inerant ei, periuria quoque atque mendacia, necnon et excommunicationem eius, reversi sunt ad ecclesiam, et omnia eius artificia et molimina, quae ex multo iam tempore habens subterfugiebat et occultabat se, coram multis confessi sunt, hoc quidem episcopis, illud vero presbyteris et laicis quam plurimis cum luctu non modico manifestantes, et resipiscentes, super quibus dolosae malignaeque bestiae parentes ad modicum tempus ab ecclesia recesserunt." et post pauca "impossibilem, frater carissime, conversionem et transmutationem in brevi tem-
p. 698 pore vidimus super eos effectam. clarissimus enim hic, et qui iuramentis terribilibus erat solitus affirmare se nullatenus episcopatum desiderare, subito episcopus quemadmodum ex stipite quodam in medium iactatus apparet. iste igitur dogmatista et ecclesiasticae disciplinae patronus cum attrahere ac usurpare episcopatum, qui sibi desuper datus non fuerat, niteretur, duos sibi socios propriae salutis ignaros elegit, quatinus his missis in remotam Italiae partem inde tres episcopos agrestes et simplicissimos ficta quadam circumventione seducere conaretur, siquidem ipse asseverans affirmabat oportere illos Romam occurrere, quo cuncta dissensio, quae facta fuerat, una cum aliis intervenientibus episcopis solveretur. quos praevenientes, sicuti praediximus, circa malignorum molimina et figmenta simpliciores, et inclinatos a quibusdam sibi similibus et turbatis hominibus, hora decima ebrios et crapulae deditos, vi coëgit imaginaria quadam et inani manus impositione episcopatum sibi tribuere. ex quibus tamen unus non post multum remeavit ad ecclesiam lugens et confitens peccatum suum; cui et communicavimus
p. 699 laico, pro eo deprecante universo, qui aderat, populo. ad loca autem in quibus reliqui episcopi fuerant ordinati successores transmisimus. defensor ergo evangelii nesciebat unum episcopum esse oportere in catholica ecclesia, in qua non ignorabat presbyteros esse quadraginta sex, diaconos septem, subdiaconos septem, acolytos duos et quadraginta, exorcistas autem et lectores cum ostiariis 52, viduas cum afflictis supra 1050.

Digitized by Google

quos omnes domini gratia et misericordia nutrit; quae nec tanta et tam in ecclesia necessaria per dei providentiam multitudo, nec dives et multiplex numerus cum maximo et innumerabili populo a tanta desperatione ac taedio convertit, aut ad ecclesiam revocavit." his inferens post alia dicit "eia nunc cetera prosequamur, quibus operibus vel quibus conversationibus fisus episcopatum sibi vindicaverit. an forte pro eo quod ab initio in ecclesia fuerat conversatus, et multos agones pro ea subierit, et in periculis multis et magnis propter divinum cultum affuerit? sed non est ita. cui videlicet occasio credendi fuit Satanae adventus in eum et habitatio in illo tempore multo, et ut adiuvaretur ab exorcistis. cum saevum incurrisset languorem, cumque mori aestimaretur in lecto quo iacebat, perfusus est gratia, si tamen dicere opor- p. 700
teat huiusmodi quid gratiae suscepisse. sed nec cetera consecutus est, cum languorem fugeret, quae percipere debebat secundum ecclesiae regulam. sed nec signaculum ab episcopo consecutus est. ergo cum haec adeptus non sit, quomodo quaeso spiritum sanctum adeptus est?" et rursus infert "qui propter formidinem et privatam quandam gratiam tempore persecutionis presbyterum esse se denegavit: postulatus enim atque rogatus a diaconibus ut exiret e cellula, qua sese coercuerat, fratribus auxiliaturus et, ut fas presbytero esset, pro viribus periclitantibus fratribus et sollicitudinis indigentibus opitulaturus, adeo parere diaconibus recusavit ut etiam saeviendo discederet. non enim ultra se presbyterum fore asseverans, cum alterius esset philosophiae amator." dein post pauxillum subinfert "deserta enim clarus iste ecclesia dei, in qua credens meruit presbyteratum per gratiam episcopi, qui ad sortem presbyteratus ei imposuit, prohibitus est ab omni clero, sed et laicis multis asserentibus non esse licitum clericum fieri eum causa infirmitatis, qui in lecto positus gratiam sit adeptus. verum episcopum poposcerunt, ut hoc sibi de isto solo concederet." his addit Cornelius pravissimam Novati impudentiam asserens. "faciens enim oblationes, et dispertiens unicuique portionem et tradens, hoc iurare pro benedictione miseros homines cogit, p. 701
tenens utraque manu manum accipientis, et non dimittens donec iurans hoc dicat (illius enim sermonibus utar) *iura mihi per corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi quod nunquam me aliquando derelinquas vel ad Cornelium redeas;* et infaustus homo non prius gustat quam sibi antea maledicat, et pro eo ut dicat accepto pane illo *) *amen*, *ulterius*

*) v. observationes Nic. Rigaltii ad Tertullian. de Spectaculis in fine et Menard. in libr. Sacram. S. Gregor. p. 389 et 391. Fabr..

iam non redeam ad Cornelium dicit." praeterea Fabio Antiocheno episcopo super Novato claudicanti Cornelius, quae praemissa sunt, et qualiter eum multi deserentes ad ecclesiam currant, necessario scribit. in quibus et de beato Moyse martyre meminit, qualiter ipsum Novatum ante martyrium una cum quinque schismaticis presbyteris eius, deprehendens temeritatem ipsius, excommunicaverit. additque in epistolae fine catalogum episcoporum qui adversus eum Romae convenerant per singula nomina, et parochiarum faciens mentionem, nec non et eorum qui cum ob necessaria obstacula non convenissent, consenserunt tamen propriis litteris divino contra ipsum deprompto iudicio.

p. 705 Mundi anno 5746, divinae incarnationis anno 246, Gallus et Volusianus imperant. Cornelius et Lucius circa horum tempora Romani episcopi cruore martyrii florent. cum plurimi Scythae, qui Gothi dicuntur, Histrum fluvium sub Decio transmeassent, Romanum imperium devastabant: isti Mysos Nicopolim fugientes obtinuerunt. Decius autem illos aggressus, ut Dexippus scribit, triginta milibus interfectis in conflictu minuitur, ita ut Philippopolim desertam ab eis factam amitteret et Thraces multi perirent. porro Decius impugnator dei valde ignominiose occiditur apud Abrytum qui dicitur Forothembroni una cum filio. Scythae vero cum pluribus spoliis et captivis ad sua reversi sunt. exercitus autem Gallum quendam, qui olim consul extiterat, imperatorem una cum Volusiano Decii filio acclamaverunt, qui et
p. 706 imperant secundum Dexippum mensibus decem et octo, nil dignum laude gerentes, secundum alios autem annis tribus, porro secundum quosdam annis duobus; peremptique sunt proditi a proprio potentatu in foro Flaminii, nequaquam Decii mores sectati, ut quodam in loco beatus Dionysius Alexandrinus, antistes Hermammoni, scribit. his temporibus Gregorius magnus et miraculorum patrator in philosophiae, quae secundum Christum est, perfectione fulgebat. cuius condignam Caesariensis Eusebius, nescio quà pro causa, mentionem non facit, praesertim cum irrationabilibus declamationibus impii Origenis moretur, quod agere potius super hoc debuerit, qui per universum orbem terrarum personat divinisque verbis coruscat atque prodigiis, ita ut ipsis etiam daemonibus ut quibusdam mancipiis imperaret per multam ad deum fiduciam et vitae et verbi munditiam. aestimo autem Eusebium ita deificae virtutis mirabilis et deiferi Gregorii magnitudinem tacuisse, pro eo quod omnimodis purus et alienus ab Origenis deliramentis et Arii blasphemiis
p. 707 fuerit, quibus Eusebius erat infectus. qui nec Cypriani, ma-

Digitized by Google

gni Carthaginis Libyae praesulis, martyrium scripsit. primus Cypriano dogmatizanti per lavacrum quosdam, qui ex haeresibus convertuntur, purificandos, Stephanus, qui post Lucium Romanorum moderatus est sedem, restitit, utpote novum quiddam praeter ecclesiae consuetudinem introducenti. cui Stephano Dionysius primam suam de baptismate mittit epistolam, in qua inter alia scribit dicens "Syriae sane p. 708 13
omnes et Arabia, quibus semper misistis, atque Mesopotamia Pontus et Bithynia, ut coniunctim asseram, exultant omnes ubique concordia et amore fraternitatis glorificantes deum." praeterea idem magnus Dionysius Alexandrinus episcopus de baptismate scribit tam eidem Stephano quam Sixto pontifici et Philomeni presbytero et Dionysio aeque presbytero, viro rationabili et mirabili, qui et post modicum Romano praeficitur throno.

Mundi anno 5748, divinae incarnationis anno 248, Va- p. 714
lerianus et Galienus imperant. Stephanus Sixtus et Dionysius Romanum pontificium gerunt. Paulus Samosatenus decimus quintus Antiochiae praesul habetur, quique pulsus est divino decreto et iudicio sanctorum patrum, cum Artemonis haeresim renovasset. verum post Gallum et Volusia- p. 715
num secundum quosdam Aemilianus sumit imperium. tunc et Scythae rursus Histrum transeuntes Thessalonicam urbem Illyrici vastaverunt. tunc et Athenienses reaedificaverunt murum, qui destructus fuerat a Syllae temporibus. Scythae autem cum multis praedis ad propria remearunt. tunc p. 717 9
et Heluri cum quingentis navibus per Maeotides paludes ad Pontum navigantes Byzantium et Chrysopolim ceperunt.

Anno mundi 5753, divinae incarnationis anno 253, Clau- p. 720
dius imperat. Heluri etiam rursus sub isto infeliciter operantur. post Claudium Quintilius obtinuit per dies 17, et mortuus est.

Mundi anno 5764, divinae incarnationis anno 264, Au- p. 721
relianus imperat, sub quo aiunt Philostratum Atheniensium historiographum et Longinum pollere. qui, videlicet Aure- p. 722 12
lianus, cum persecutionem adversus Christianos movere niteretur, divino fulmine prohibetur, fraudeque suorum occisus est in Caenophrurio posito inter Byzantium et Heracliam. post quem imperat Tacitus; quo perempto imperat Philorianus; quo interfecto imperat Probus.

Mundi anno 5770, divinae incarnationis anno 270, ter- p. 723
tio anno Probo imperante Anatolius Laodicenus episcopus philosophicis studiis decorus agnoscitur. quarto vero anno eius vesanorum Manichaeorum exitialis perditio vitae hominum est illata.

Digitized by Google

Mundi anno 5775, divinae incarnationis anno 275, Ca-
rus cum filiis Carino et Numeriano imperat; quorum unus,
Numerianus scilicet, cum venisset Antiochiam, voluit intrare
in ecclesiastica et explorare Christianorum mysteria. at vero
sanctus Babylas prohibuit eum, dicens "non licet tibi videre
divina Christianorum mysteria, cum sis pollutus idolicis sa-
p. 724 crificiis;" qui indignatus occidit eum. circa haec tempora
Felix Eutychianus et Caius Romae pontifices extiterunt. porro
Numerianus cum triginta tantum diebus regnasset, a socero
suo interfectus est, et Diocletianus sumit imperium.

ABHINC HISAACIUS,

qui et Theophanes.

Theoph. ed. Bonn. p. 8. Mundi anno 5777, divinae incarnationis anno 277, Dio-
cletianus et Maximianus Herculius imperant, qui Caesares
fecere Constantium et Maximianum Galerium. et Diocletia-
nus quidem filiam suam ad nuptias Galerio dedit, Herculius
autem Maximianus Theodoram filiam suam Constantino co-
pulavit, quanquam uterque uxores haberet, quas repulit ob
affectum quo erga imperatores flagrabat. tunc quoque Mar-
p. 9 cellus episcopus Romae floruit. Diocletianus et Maximianus
Herculius persecutionem magnam et horrendam contra Chri-
stianos excitaverunt, et plurima martyrum milia patraverunt,
diversa tormenta excogitantes et multas nequitias operantes.

Mundi anno 5788, divinae incarnationis anno 288, Dio-
p. 10 7 cletiano imperante Romae praesul Eusebius habetur. qui,
videlicet Diocletianus, apud Alexandriam Achilleum interfe-
cit. erat autem cum ipso et Constantinus filius Constantis,
qui cum adhuc valde iuvenis esset, fortiter agebat in prae-
liis; quem intuens Diocletianus invidia motus dolo perimere
satagebat: deus autem hunc inopinate salvavit et patri re-
p. 12 4 stituit. alias autem ita refertur. Constantino vero filio Con-
stantii in Oriente ac Palaestinae degente et cum Christianis
sentiente, videns hunc Galerius Maximianus intellectu animae
ac corporis robore atque ingenio circa eruditionem profi-
cere, et deprehendens hunc futurum tyrannidis et eius do-
gmatum destructorem, hunc morti addicere fraude tractabat.
at ille divina providentia fraude cognita, quemadmodum Da-

Digitized by Google

vid, fuga salutem mercatur, et ad patrem suum salvus re-
diens multas cum illo gratias Christo, qui se salvavit, age-
bat. circa haec sane tempora Miltiades et dein Silvester Roma- p. 10 13
nae gerunt ecclesiae praesulatum. porro Theotecnus divinus, p. 12 14
cui parens Galerius Maximianus, cum daemonibus immolaret
et responsa susciperet, adversus Christianos persecutionem
commovit, monitiones salvatoris finxit, et ad omnia loca in
iniuriam misit, et litterarum magistris pueros docere prae-
cepit, studens quo derideretur mysterium nostrum. praeter- p. 14 7
ea Constantius in Britanniis moritur, cum imperasset annis
undecim; qui pro se Constantinum pronuntiaverat imperato-
rem, primogenitum filium suum, in conspectu totius populi,
praesentibus quoque ceteris filiis suis, Constantini compatrio-
tis, Constantio scilicet et Anaballeno, qui et Dalmatius di-
ctus est, qui nati fuerant ex Theodora filia Herculii: nam
Constantinus ex Helena fuerat, priori Constantii coniuge. at
Constantius horum pater nepos erat Claudii imperatoris, ex
filia eius genitus. porro Eusebius Caesariensis dicit quod p. 15 8
Diocletianus amens effectus una cum Herculio imperio de-
posito privatam vitam arripuerit; quorum unus quidem sus-
pendio vitam mutaverit, alter vero, id est Diocletianus, lan-
guore prolixo consumptus emarcuerit. ceterum Gelasius,
eiusdem Caesariae antistes, dicit quod poenitentia ducti, et
denuo imperare volentes, communi senatus decreto perimun-
tur. his ergo de medio factis, et quae Christianitatis sunt
sentiente Constantio defuncto, imperium, ut praedixi, obti-
nuere Constantinus Augustus, et Maximianus Galerius.

Mundi anno 5797, divinae incarnationis 297, Constanti- p. 16
nus sacratissimus et christianissimus imperat in Galliis et
Britannia; cum quo per idem tempus pariter imperabat Ma-
ximianus Galerius cum duobus Caesaribus Severo et Maxi-
mino. Romae autem Maxentius tyrannus iniuste imperans
omnia saeve operabatur. tunc et Licinium Caesarem Romani
appellavere, gratiam Constantino praestantes, cum esset so-
roris eius Constantiae nuptiis honoratus, quique pietatem
Christianae religionis fallaciter simulabat. interea Severo
mortuo Petrus episcopus Alexandrinus, cum esset in custodia
praecepto Maximiani Galerii et Maximini filii eius, capite p. 17
reciso glorioso martyrizatus est; qui Arium diaconum exi-
stentem absque communione fecit, qui et posthac pessimae
opinionis haereseos patronus effectus multos a pietate remo-
vit. multi vero et alii sub istis tyrannis martyrii pro Chri-
sto corona induti sunt, quorum sunt Phileas episcopus Thmu-
eos Aegypti, Peleus et Nilus episcopi Aegypti, Anthemus
episcopus Nicomediae, Tyrannio episcopus Tyri, Silvanus epi-

Digitized by Google

scopus Hemisae et Silvanus episcopus Gazae, Lucianus presbyter Antiochiae, Zenobius presbyter Sidonis, Pamphilus presbyter Caesariae, atque alii innumeri. denique Galerius Maximianus omne praecepit Christianorum exterminium *) fieri, non tantum propter impietatem suam quantum ob rapinam patrimoniorum ipsorum.

p. 19 4 Porro Constantinus sexto imperii sui anno in destructionem tyrannorum surrexit. Maxentius autem impius facto in fluvio, qui circa urbem Romam decurrit, ex navibus ponte contra magnum Constantinum aciem dirigit, qui Maxentii pavebat maleficia parvulos incidentis propter divinationes nefarias. cumque in haesitatione multa consisteret, apparuit ei, hora sexta diei, pretiosa crux ex luce formata, habens superscriptionem "in hoc vince." astitit autem ei dominus in visione noctis, et dixit "utere quod ostensum est tibi, et vince." tunc cruce aurea formata, quae est usque in hodiernum diem, iussit ut ante se portaretur in praelio; factaque congressione superati sunt qui circa Maxentium fuerant, plurimis ex his interemptis. Maxentius autem cum residuis fugiens ponte divina virtute discisso in flumen demergitur, quemadmodum Pharao quondam cum omni exercitu, ita ut amnis necatis equis cum ascensoribus
p. 20 impleretur. at vero cives Romani, qui hunc poposcerant ut in suum exurgeret adiutorium, a maligni Maxentii tyrannide liberati civitatem coronant, cum gaudio victorem Constantinum una cum victoriam faciente cruce suscipientes, et hunc salvatorem cum gaudio acclamantes.

Mundi anno 5803, Constantinus septimo imperii sui anno, cum divina ope Romam obtinuisset, ante omnia corpora sanctorum martyrum colligi et sanctae sepulturae tradi praecepit. et erant Romani triumphalem festivitatem agentes et dominum collaudantes, nec non et vivificam crucem per septem dies et Constantinum victorem magnificantes.

Constantini anno 9 Maximinus filius Galerii, insiliens et sibimet imperium reflectens, turpiter in Cilicia vitam finivit. audiens autem Maximianus Galerius pater huius Maxentium filium Herculii Romae a Constantino per virtutem crucis admersum, timuit, et persecutionem quam adversus Christianos agitabat cessare fecit.

Constantinus autem decimo imperii sui anno una cum Licinio Caesare, zelo dei ductus, castra movit adversus Maximianum Galerium, qui moderabatur Orientem. at ille con-

*) exterminium] utitur Tertullianus adv. Iud. c. 8 et 11 et adv. Valentinianus c. 16. interpres epistolae S. Barnabae. Fabr.

Digitized by Google

tra restiturus cum immensa multitudine aggressus est eos, p. 21
fisus divinationibus daemonum et maleficis adinventionibus. cumque vivifica crux magnum praecederet Constantinum, tyrannus una cum congressione in fugam versus, dum multitudo caederetur, imperatoriam vestem deposuit, et militari circumdatus habitu, paucis ex fautoribus secum comitantibus, a villa in villam fuga clandestina properabat, et sacerdotes idolorum et in magicis artibus diffamatos, sed et vates eorum collectos, utpote deceptores, occidit.

Interea Constantinus cum 11 gereret imperii annum, et vivum Galerium Maximianum esset aggressurus, divina praeveniens ira comprehendit eum: flamma enim de medio viscerum et medullarum succensa cum dolore intolerabili pronum super terram anhelantem prostravit, ita ut uterque oculus eius exiliret, et caecus, ut re vera, scelestus relinqueretur. porro cum carnes eius putrefactae prae innumerabili ossium incendio caderent, ipse impugnantem deum proiecit animam.

Duodecimo anno imperii sui Constantinus Licinio, qui p. 22
secum certare videbatur et dolose christianismum simulabat, segregans partem Romanorum terrae largitus est, appellans eum imperatorem, et extorquens ab eo foedera nil se contra Christianos acturum. et hinc tyrannorum gratia dei persecutio conquievit.

Mundi anno 5810, divinae incarnationis 310, quarto decimo imperii sui anno Constantinus totius Romani orbis monocrator effectus omnem curam transtulit ad divina, ecclesias erigens et liberaliter has ex ratione publica ditans. iste primam legem scripsit, idolorum templa his tradi quae Christo sunt deputata. cum eo sane leges proferebat Crispus filius eius. secundam vero, Christianos solos militare gentibusque ac exercitibus principari, eos autem qui permanerent in idololatria, capitalem subire sententiam. tertiam, duas paschales hebdomadas, unam scilicet ante et alteram post resurrectionem, sine labore cuiusquam operis celebrandas. His ita gestis pax profunda et tranquillitas obtinuit orbem et exultatio fideles, concurrentibus assidue omnibus nationibus ad fidem Christi, et baptizatis, ac patria conquassantibus si- p. 23
mulacra.

Quinto decimo imperii Constantini anno Licinius coepit contra Christianos persecutionem movere; et primo quidem Christianos qui erant in palatio persecutus est, oblivioni tradens destructionem praecedentium tyrannorum et pactorum magno Constantino factorum. in feminas autem furien-

Digitized by Google

do et opprimendo atque Christianos occidendo minime quiescebat. huic per litteras Constantinus iubens ab huiusmodi vesania recedendum, nequaquam compescuit. hinc etiam et Basilea episcopum Amasiae, et ut quidam aiunt, etiam sanctos quadraginta martyres et alios multos finiri per supplicia fecit.

Sexto decimo anno imperii Constantini Arius ab insa-
nia cognominatus apud Alexandriam haeresim suam in eccle-
p. 24 sia manifestavit et schisma operatus est, cooperante sibi ma-
ligno adversario, qui non fert videre pacem ecclesiae. fa-
ctus est autem et terrae motus Alexandriae gravissimus, ita
ut caderent domus multae ac populus plurimus interiret.

Septimo decimo imperii sui anno Constantinus comperta Arii commotione valde tribulatus scripsit Alexandro et Ario communem epistolam, consilium dans nequam commotionem solvendi et ad pacem mutuam redeundi. misit autem et Osium episcopum Cordubae Alexandriam contra Arium et ad Orientem, correcturus Orientales pascha peius quam Iudaei ex antiqua consuetudine celebrantes. reversus est autem ad utrumque inefficax. hoc etiam anno Constantinus Constantem filium suum Caesarem fecit et misit in Gallias.

Octavo decimo sane imperii sui anno, ut quidam dicunt,
Constantinus cum Crispo filio suo Romae a Silvestro bapti-
zatus est. quotquot enim in seniori Roma consistunt usque
hodie, baptisterium habent in testimonium, quoniam a Sil-
p. 25 vestro Romae baptizatus est post tyrannorum peremptionem.
Orientales autem apud Nicomediam aiunt eum circa mortem
ab Eusebio Nicomediensi Ariano baptizatum, ubi et contigit
eum dormisse: differebat enim, inquiunt, baptismum, spe-
rans in Iordane flumine baptizari. mihi autem verius ap-
paret quod Romae a Silvestro fuerit baptizatus, et quod no-
minatae Constitutiones, quae ad Melchiadem feruntur, ab
Arianis fictae sint, qui gloriam hinc sibi festinant acquirere,
vel etiam piissimum principem lacerare, dum scilicet ex hoc
volunt eum non baptizatum ostendere, quod est irrationabile
atque falsissimum. si enim non erat in Nicaena synodo ba-
ptizatus, ergo nec divinorum participator mysteriorum, nec
orabat cum sanctis patribus, quod nequissimum est et dicere
et sentire. quidam vero Arianorum atque paganorum quasi
spurio magno detrahunt Constantino, quanquam et ipsi men-
tiantur. genealogia enim eius regia erat, et antequam Dio-
cletianus esset. Constantius enim pater eius nepos fuit Clau-
p. 26 dii imperatoris, et ex Helena priori uxore sua Constantinum
habuit magnum. ceterum habuit et filios ex Theodora filia

Maximiani Herculii, quae soror erat Maxentii, qui tyrannidem apud Romanam urbem exercuit, quique peremptus est a Constantino apud Molbium pontem, quando et crucis signum vidit in caeló, atque Faustae uxoris magni Constantini: et nemo miretur si ante baptismum, cum adhuc paganos ritus servarent, duas sorores duxerant pater et filius. sunt autem generationes eorum sicut inferius annotantur.

CONSTANTIUS p. 27

ex Theodora filia Herculii gignit			ex Helena vero gignit
Constantinum, patrem Galli Dalmatici. ex quo fuit Dalmaticus iunior, Iuliani praevaricatoris frater.	Anaballianum, qui et Gallus.	Constantiam uxorem Licinii.	Constantinum magnum solummodo.

MAGNUS AUTEM CONSTANTINUS

ex Fausta filia Herculii gignit

Crispum, Constantium, Constantinum, Constantem, et Helenam uxorem Iuliani refugae.

Mundi anno 5815, divinae incarnationis anno 315, no- p. 28
num decimum imperii sui annum pius Constantinus agebat; qui videns Licinium persecutione solito insanius abutentem et contra benefactorem consilium meditantem, armatur adversus eum per siccam *) et mare. cumque publicum praelium ageretur, vivus Licinius in Bithynia penes Chrysopolim comprehenditur et Constantini manibus traditur, qui consueta humanitate usus ei vita donata Thessalonicam mittit carceri mancipandum. verum non multo post barbaris mercede conductis futurum erat ut rebellionem pararet, nisi hoc mitissimus Constantinus praenoscens gladio hunc recidi iussisset. et sic de cetero perfecta freta sunt tranquillitate Christianorum conversationis negotia, per virtutem scilicet vivificae crucis fugatis tyrannis, et singulariter obtinente divini-

*) *sicca* sive *arida* pro terra, ut Psalmo 94: *τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.* Fabr.

senectute pro Christi confessione suppliciis obit, cum iam 107 annorum esset.

Mundi anno 5817, divinae incarnationis 317, Iudaei et Persae videntes christianismum in Perside magis ac magis pollere, detrahunt Simeoni archiepiscopo Ctisiphontis apud Saborem Persarum regem, quasi amico imperatoris Romani et Persicorum delatori negotiorum. quamobrem persecutione magna in Perside mota multi pro Christo martyrio sunt adornati; inter quos Heustazades paedagogus Saboris et Simeon et super alios multos centum clerici et episcopi una die martyrizati sunt, et innumerabilis alia multitudo; ex quibus in signum decem et octo milia martyrum numerarunt, tormen-
p. 37 tis horribilibus et a natura extraneis a Sabore perempta. per
p. 40 idem tempus et B. Helena dormivit in domino annorum octuaginta, multa filio mandans pro pietate quae Christo debetur. sepulta autem est in templo SS. apostolorum apud Constantinopolim, quod aedificavit filius eius Constantinus ad sepeliendum mortuos Christianos imperatores. prima vero in eo B. Helena est sepulta, monumentis claris et vigiliis honorata. porro sacrae virgines, quarum mensis astans per semet ipsam quasi famula ministrabat, divinis hanc monumentis praedicabant sine cessatione beatam.

Mundi anno 5818, divinae incarnationis 318, Constantius cum 22 imperii gereret annum, per virtutem S. crucis Germanos Sarmatas et Gothos extremae servituti subegit.
p. 41 3 tunc Eusebius Pamphili symbolum fidei a sanctis patribus apud Nicaeam expositae omnem orthodoxiam habere testatur, scribens suis concivibus et interpretans dicta secundum sensum. Athanasius autem in epistola ad Afros missa testimonium perhibet Eusebio, quod susceperit vocem consubstantialitatis *). at vero Theodoritus dicit hunc concordem Arianorum, Eusebii scilicet Nicomediensis et eorum qui cum ipso sentiebant, fuisse. unde et depositioni sacratissimi Eustathii Antiocheni consensit; cum quibus et imperatori persuadens hunc iuste depositum egit ut apud Illyrium in exilium mitteretur.

Constantini vigesimo tertio anno in imperio percurrente, apud Antiochiam octagonum templum **) coepit aedificare; qui cum vigesimum quartum imperii ageret annum,

*) consubstantialitatis] utitur ea dictione Facundus et interpres Tripartitae. FABR.

**) templum] κυριακόν, dominicum. Rufinus Aquil. interpres hist. eccl. Eusebii 9 9: orationum domos i. e. dominica sua. Vide quae diximus ad l. 3. c. Theod. de pagan. sac. et temp. FABR.

Digitized by Google

Danubium transiens pontem in eum lapideum fecit, Scýthasque subegit.

Porro vigesimo quinto imperii sui anno Constantinopolim novam Romam nuncupari decrevit, Marco Romae praesulatum gerente. Constantinus praeterea vigesimum sextum imperii sui gerens annum, extendit persecutionem suam in destructionem idolorum atque templorum. per idem tempus et Athanasius Alexandrinus antistes habetur. vigesimo septimo nihilominus imperii eius anno Iulius papa Romanus agnoscitur. p. 42

Mundi anno 5823, divinae incarnationis anno 323, in Oriente fames facta est, ita ut modius frumenti 400 fieret argenteorum, imperante Constantino anno vigesimo octavo; p. 43 16
cuius vigesimo nono imperii anno Arius ab exilio per fictam poenitentiam revocatus et Alexandriam missus non est receptus ab Athanasio.

Tricesimo anno imperii Constantini eius tricennalia ce- p. 44
lebrata sunt, quando stella in caelo apparuit, apud Antiochiam interdiu contra orientalem partem fumigans vehementer, tanquam ex camino, ab hora tertia usque ad horam quintam. Arius autem cum Nicomediensi Eusebio et sectatoribus suis insurrexere cum iuramento libellos orthodoxiae porrigentes imperatori, sitienti eorum qui divisi fuerant unitatem; et persuasere ei mentientes quod concordarent cum patribus qui apud Nicaeam convenerant. siquidem his credulus imperator indignatus est adversus Athanasium pro eo quod Arium, et Euzoium non susceperit, qui ab Alexandro depositi fuerant, cum Euzoius diaconus esset.

Porro primum et tricesimum imperii sui annum Constantino agente, Eusebius et hi qui cum ipso erant, inventa occasione adversus Athanasium decertabant utpote contra pugnatorem rectae fidei; cum quibus et Meletiani conveniebant. et primo quidem eius detrahebatur ordinationi, quamquam Apollinarius Syrius magna super Athanasii ordinatione p. 45
testetur; secundo vero de linea veste, qua indui sanctum inimici calumniabantur; tertium super Philumeno, cui aurum multum hunc misisse mendaciter asserebant in insidias imperatoris. accersito autem Athanasio imperator, et cuncta falsa reperiens, cum epistola et honore Alexandriam hunc remisit. deinde Ariani diversis Athanasio apud imperatorem p. 47 14
accusationibus derogantes, post multa cum iuramento dicere praesumpsere quia minitantem audivimus Athanasium, et prohibentem frumenti delationem quae veniebat ab Aegypto Byzantium; unde et commoto in iram amico Christi principe,

Digitized by Google

egere ut exilio relegaretur magnus Athanasius apud Triberim Galliae civitatem.

p. 50 6 Porro tricesimo secundo imperii Constantini principis anno Persae contra Romanos praelium indicavere. tunc Constantinus cum transisset in Nicomediensium civitatem contra Persas praeliaturus, languore praeventus in pace dormivit. tunc, ut quidam eorum qui cum Ario sentiunt aiunt, ab Eusebio Nicomediensi Constantinopolim translato sanctum meruit baptisma percipere; quod mendacium est, sicut superius est comprobatum: Romae quippe a Silvestro baptizatus est, quemadmodum et praeostendimus. vixit autem per omnes dies vitae suae annis sexaginta quinque, cum imperasset annis triginta uno et mensibus decem.

p. 51 14 Mundi anno 5825, divinae incarnationis anno 325, cum Constantinus magnus et sanctus quievisset, tres filii eius obtinuere Romanos, et Orientem quidem Constantius, et Constantinus Italiam. sed et Constantinus primo quidem homousio recepto, postmodum mentis levitate mutatus est, seductus ab Ariano presbytero et Eusebio eunuchorum primo atque Nicomediensi Eusebio.

p. 53 16 Tertio itaque imperii Constantii anno Constantinus filius magni Constantini, profectus ad partes fatris sui Constantis et bellum aggressus, a militibus occisus est, et tenuit Constans solus totius Hesperiae terram. porro Constantius in
p. 54 Oriente gerens imperium Gallum et Iulianum tradidit erudiendos in villa Demacelle vocata, quae iuxta Caesariam est Cappadociae sita. hi duo fratres lectores facti sunt, et ecclesiam aedificare S. Mamae martyri curaverunt. verum in parte qua Iulianum conservare contigit, terra quod aedificabatur nullo modo recipiebat. porro detonsis capillis monasticum studium simulabat. Constantius autem et Constans leges edidere, Iudaeum non emere servum, alioquin auferri eum et publicis rationibus tradi. porro si et circumcidere ausus fuerit servum, gladio puniri talia praesumentem.

p. 55 16 Mundi anno 5834, divinae incarnationis anno 334, Iulius Romanum gerit pontificium, Constantius de Assyriis triumphavit, Sabor Christianos regni sui persequitur, Constans
p. 56 4 vero Francos devastavit. per idem tempus terrae motu ingenti facto Neocaesaria Ponti cecidit, excepta ecclesia et episcopio *) et ibidem repertis viris religiosis. tunc et Paulus confessor ordinatur episcopus Constantinopoleos. sane

*) episcopio] Flodoardus 1 20: sicque prospere in suum reversus episcopium. Fabr.

Digitized by Google

Constantius cum octavum imperii sui annum gereret, Ale-
xandrini Gregorium, qui more latronis super Athanasium in-
siliit et sedem per sex annos obtinuit, occiderunt. sequenti
vero anno Dyrrachium Dalmatiae a terrae motu corruptum
est, et Roma per tres dies commota dispendia pertulit. circa p. 57 5
haec autem tempora Liberius Romano throno praesedit. ve-
rum Athanasius et Paulus, et quotquot pro rectitudine ser-
monis eiecti fuerant, Romam ad Iulium confugerunt, et unus-
quisque de se Iulium docuit; quos ille cum litteris ecclesiis
suis restituit. Athanasius autem et Paulus et hi qui cum
ipsis erant, litteris Iulii papae Romani freti, thronos proprios
receperunt. interea terrae motu magno in civitate Biryto p. 58 8
Phoenicis facto plurima pars eius corruit, ita ut multi gen-
tiles ingrederentur ecclesiam, se ritum Christianum servatu-
ros more nostro spondentes. hinc insurgentes quidam for-
mas ecclesiae quodammodo fraudantes resecaverunt, et locum
orationis cognominantes in ipso multitudinem receperunt,
cuncta quae sunt ecclesiae imitantes, similiter apud nos ef-
fecti ut Samaritensium haeresis gentiliter penes Iudaeos vi-
ventium. ceterum Constantius Liberio scribenti sibi pro p. 61 9
homousio et sacratissimo Athanasio iratus mittit, et hunc exi-
lio relegari praecepit apud Bretaniam Thracae. tuncque pro
illo Felicem consecraverunt, qui diaconus fuit ecclesiae et
Nicaenum amplectebatur concilium. porro iussione impera-
toria synodus congregata est apud Mediolanum, Occidenta-
lium quidem trecentorum episcoporum, Orientalium vero
valde paucorum. porro soluta est inefficax, Occidentalibus
non recipientibus molimina quae adversus sacratissimum p. 62
Athanasium denuo parabantur. sane Romanis postulantibus
coactus revocat Liberium et sedi restituit. Felix vero egres-
sus urbem ulterius minime rediit; cui succedit Damasus. in-
terea Constantius decimo octavo imperii sui anno Gallum,
quem Caesarem factum Constantium cognominavit, interfici
iubens, Iulianum huius fratrem in custodia retinebat. Euse-
bia vero coniux Constantii hunc postulatum Athenas trans-
misit; quo *) cum pervenisset, studia instituebatur gentilia,
bonis fundamentis superaedificaturus malitiam, et non sicut
oportebat ista secutus.

Mundi anno 5847, divinae incarnationis anno 347, Ma-
ximum Hierosolymitanum deposuerunt Acacius Caesariensis
et Patrophilus Scythopolitanus, cum essent Ariani, et subro-
gaverunt pro eo Cyrillum, putantes eum habere concordem.
tunc signum crucis apparuit in caelo die pentecostes, spe- p. 63

*) quo — secutus] haec de suo addidit Anastasius. Fabr.

Digitized by Google

ciem luminis habens, extensum a Golgotha usque ad montem
Olivarum; in circuitu autem apparentis signi corona erat,
habens velut Iris speciem. hoc autem et Constantio eadem
die apparuit. huius autem Cyrilli fertur epistola ad impe-
ratorem Constantium, in qua piissimum eum vocabat. unde
quidam ei quasi Ariano derogant, dicentes hunc etiam ho-
mousii vocem tacuisse in institutionibus, quas exposuit ad
profectum imperitarum plebium, ad baptisma propter mira-
cula vivificae crucis accedentium. falluntur autem atque
delinquunt: oportebat enim et imperatorem ex simplicitate
et non ex affectu versutiis Arianorum in haeresim surreptum,
et a paganismo nondum perfecte conversum, piissimum dis-
pensatorie dicere, ac homousii vocem interim tacere, quae
plurimos adhuc turbabat et baptizandos inimicorum contra-
dictione recidebat, ceterum per dictiones vim aequalem si-
gnificantes homousii vocem exprimere; quod et fecit beatus
Cyrillus, Nicaenam fidem secundum dictionem aperiens, et
p.64 2 deum verum filium ex deo vero patre praeconans. porro
Athanasius et Paulus mortuo impio Eusebio Constantinopoli,
ubi praefuerat, iterum Romam ad Iulium descendunt epi-
scopum et ad Constantem imperatorem fratrem Constantii.
populus autem Eusebio defuncto Paulum throno Constanti-
nopoleos reddunt, dicentes quod Romam ad Iulium profe-
p.65 ctus fuerit et ab eo cum litteris remeaverit. quo comperto
Constantius indignatus iubet Philippo praefecto Paulum inse-
qui et Macedonium restituere throno. praefectus autem po-
pulum metuens, Paulum Thessalonicam, ex qua ortus fuerat,
usus ingenio destinavit. imperator vero etiam tunc Atha-
nasio necem minabatur inferre, quam ille timens fugax denuo
Romam perrexit. cui protinus Paulus quoque veniens a
Thessalonica sociatur; qui abeuntes Constanti quae passi
fuerant nuntiarunt, qui condolens sanctis scribit Constantio
ut aut redderet Paulo et Athanasio proprias sedes, aut certe
praelium contra se sciret movendum. hortatus autem est
eum quo synodus apud Sardicam fieret, in qua Hesperiarum
p.66 convenere episcopi trecenti, Orientales autem triginta sex.
isti Occidentalibus resistebant, petentes expelli prius Athana-
sium et Paulum. Osius autem Cordubensis episcopus et Pro-
togenes Sardicensis passi non sunt quo minus adessent sancti
Athanasius simul et Paulus. tunc Orientales penes Philip-
popolim convenientes impudenter homousium anathematiza-
verunt: qui vero apud Sardicam orthodoxi sunt inventi,
anomoeum anathematizantes, rectum apud Nicaeam expositae
fidei terminum firmaverunt. porro reddidere thronos Atha-
nasio et Paulo atque Marcello Ancyrano, confitenti homou-

Digitized by Google

sium et rationem pro se reddenti, quod non intellexeriut scripta sua hi qui se accusationibus impetebant. interea Constantius p. 67 4
vigesimo primo anno Romam contra Magnentium dimicaturus venit, ubi ab Eusebia propria uxore rogatus Iulianum p. 68 18
ex carcere ductum Caesarem facit et in Gallias mittit, copulans ei ad nuptias sororem suam Helenam, quae et Constantia dicta est.

Mundi anno 5850, divinae incarnationis anno 350, facto p. 69 10
magno terrae motu Constantinopolis diruta est. deinde mor- p. 70 12
tuo Constantio vigesimo quarto imperii sui anno Iulianus monocrator effectus impudenter vivebat atque gentiliter, sanguine sacrificiorum sanctum baptismum diluens, et cuncta faciens quibus daemones placari suescunt.

Mundi anno 5856, divinae incarnationis anno 356, Iovianus p. 83
chiliarchus, vir mitissimus et orthodoxus Christianus, imperator Romanorum ab omni exercitu ac magistratibus atque consulibus in eodem loco terrae Persarum, in quo praevaricator interiit, nuncupatur; qui recusabat imperium, asseverans non se posse principari exercitui qui paganus sub Iuliano sit factus; ad quem omnes unanimiter clamavere se Christianos esse. scripsit praeterea Iovianus sacratissimo Athanasio immaculatae fidei sibi significari in scriptis acribeiam; quod et fecit, totius orthodoxiae Ioviano epistolam scribens. unde Iovianus robustior in orthodoxia effectus his qui praedicabant homousium multa donavit, et sine tributo manere constituit.

Quo defuncto acclamatus est Valentinianus Augustus a p. 84 15
militibus; qui continuo perveniens ad regiam urbem Valentem fratrem suum communicatorem sui fecit imperii, largitus ei partes Orientales, sibi retentis Occidentalibus. interea p. 85 6
Valentinianus Augustus Gratianum filium suum Augustum appellavit, communicatorem imperii patris, et consulem ante pronuntiatum, et Valentem fratrem suum imperatorem. orthodoxi autem accesserunt ad Valentinianum per Hypatium episcopum Heracliae, deprecantes quo fieri conventum praeciperet super correctione dogmatis homousii. ad quos Valentinianus "mihi" inquit "cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiose agere fas non est. ut ergo videtur vobis sacerdotibus, facite." tunc venientes apud Lampsacum, et duobus illic mensibus commorati, novissime irrita fecere quae ab Eudoxio et Acacio Constantinopoli sunt patrata, tenendamque fidem apud Seleuciam expositam decreverunt. sed impius Valens, quae apud Lampsacum gesta sunt, destruxit, et episcopos, qui ibidem convenerant, exilio

Digitized by Google

p. 86 3 relegavit. interea Liberius papa Romanus et Athanasius et
Meletius et Samosatensium Eusebius, qui Ioviani praecepto
ab exilio fuerant revocati, in orthodoxiae sermone vigebant,
necnon et Hierosolymitanus Cyrillus et alii episcopi ortho-
doxae fidei propugnatores. Arianis autem praeerant apud
Alexandriam Lucius et apud Antiochiam Euzoius, Paulinus
p. 88 17 autem uni parti orthodoxorum, alteri vero Meletius. qui-
dam sane aiunt quod Dominica uxor Valentis persuaserit ei
tam valenter Arii sensum sectari. porro alii scribunt quod
postquam imperaverit ab Eudoxio baptizatus, iuramento fir-
maverit in ipso baptismate cum Ario se sensurum et homou-
sium minime recepturum; et sic utrique dena milia persecu-
tionum in orthodoxos commoverunt. mittunt autem et Li-
berio Eustathium Armenum et Silvanum Tarsensem atque
Theophilum Castavalensem, repromittentes per ipsos recipere
homousium. qui pervenientes Liberio scriptum pro homou-
sio porrexerunt libellum, profitentes se omnem haeresim
aversuros, quae synodo Nicaenae foret adversa; quibus et
receptis Liberius communicavit, scribensque Orientalibus te-
stimonium illis perhibuit orthodoxiae.

p. 89 14 Mundi anno 5861, divinae incarnationis anno 361, concilium
Tyanense celebratum est, in quo inventi sunt Eusebius Cae-
sariensis Cappadociae, Gregorius Nazianzenus pater Gregorii
deiloqui, qui et ipse Nazianzenus appellatur, et Trienus Me-
litenensis et alii; qui super Liberii litteris exultantes omnibus
orthodoxis significaverunt episcopis quo Tarsum in confir-
mationem verae rectae fidei convenirent; quo audito Valens
eos prohibuit convenire.

p. 90 16 Cyziceni autem Eunomium insecuti sunt tanquam hae-
reticum et blasphemum, qui veniens unitus est Eudoxio.
erat enim blasphemus et acerrimus, praesumens dicere quia
deus de propria substantia nihil nobis amplius novit. porro
Valens paganis dedit sacrificia et solemnitates celebrandi li-
centiam. pari modo et Iudaeos fovebat et honorabat, solos
tantum orthodoxos in apostolica insecutus ecclesia.

p. 93 17 Huius anno imperii nono S. Athanasius Alexandrinus
migravit ad dominum, cum episcopatum gessisset annis qua-
draginta sex, ex quibus quadraginta in persecutionibus pro
pietate ac periculis vixit. cui successit Petrus, qui Arianis
in multorum hominum caedes grassantibus pulsus Romam
fugiens ad Damasum properavit, cuius et erat sensus, quando
et horrenda, quae gesta sunt ab Arianis apud Alexandriam,
per epistolam conscripserunt. eodem anno et Basilius epi-
scopus Caesariae factus est, cum Eusebius pie dormisset.

Digitized by Google

Mundi anno 5866, divinae incarnationis anno 366, Am- p. 94 10
brosius post Auxentium ecclesiae Mediolanensium praeest.
Occidente vero totam trinitatem homousion praedicante, p. 95 11
postulavere quidam Valentinianum, et fecere synodum in
Illyrico, et fidem roboraverunt Nicaenam. tunc et Grego-
rius deiloquus Constantinopolitanae praesidere noscebatur
ecclesiae, pro Basilii et Meletii ac reliquorum pietatis pu-
gnans dogmatibus. et nisi ante ad urbem Constantinopolita-
nam invitatus esset, tota nimirum Arii et Eunomii replere-
tur illuvie: omnes enim ecclesias ipsi possidebant, praeter
oratorium Anastasiae martyris. praeerat autem illic Arianis
Demophilus. tunc Gregorius quoque Nyssenus et Petrus, fra-
tres Basilii, coruscabant, Optimusque in Pisidia et Amphilo-
chius in Iconio. Barsen autem episcopum Edessae atque
Pelagium Laodiceae, utpote orthodoxae fidei propugnatores,
Valens in exilium misit. Sauromatarum autem gens, quae p. 96 17
pusilla et infirma est, contra Valentinianum insurgens et ab
eo superata, legatis missis, pacem expostulat. cumque Va-
lentinianus a legatis sciscitaretur utrum Sauromatae tales et
tam vilium corporum omnes existerent, responderunt dicentes
quia meliores eorum hic habes et vides. tunc validissime
ille clamans ait "atrocia Romanum imperium sustinet ad Va-
lentinianum pertingens, si Sauromatae tales existentes contra
Romanos insurgunt." ex animositate autem nimia et manuum
plausu vena recisa, et plurimo erumpente sanguine, in quo-
dam municipio Galliae moritur. porro Valens Traianum
magistratum contra Gothos misit, qui victus ignominiose re-
versus est. cui cum Valens mollitiem exprobraret, respondit
"non ego sum victus, imperator, sed tu, qui contra deum
pugnas et barbaris nutum eius concilias." Damasus autem p. 98 9
Romanus et Petrus Alexandrinus primi Sabbatianos conde-
mnaverunt; et impius Eunomius praesumpsit in una mersione
baptisma celebrare, non in trinitate sed in morte Christi
oportere baptizare dicens, et eos qui in trinitate baptizati
erant rebaptizabat.

Per idem tempus et magnus Ephrem in studio et divina p. 99 2
doctrina fulgebat, multos quidem sermones asceticos, plures
autem dogmaticos ex divino spiritu emanans. quaedam autem
studiorum eius etiam cantanda Syris tradidit, per melos per-
trahens antiquiores. aiunt itaque trecentas eum myriadas
versuum edidisse, vere divina sapientia conditorum, in qui-
bus invenies discendam viri virtutem.

Mundi anno 5868, divinae incarnationis anno 368, Mes-
salianorum haeresis, id est Euchetarum et Enthusiastarum,

Digitized by Google

exorta est. hi psallentes incedunt et manibus plaudunt, quae
apud David sunt insensate ac velociter excipientes. huius
haeresiarchae Dadoes et Sabbas et Adelphius extiterunt, et
ut quidam aiunt Eustathius Sebastenus; quibus restitere for-
titer Amphilochius Iconiensis, Litoius Melitanus, postmodum
autem et Flavianus Antiochenus. praeterea Valens omni ec-
clesia devastata venit Caesariam ab Oriente, contra sacratis-
simum Basilium insaniens; qui egit quae magnus Gregorius
p. 100 13 in epitaphio Basilii arguit. deinde vero Mavia Saracenorum
regina multa mala Romanis faciens pacem quaesivit, et Mo-
sen quendam religiosorum in heremo commorantium epi-
scopum dari Saracenis, qui apud se christianizabant, expe-
tiit. imperatore autem alacriter hoc faciente, Moyses non
. . . . a Luciano Ariano consecrari, sed a quodam episco-
porum qui in exilio fuerant; quod et factum est. hoc sus-
cepto Mavia multos Christianos de Saracenis effecit. aiunt
autem quia et ipsa Christiana erat, natione Romana, et ca-
ptiva ducta placuit propter pulcritudinem regi Saracenorum,
et sic regnum obtinuit. scribit vero multa de eodem genere
Sozomenus, unde originem ceperit et unde sic nuncupetur,
et quod 13 anno circumcidatur. porro Gothi ab Hunnis
impugnati auxilium ab imperatore postulant, et per Hulfiam
episcopum suum Arianum, qui moratus sub Constantio fue-
rat cum Eudoxio et Acacio Arianis. hic Gothos Arianos
p. 101 16 esse docuit, qui adunati ferme viginti Graeciae depopulan-
tur provincias. quo audito Valens, cum Antiochiae degeret,
venit Constantinopolim. Byzantii vero conviciis illum ut-
pote invalidum et bellorum fugacem accumulabant. Hisa-
cius autem, sacer monachus, tenens frenum equi Valentis,
cum novissime egrederetur in praelium, ait ad eum "quo
vadis, imperator adversus deum pugnans et deum adversa-
rium habens?" quem iratus carceri tradidit, mortem illi mi-
natus, si rediret, quemadmodum Micheae quondam Achab.
post egressionem autem eius quidam ex suis confessi sunt
quod praeceperit divinationes fieri de impetu belli, quod
sibi imminebat. quo cum Gothis inito superatus fugit in
quandam domunculam, ad quam cum barbari pervenissent,
domum incendentes, ignorantes, omnes qui in illa erant cre-
maverunt. aiunt autem quod divinus Hisacius in carcere
foetoris Valentem, dum cremaretur, divina gratia et animae
munditia deprehenderit, praedixeritque interemptionem eius
his qui secum erant, antequam nuntii advenissent qui gesta
praelii nuntiarent. quo comperto Gratianus Augustus Theo-
dosium Augustum induit et appellavit imperatorem, et con-
tra Gothos direxit. Gothos autem vulgo Scythas dici Tra-

Digitized by Google

ianus patricius perhibet in historia sua. erat autem Theodosius orthodoxus et in bellis mirabilis. porro Gratianus et p. 104 3
Valentinianus lege data episcopos exilio revocaverunt, Arianos autem persecuti sunt, Damaso cooperante papa Romano.

Mundi anno 5874, divinae incarnationis anno 374, Theodosius imperat, cuius imperii quinto anno sancta et univer- p. 107 4
salis secunda synodus celebrata est, cui praefuere Timotheus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hierosolymitanus et divinus Gregorius Constantinopolitanus. hi vero qui cum Macedonio sensere triginta sex episcopi adhortati a patribus dogmata Nicaena suscipere, secundum quod et Liberio repromittentes libellos porrexerant: hi qui circa Silvanum erant Romam transmissi, renuerunt veritati acquiescere, et recesserunt risus omnibus facti, alia sentientes et alia pollicentes, seductorie Liberii epistolas reportantes, testimonium sibi perhibentis orthodoxiae. sancta vero synodus Gregorio deiloquo episcopatum Constantinopoleos roboravit, et hunc invitum in throno locavit, utpote multum laborantem et urbem a laesione haereseos liberantem. cumque didicisset quosdam ex Aegypto sapientissimus et beatissimus iste huic rei invidere, compositorio sermone ostenso sponte a throno regnantis urbis abscessit; quo thronum refutante Nectarium imperator et synodus provehit, Tarsensem genere et praetorio tunc principantem; qui licet nondum baptizatus esset, religiosus tamen et vitae venerabilis erat. porro sancta et universalis synodus homousion firmavit, addidit autem et symbolo theologiam spiritus sancti. tunc Gregorius Nicaenus in hac et Pelagius Eulogiusque Edessenus et Iconiensis Amphilochius coruscabant cum magno Gregorio et viris
praefatis. magnus autem Meletius Antiochenus, postquam p. 109 1
synodus est finita, dormivit in pace. ordinatus autem est Flavianus Antiochiae praesul, vivente quoque Paulino, quamquam idem Flavianus praestitis firmaverit iuramentis nunquam se manus impositionem episcopatus ullatenus admissurum. iterum ergo turbatio ecclesiam obtinebat Antiochenam, aliis qui-
dem Paulino aliis vero Flaviano parentibus. apud Palaestinam p. 110
vero in castello Emaus natus est puer perfectus, ab umbilico et sursum divisus, ita ut haberet duo pectora et duo capita, et unusquisque sensus, et unus edebat et bibebat, et alter non edebat; unus dormiebat, et alter vigilabat. nonnunquam vero et simul ludebant ad alterutrum, et flebat uterque, et percutiebant invicem. porro vixere annis ferme duobus, et unus quidem mortuus est, alter vero vixit diebus quatuor, et mortuus est et ipse. Theodosius autem undecimo imperii

Digitized by Google

sui anno, venit cum Honorio filio suo Romam, et locavit eum
imperatorem in ea.

p. 112 8 Mundi anno 5890, divinae incarnationis anno 390, Ne-
ctarius Constantinopolitanus episcopus presbyterum prohi-
buit, qui erat super poenitentiam *) constitutus, propter
peccatum quod a quodam diacono factum fuerat in ecclesia
in mulierem quae vacabat sub poenitentia: apud Romam
vero, et in toto Occidente diligenter conservatur usque in
praesens, et locus poenitentibus segregatur. Theodosius au-
tem legem scripsit, mulierem in diaconissam non promoven-
dam, nisi sexaginta transcenderit annos, secundum apostolum.
p. 113 5 interea Ioannes Chrysostomus, presbyter existens Antioche-
nus, mirabiles sermones ad commonitionem eorum qui con-
p. 115 6 tra imperiales statuas agere praesumpserant edidit. prae-
terea cum imperator Romam venisset, accessit ad eum epi-
scopus consilio Innocentii Romani pontificis, contra Flavia-
num episcopum Antiochenum. imperator autem, ea quae
ad pacem sunt admonens eos, univit post decem et septem
annos, iubens episcopum de Oriente Romam venire, cum quo
et Beroensis Acacius missus est.

p. 116 13 Mundi anno 5890, divinae incarnationis anno 390, Ar-
p. 117 6 cadius cum Honorio imperat, cuius sexto imperii anno Ne-
ctarius moritur. Theophilus autem episcopus Alexandrinus
cum adesset, Ioannis Chrysostomi prohibere satagebat ele-
ctionem, Isidorum quendam presbyterum suum, qui sibi mi-
nistraverat, dignum episcopatu regiae urbis testificans. im-
perator autem et tota civitas Ioannem ab Antiochia ad id
ab ipso vocatum consecrari voluit. erat enim Ioannes ex
clarissimis Antiochensium, patre Secundo et Anthusa matre
genitus. hic cum esset disertissimus ex divina maxime gra-
tia, etiam accerrimis gentilium sophistis mirabilis habebatur;
unde Libanius circa mortem interrogatus a discipulis quis-
nam eruditionem post eum susciperet, ait "Ioannes, nisi hunc
Christiani a nobis furati fuissent." eruditus namque est scri-
pturis divinis Chrysostomus apud Carterium quendam abba-
tem cuiusdam monasterii, encycliis vero penes iam dictum
p. 120 3 Libanium. Macedonianus autem quidam per huius doctrinam
accessit ad ecclesiam, qui propriam uxorem hortatus ut con-
verteretur et communicaret, vix persuadere praevaluit: illa
vero dans communionem ancillae suae, quae erat ex Mace-
donianis, iussit habere secum. cumque accessisset ad Chry-
sostomum, suscepta ex sanctis manibus eius communione,

*) super poenit.] Hist. Tripart. 9 35. Fabr.

Digitized by Google

hanc se fingens sumere postremo porrexit ancillae, et acceptam Macedonianorum communionem ad os affert, et invenit eam lapidem factam. tum deterrita et tremefacta pedibus incurvatur Ioannis, temeritatem confitens et sinceriter ad ecclesiam rediens. porro lapis repositus est in vasorum custodiario reservandus. per idem tempus Arsenius, qui magnus ad saeculum fuerat, contemptis omnibus divinam philosophiam apud Aegyptum sectabatur, vita et verbo atque miraculis in ordine monastico fulgens.

Mundi anno 5896, divinae incarnationis anno 396, Ioan- p. 121 6
nes Chrysostomus multis in vita et verbo divinisque charismatibus splendens, et circa omnem virtutem districtus existens, diligebatur a populo, qui aedificabatur valde doctrinis eius. hi vero qui luxuriose vivebant se avertebant ab illo, qui et in bello, quod adversus eum gestum est, operati sunt; intér quae contigere quae circa Eutropium eunuchum gesta sunt, quin et contentio Severiani Gabalensis contra Serapionem archidiaconum Ioannis, et illud quod actum est de Longis, qui ex Aegypto fugerant propter Theophilum; necnon et illud de litteris Theophili ad Epiphanium. ex quibus omnibus famulus dei Ioannes insidiis appetebatur. interea Epiphanius Cyprius veniens in Ebdomum consecrationes et synaxes praeter Ioannis voluntatem fecit. verum haec Ioanne ob divinam caritatem parvipendente, non est placatus, criminationibus Theophili contra beatum Ioannem factis praeoccupatus. sequenti vero anno Ioannes sermonem contra p. 122 3
malas mulieres fecit, quo vesani et veritatis inimici Eudoxiam irritaverunt, dicentes adversus eam habitum fuisse sermonem. at illa dicens ad Arcadium atrocia se a Ioanne fuisse perpessam, egit ut Theophilus accersiretur, quia manifestus erat inimicus Ioannis; qui accedens contra Ioannem insidiatus est, et tunc emisit ab urbe. quo comperto populus magnam excitavit seditionem, non indulgens pelli Ioannem; inter quos et Eudoxia plorationibus plebis inclinata rogavit Arcadium, et misso Crisone eunucho a Preneto Ioannem reduxit, qui publicam synodum introire minime passus in proastio morabatur. populus autem ad imperatorem vociferatus Ioannem intrare et in throno locare coegit, ita ut Theophilus, et qui cum illo erant, metuentes de civitate fugerent. tunc sexaginta episcopi convenientes irrita omnia quae a Theophilo et sociis contra divinum Ioannem acta fuerant iure constituerunt. porro sequenti anno imperatrix p. 123 3
Eudoxia suam argenteam statuam faciens statuit in loco qui nuncupatur Pittacia, iuxta sanctam Eirenem. urbis autem praefectus cum esset Manichaeus, et quae paganorum sunt

saperet, plausus et choros et saltationes celebrans tumultusque faciens contristabat pontificem, non permittens eum quiete divina officia celebrare: saepe namque turbabat psallentes. verum Ioannes hunc verbis mitigabat, ille vero Eudoxiam contra Ioannem excitavit, quasi contra honorem statuae eius gereret. ergo contra Ioannem iterum odium, iterum ira. ipse autem sermonem edidit, cuius initium est "iterum Herodias saevit." tunc inimicitia consummata imperatricis adversus eum commota est, et iterum depositio et exilium. populus autem ecclesiam incendit, multique pro Ioanne periclitati sunt; qui pulsus ab urbe in exilium missus
p. 124 est, ubi et in domino obiit. qui cum esset in exilio, consecratus est Arsacius frater Nectarii, qui ante Chrysostomum episcopus urbis regiae fuerat. Innocentius autem Romanus non communicavit eiectioni Ioannis, sed per litteras clerum consolatus est civitatis, et super temeritatibus indignabatur. Epiphanius vero ad Cyprum navigavit, deo nimirum migrationem eius praenuntiante. aiunt autem quod et Ioanni finem in exilio praenuntiaverit affuturum, similiter et Ioannes Epiphanio praedixerit quam in navi pertulit mor-
p. 125 tem. eodem anno mortua est et Eudoxia. Arcadius autem cum se completo decimo quarto imperii sui anno mori cerneret, videns Theodosium iuniorem parvulum esse, et considerans ne a quoquam insidiis appeteretur, hunc imperatorem appellavit, et ei curatorem per testamentum fore statuit Hisdigerdem Persarum regem. Hisdigerdes autem Arcadii testamento suscepto, paceque sine invidia erga Romanos usus, Theodosio imperium conservavit, et Antiochum quendam mirabilem atque rationabilem virum ei tutorem et paedagogum mittens, haec Romano senatui scribit. "Arcadio dormiente meque curatorem filii eius constituente, qui suppleat locum meum direxi. ne quis ergo insidias puero conetur, ne praelium intolerabile contra Romanos commoveat." Antiochus vero cum imperatore venerat. ab Honorio autem patruo suo et Pulcheria sorore sua Theodosius perite in his quae Christianorum sunt erudiebatur, et erat pax inter Romanos et Persas, Antiocho maxime pro Christianis multa scribente; sicque dilatata est in Perside christianitas *), Marutha episcopo Mesopotamiae mediante.

p. 126 Mundi anno 5901, divinae incarnationis anno 401, Theo-
p. 127 dosius iunior imperat; cuius imperii anno secundo Atticus

*) christianitas] Vetus interpres epist. ad Magnes. quae S. Ignatio adscribitur: Non enim Christianitas in Iudaismum credidit, sed Iudaismus in Christianitatem. FABR.

Digitized by Google

episcopus Constantinopolitanus Iudaeum quendam paralyticum monens suadens atque baptizans sanum ex lavacro eduxit: secundum deum enim dicitur fuisse provectus. septimo p. 129 6
imperii Theodosii anno, obeunte Theophilo Alexandrino, Cyrillus consobrinus eius pro ipso episcopus ordinatus est. tunc et Hesychius presbyter Hierosolymitanus doctrinis effloruit.

Mundi anno 5912, divinae incarnationis anno 412, Theodosius imperat; cuius decimo quinto imperii anno Honorius p. 130 19
moritur, et Ioannes quidam ex imperialibus subscriptoribus Romae imperium arripit, legationemque ad Theodosium mittit, in imperatorem suscipi deprecans. at vero Theodosius legatis in carcerem trusis Ardaburium stratigon mittit adversus eum; quem tyrannus apud Ravennam aggressus inclusit. quo Theodosius cognito Asparem huius filium mittit adversus eum. tum deo amabilis imparatoris oratione angelus domini, in habitu pastoris apparens, deduxit Asparem et eos qui cum illo erant, et ducit eos per paludem inviam, quae Ravennae adiacet, quam deus perviam operatus est quemadmodum Israelitarum tempore; et transmeantes per aridam, apertis portis civitatis inventis, tyrannum quidem occiderunt, Ardaburium autem a vinculis absolverunt. sequenti p. 132 5
autem anno Maruthas episcopus Mesopotamiae filium regis Persarum Hisdigerdis a daemonio vexatum sanavit. interea p. 134 13
Theodosius imperator multa benignitate motus, licet Persas potentissime vicerit, parcens tamen Christianis qui habitabant in Perside, pacem amplectitur; cuius rei gratia mittit legatarios *) Heleonem patricium, quem valde honorandum ducebat, et Anatolium Orientis stratigon. Vararanes autem sciens superationem suam suscipit legationem, et ista persecutio cessavit quae in Christianos agitabatur. ceterum Theodosius imperator communicatrices habens hymnodiae proprias sorores, quae virginitatem tota vita sectabantur, super huiuscemodi beneficiis deo gratias agens hymnis hunc laudare penitus non cessabat. Sisinnius autem Constantinopolitanus episcopus Proclum consecrat episcopum Cyzici; quem Cyziceni non suscipientes, monachum quendam praeter votum Sisinnii Dalmatium dictum consecrat. Proclus autem propriam ecclesiam non habens Constantinopoli hortatu Sisinnii doctrinis pollebat; qui eiusdem urbis non multo post ordinatur antistes. sequenti vero anno Philippus presbyter Sidae Christianam historiam in triginta sex libros descripsit.

*) legatarios] Flodoardus hist. eccl. Rem. 1 25: legatarius animi felle commotus. Fabr.

Digitized by Google

p. 135 18 Mundi anno 5923, divinae incarnationis anno 423, Sisinnio defuncto Nestorius Constantinopolitanus fit episcopus. mox vero thronum conscendit nequam fides eius, et perversus in dogmatibus sensus ostendebatur. homeliam quippe de fide protulit, syncello suo praecipiens ut hanc coram ecclesia praedicaret, habentem ita "dei genitricem Mariam vocet nemo: Maria enim homo erat, et ab homine deum gigni impossibile est." hanc vocem primum reprehendit Eusebius quidam scholasticus imperatricis Constantinopoleos; unde multi Byzantiorum turbati sunt. Nestorius autem verbum firmare festinans, vocem qua dei genitrix dicitur eiecit, purum hominem dicens dominum. quadam vero dominica die, praesidente Nestorio, iussus Proclus recitare homeliam dixit in dei genitricem, cuius initium est "virginalis solemnitas hodie, fratres." tunc odibilis factus est apud omnes impius Nestorius propter typhum et malam fidem. eodem vero anno terribile miraculum sanctorum septem puerorum
p. 137 Ephesi factum est, resurgentibus eis post 181 annos. porro Cyrillus Alexandrinus episcopus compertis Nestorii blasphemiis scribit ei, rogans et monens ut discederet a perversis dogmatibus suis fidemque rectam susciperet. at vero Nestorius ei e contra misit iniurias et blasphemias. tunc Cyrillus scribit Caelestino papae Romano quae Nestorius praedicaret; et blasphemias, quae sibi scriptae fuerant a Nestorio, ei manifestas exhibuit. tunc Caelestinus scribit Nestorio, definiens ei dierum decem indutias cessandi a blasphemia et poenitendi: quodsi perdurasset in prava opinione, sacerdotii communicator ulterius esse desisteret. scribunt autem similiter Caelestinus atque Cyrillus Antiocheno et Hierosolymitano archiepiscopis de Nestorio et haeresi eius. Ioannes autem scribit Nestorio dans concilium recedendi ab haeresi, quin et ad memoriam ducens illud apostoli dicentis "misit deus filium suum factum ex muliere." cognoscens vero Nestorius quod patriarchae taliter ecclesiis conturbatis silere minime paterentur, suasit imperatori mittere Cyrillo sacram stigmatibus plenam; quem putans ex his compescere magis erexit. surgens enim scribit imperatori et sororibus suis tam de recta fide quam de sinistra opinione Nestorii, simul et postulans universalem fieri synodum ad examinandum canonice de Nestorio. tunc imperator Theodosius scribit omnibus episcopis ut absque ulla dilatione post pascha Ephesum convenirent, diffiniens quia nullam apud deum et apud nos excusationis rationem habebit, qui die sanctae pentecostes in concilio inventus non fuerit apud Ephesum. Caelestinus autem Romanus scribit Cyrillo Alexandrino locum suum in

Digitized by Google

concilio retinendi. itaque vigesimo quinto imperii Theodo- p. 138 14
sii anno apud Ephesum celebratur tertia sancta synodus.
omnibus sane antistitibus convenientibus, Ioannes Antioche-
nus et Orientales in dicta die, et quae ante statuta fuerat,
minime concurrerunt. porro decima sexta die post praefi-
nitam, Ioanne non veniente, pervenit Nestorius cum multa
iactantia, vicesimaque mensis Iunii die celebrata est synodus,
Nestorio Cyrillo et Iuvenali praesidentibus. porro Cyrillo
Romani pontificis vices agente et cuncta theologice disputante,
dicit Nestorius cum multa iactantia "ego illum qui bimenstris
et trimenstris factus est, nunquam deum nominaverim, et ideo
mundus sum a sanguine vestro, et ex hoc ad vos nullatenus re-
pedabo;" et his dictis cum sex episcopis, qui voluntarie secuti
sunt eum, abiit. ii vero qui circa Cyrillum erant postera die
convenientes, misere tres episcopos vocare illum, et non ob-
audivit. pari modo secundo et tertio et quarto a synodo convo-
catus non venit: sed et illos qui missi fuerant, iniuriis fecit
et contumeliis affici. tunc synodus iniuriis et ignominia la-
cessitis episcopis, qui missi fuerant, receptis, sententiam pro-
tulit in eum, et alienum fore ab omni sacra dignitate decre-
vit, in faciem *) ei depositione ipsius transmissa. his ita
finitis venit post tres dies Ioannes Antiochenus episcopus vi-
ginti sex secum episcopis habitis; qui cum didicissent Nesto-
rium iam depositum, scissi a sancta synodo et cum Nestorio
considentes deposuere, ut opinabantur, Cyrillum et Memno-
nem Ephesinum. Theodoritus sane putans Cyrillum in duo- p. 140
decim capitula offendisse, praeter veritatem narrationem fa-
ciens, ibidem Nestorii venenum evomuit. Cyrillus vero po-
tenter exsurgens pro eisdem capitulis rationem reddidit, ea
quae in eis habentur interpretans, et ecclesiasticum thesau-
rum esse demonstrans, atque piam intentionem suam mani-
festans omnibus. itaque Antiochenus Ioannes a concilio ter-
tio vocatus, et non obaudiens ut veniret, sententiam una
cum his qui secum erant excepit, ut alieni forent ab omni
ecclesiastica communione, usque dum sese recognoscentes
proprium confiterentur excessum. tuncque synodus diffini-
vit, quae ab Orientalibus in iniuriam sanctissimorum eccle-
siae praesulum Cyrilli et Memnonis prolata sunt, utpote sine
lege et sine canone deprompta, nullam vim prorsus habere.
his igitur omnibus per suggestiones Theodosio imperatori re-
latis, iussi sunt episcopi ex utraque parte ascendere Con-
stantinopolim; qui cum ascendissent, cooperatione dei vicere
hi qui ex parte synodi fuerant, firmataque depositione Ne-

*) in faciem] Hist. Tripart. 4 24: nam qui de suis dictis confidunt, etiam ad faciem probare non fugiunt. Fabr.

Digitized by Google

storii Maximianus Constantinopoleos consecratur episcopus.
p. 141 3 Orientales vero susceptum Nestorium secum duxere. porro quarto Nestorii depositionis anno Ioannes Antiochenus episcopus amore dei detentus, vidensque multos Antiochenorum viros egregios a Nestorio adulterina pravitate infectos, scribit rogans imperatorem hunc ab Oriente pellendum. imperator autem Nestorium quidem exilio relegavit apud Oasim, praecepta vero mittit Cyrillo et Ioanni sine dilatione et ad universas ecclesias. Ioannes autem accepta praeceptione scribit Cyrillo fidem suam et patrum apud Nicaeam et Constantinopolim collectorum confessionem, recipiens etiam quae apud Ephesum gesta sunt. quibus Cyrillus susceptis scribit Ioanni et Orientalibus epistolam, cuius initium est "laetentur caeli et exultet terra." et in eadem confessione utrisque convenientibus unitae sunt ad pacem atque concordiam, quibus praeminebant, ecclesiae. per idem vero tempus Nonnus regebat Edessensem ecclesiam, qui primam Antiochenarum mimarum deo dicavit et pro Margarita meretrice Pelagiam Christo exhibuit. iste ergo exultans super horum concordia scribit Ioanni archiepiscopo monita et verborum magisteria, in quibus et hoc ait "munda ecclesiam, o homo dei, a Nestorianis zizaniis et eius impietate." porro impium et blasphemum Nestorium in exilio divinum iudicium subsecutum est, tabefactis omnibus membris eius, et maxime lingua, qua consumpta morte praevenit iter quo ab Oase ad alium locum erat ducendus.

p. 142 12 Mundi anno 5926, divinae incarnationis anno 426, veniens Valentinianus filius Constantii et Gallae Placidiae ab urbe Roma Constantinopolim duxit uxorem suam, filiam Theodosii imperatoris, Eudoxiam nomine, quam sibi Eudocia
p. 143 genuerat, et Romam rediit. sequenti vero anno Theodosius imperator Eudociam uxorem suam Hierosolymam misit gratificos hymnos oblaturam deo; quae plurima dona ecclesiis contulit, et adoratis tam sancta cruce quam colendis locis reversa est ad regalia. tricesimo dein imperii Theodosii anno Proclus episcopus Constantinopolitanus postulatus ab imperatore Theodosio corpus S. Ioannis Chrysostomi a Comanis ad regiam urbem detulit, et proximo anno post triginta tres annos id coram omni processione una cum imperatore ac imperatrice Pulcheria pompis funebribus publicans in apostolorum ecclesia posuit. et ita eos qui propter illius depositionem ab ecclesia separati erant, ecclesiae rursus univit. sub hoc sanctae memoriae Proclo terrae motus facti sunt magni Constantinopoli per quatuor menses, ita ut timentes Byzantii extra civitatem, in loco qui dicitur Campus, essent perseverantes una cum episcopo, ad deum precibus et

Digitized by Google

letaniis vociferantes. quadam ergo die fluctuante terra, et omni plebe attentius exclamante κύριε ἐλέησον, circa horam tertiam omnibus videntibus contigit a divina virtute sustolli quendam adolescentulum in aëre, et audiri divinam vocem admonentem eum episcopo ac populo nuntiare ut letanias sic facerent et dicerent "sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miserere nobis," nihil aliud apponentes. Proclus autem hac suscepta sententia praecepit populo psallere sic, et statim terrae motus cessavit. porro beata Pulcheria super miraculo una cum fratre supra modum admirata sanxit per universum orbem divinum hunc psallere hymnum; et ex tunc recepere omnes ecclesiae per singulos dies hunc canere deo.

De cetero imperante Theodosio iuniore Valentinianus p. 144 17
non solum Britanniam et Galliam et Hispaniam salvare nequivit, sed et occidentalem Libyam, quae videlicet regio vocatur Afrorum, amisit hoc modo. duo praetores erant, Aëtius scilicet et Bonifacius, quos Theodosius postulante Valentiniano Romam direxit. cumque Bonifacius principatum occidentalem Libyae percepisset, invidia inflammatus Aëtius accusationem facit adversus eum tanquam rebellionem meditantem et obtinere Libyam satagentem. et haec quidem Placidiae fatebatur, Valentiniani matri. ceterum Bonifacio scribit quia si accersitus fueris, accedere noli: incusatus enim es, et te dolose volunt imperatores . . . . . haec suscipiens Bonifacius, et veluti proprio servo Aëtio credens, accersitus accedere distulit. tunc imperatores Aëtium quasi devotum receperunt. erant autem Gothi tunc et gentes multae ac maximae, trans Danubium in Hyperboreis locis inhabitantes, ex quibus rationabiliores quattuor sunt, Gothi scilicet et Hypogothi, Gipedes et Vandali, nomen tantum et nihil aliud mutantes, unaque lingua utentes. omnes autem fidei erant Arianae malignitatis. isti sub Arcadio et Honorio Danubium transeuntes in terra locati sunt Romanorum. et Gipedes quidem, ex quibus postmodum divisi sunt Longobardi et Avares, villas quae sunt circa Siggidonem et Sirmium habitaverunt. Hypogothi vero post Alaricum Romam depopulantes in Gallias abiere, et quae ibidem sunt obtinuerunt. Gothi autem p. 146 2
Pannoniam habuerunt primum, dein decimo nono anno imperantis Theodosii iunioris Thraciae villas habitaverunt per quinquaginta octo annos in Thrace morantes, Hesperium quoque obtinuerunt principatum. porro Vandali Alanis sibi sociatis, et Germanis, qui nunc Franci vocantur, ascitis, transeuntes Ninum fluvium Modigisclo duce habito habitaverunt in Hispania, quae est prima Europae provinciarum ab

Digitized by Google

Hesperio Oceano. Bonifacius autem metuens imperatores Romanos, transfretans a Libya in Hispaniam, ad Vandalos venit. cumque Modigiselum invenisset mortuum et filios eius Gonzarin et Gizericum principatum moderantes, hortatus est ut hesperiam Libyam in tres partes dividerent. polliciti sunt unicuique tertiae parti se una cum ipsis principaturos, in communi tamen in quemlibet hostem ulturos. in talibus ergo professionibus Vandali fretum transmeantes Libyam habitaverunt ab Oceano usque Tripolim, quae est circa Cy-
p. 147 renen. Hypogothi vero surgentes a Gallia tenuere etiam Hispaniam. quidam autem senatus Romani, amici Bonifacii, falsam accusationem Aëtii intimavere Placidiae, ostendentes quoque et Aëtii ad Bonifacium pridem scriptam epistolam, quam ad eos idem miserat Bonifacius. ast stupefacta Placidia Aëtium quidem in nullo laesit, Bonifacio vero verbum cum iuramento misit exhortatorium. porro Gonthario mortuo Gizericus Vandalorum factus est imperator. Bonifacius ergo verbo suscepto contra Vandalos armatur, exercitu magno sibi veniente tam a Roma quam a Byzantio, cuius Asperis erat magister. inito autem contra Gizericum praelio superatus est Romanorum exercitus, sicque Bonifacius cum Asperi Romam veniens suspicionem dissolvit, rei veritate monstrata. porro Africa taliter est Vandalis subacta. tunc et Marcianus, qui postmodum imperavit, cum miles esset et Asperi deserviret, vivus a Gizerico comprehenditur.

p. 148 8 Mundi anno 5937, divinae incarnationis anno 437, Romanae sedis Leo pontificium gerit, imperante Theodosio,
p. 150 6 cuius imperii trigesimo nono anno Proclus Constantinopolitanus moritur, cui succedit Flavianus presbyter et sceuophylax ecclesiae Constantinopolitanae, vir sacer et strenuus. atque Cyrillus Alexandrinus obiit antistes, cui subrogatur in sede Dioscorus, qui nullatenus erat didascalicus, sed immitis et ferus.

Mundi anno 5940, divinae incarnationis anno 440, Chrysaphius eunuchus palatium et ipsum imperatorem tenens, cum invideret Flaviani consecrationi, suggessit imperatori, sine malitia existenti et apud Chalcedonem degenti, mandare patriarchae ut mitteret pro consecratione sibi benedictiones *).
p. 151 quo facto **) Chrysaphius avertens mandavit aureas impera-

*) benedictiones] v. Menardum ad concordiam regularum. Flodoardum hist. eccl. Rem. 2 11. Fabr.

**) *quod factum* Fabrotus. idem mox *aureas* posuit pro eo quod erat *autem Andreas*.

Digitized by Google

lorem quaerere benedictiones. at episcopus renuntiavit non se habere pecunias ad mittendum, nisi forte quoque utar (inquiens) ex sacris vasibus. fit ergo ex hoc inter illos, Pulcheria haec ignorante, non modicus maeror. verum haec apud Constantinopolim. ceterum penes Alexandriam Dioscorus confestim Cyrilli cognatos in primordiis suis devastat et horum patrimonia depraedatur, filium autem fratris eius Athanasium presbyterum sine culpa deposuit. haec autem faciebat rectae Cyrilli fidei adversatus, cum esset haereticus et ex mollibus ungulis ea quae sunt Origenis sentiret. irascebatur autem et Flaviano, eo quod modicum quid opis beati conferret Cyrilli cognatis. cum ergo Chrysaphius esset impius, videre non ferens ecclesiarum concordiam, operam dabat ut conturbaret eas, et diversis modis agebat ut Flavianum ab episcopatu depelleret, volens Eutychen quendam sensus sui archimandritam ad episcopatum eius provehere. et quoniam Pulcheria res civiles retinente nihil valuit, primo insidiatur Eudociae insidiarum eius nondum expertae, et in livorem eam instigat contra propriam matrem, et im- p. 152
mittit ei, ut et illi deroget apud imperatorem et tollat ad se praepositum, quoniam praepositus ad dispositionem rerum pernecessarius erat Pulcheriae. imperator autem ab uxore molestiis fatigatus, mittit ei dicens "ne te hoc tristem reddat: praepositum enim te habere non est possibile, neque meam sororem bene et perite ac pie omnia disponentem ego repello." inefficax ergo Chrysaphius super hoc effectus ad aliud vertitur instrumentum, et suggerit Eudociae ut molesta imperatori suaderet ei, quo praeciperet patriarchae consecrare illam diaconam, tanquam quae virginitatem elegisset. et diutius Eudocia imperatori molesta persuasit levitati eius. super quo iussus Flavianus ab imperatore tristatus est valde, prospiciens futura ex hoc scandala nascitura. et imperatori quidem repromisit, Pulcheriae vero scripsit rogans eam ne saltem ante faciem eius veniret, "ne cogar" inquit "agere quid eorum quae te contristant." illa ergo ex his quae scripta fuerant intelligens quod meditabantur, et praepositum Eudociae transmittit, et ipsa exiens in Ebdomum siluit. ex hoc itaque imperator et Eudocia valde contra Flavianum tristes p. 153
effecti sunt, quod suum revelasset secretum. porro Eusebius scholasticus, qui primus Nestorium reprehendit, ad episcopatum Dorilaei promotus, et de fide cum Eutyche archimandrita disputans, invenit eum non recta sapientem; qui cum multum commonens iuvare illum nequivisset, retulit de eo Flaviano episcopo, qui quadraginta episcoporum concilio p. 154
congregato adducit Eutychen, et iuxta omnem consequentiam

Digitized by Google

regularum ecclesiasticarum discutiens inventum subdolum et
haereticum deposuit. Chrysaphius autem huius concors pa-
latium tenens, his cognitis in iram peramplius contra Fla-
vianum accenditur, et intimat Dioscoro Alexandrino se in his
quae cordi eius essent per omnia cooperaturum, si sibi in
calumniis contra Flavianum et Eusebium ipse concurreret
pro Eutycheque satageret. movet autem ad id etiam Augu-
stam Eudociam, tristia de Pulcheria contra Flavianum me-
morans apud illam; et agit uterque quo imperator sanciret
secundum Ephesi congregari concilium, cui Dioscoro prae-
esse concedunt, mittentes ei exercitum plurimum in auxilium.
p. 155 2 cumque latrocinali huic concilio praesedisset, non permisit
adesse notarium alium concilio, sed suos tantum fecit scri-
bere quae gerebantur. quaestio ergo cum fieret, exigeba-
tur Eutyches propriam exhibere opinionem, qui respondit
dicens "confiteor ex duabus naturis fuisse dominum nostrum
ante adunationem: post adunationem vero unam naturam
confiteor." tunc Dioscorus dixit "et nos omnes his assenti-
mus." et loci servatores *) quidem Leonis papae Romani,
Dioscori videntes impetum, et quod epistolam papae ad Fla-
vianum non permiserit legi, neque illam quam ad synodum
miserat, sed despexerit, fugerunt et descenderunt Romam.
porro Dioscorus Eutychi sacerdotium reddit, Eusebium vero
Dorilaei et Flavianum Constantinopolitanum in promptu de-
ponere habuit, qui et ante depositionem impulsionibus et
calcibus a Dioscoro submissus tertianus vitam mutavit; et
de cetero vi militum et gladiorum episcopi subscribere coacti
sunt. Domnus autem Antiochenus episcopus postquam vi
subscripsit, in se reversus erexit se contra Dioscorum prin-
p. 156 cipem, vociferans adversus ea quae gesta sunt, et impietatem
concilium nominans, et subscriptionem suam quaerens reci-
pere. his cognitis papa Leo accedit cum lacrimis ad impe-
ratorem Valentinianum simul et Augustas, petens epistolas
imperatori Theodosio pro emendatione patranda eorum,
quae apud Ephesum nequiter et irregulariter acta sunt, de-
stinandas; qui rescribit Eudociae filiae ita "hoc dulcedini
tuae ita notum esse volo, quia Flavianus divino iudicio ab
ecclesiis eiectus est ut multarum turbationum auctor." porro
Dioscorus deposuit et Theodoretum et Iban et Andream et
Domnum Antiochenum et alios Orientales episcopos. Theo-
dosius autem imperator mobilis erat omni vento circumlatus,

*) loci serv.] Anastasius in collatione S. Maximi martyris: compunctus divinitus praetor, imo loci servator praetoris. v. gloss. ad Cedren. Fabr.

Digitized by Google

unde et in chartis non lectis subscribebat. eodem anno Ge-
zerichus Vandalica multitudine opimus effectus, et se regem
vocans terrae ac maris insularumque multarum, Theodosium
contristabat. sane non multo post resipiscens Theodosius, et p. 157 8
recognoscens se a Chrysaphii versutiis fuisse deceptum, tri-
stabatur super impietate ac iniustitia quae facta fuerat in
Flavianum et reliquos episcopos. et indignatus vehementer
primo quidem exulem fecit in insulam quandam Chrysa-
phium, in Eudociam vero valde commovetur, hanc omnium
malorum causam appellans, quippe quae et Pulcheriam ex
imperialibus insecuta sit simul, et improperans ei quae ges-
serat circa Paulinum. illa vero desperata rogavit Hieroso-
lymam se dimitti, et assumptis Severo presbytero et Ioanne
diacono Hierosolymam venit. discens interea imperator quod
isti et in urbe frequenter ad eam accederent et cum ipsa
rursus Hierosolymis essent, multaque illis largiretur, mittens
decollavit eos. tunc imperator beatam Pulcheriam oppido p. 158
rogans ad imperialia reduxit, quae mox mittens Ephesum
asportavit inde corpus sancti Flaviani, et cum multo defe-
rens obsequio per medium urbis sepelivit apud sanctos apo-
stolos. interea Attilas Scytha, vir fortis atque superbus, de-
posito Bdella seniori fratre solus Scytharum, quos Hunnos
vocant, principatus regno, per Thracem discurrit, et omnem p. 159
civitatem et castra in servitutem redegit, praeter Hadriano-
polim et Heracliam, quae quondam Perinthus vocabatur. co-
gitur ergo Theodosius legationem Attilae mittere, et sex mi-
lia librarum ei pro recessu praebens mille librarum annuum
tributum persolvere pollicetur. igitur cum Romana virtus
a bello rediisset quod adversus Attilam fuerat destinatum,
non multo post Theodosius moritur. porro beata Pulche-
ria, nondum cuiquam imperatoris morte comperta, Marciano
accersito, in religione ac pudicitia conversante, sene videli-
cet et idoneo viro, dicit ei "quoniam imperator mortuus
est, et ego te elegi tanquam beneplacentem ex omni senatu,
da mihi verbum quod custodias virginitatem meam, quam
deo commisi, et pronuntiabo te imperatorem;" quod eo pol-
licente, accersito patriarcha pariter et senatu, pronuntiavit
eum imperatorem Romanorum.

Mundi anno 5943, divinae incarnationis 443, Marcianus p. 160
pius divino decreto imperator ostensus omnes qui in exilio
erant revocavit. Pulcheria vero perosum Chrysaphium eu-
nuchum tradidit Iordani filio Ioannis, qui tyrannidem apud
Romanam urbem exercuit, multisque Christo erectis eccle-
siis, praecipueque in Blachernis laudabilis dominae nostrae
dei genitricis in principio imperii pii Marciani ecclesiam fe-

Digitized by Google

cit. porro beatus papa Leo scripsit Marciano, petens ut
quae praesumpta fuerant a Dioscoro et Eutyche apud Ephesum
in S. Flavianum requirerentur coram universali synodo, et
p. 163 6 iussit imperator colligi cunctos episcopos. secundo itaque
imperii Marciani anno Chalcedone sancta quarta facta est
synodus, mense Octobrio, indictione quinta. omnibus autem
episcopis in martyrio S. Euphemiae una cum senatu conve-
nientibus, discussa sunt quae in prima indictione super Eu-
tyche gesta sunt, et quae apud Ephesum sunt a Dioscoro
temere perpetrata. queritans autem Dioscorus de his ad
ignorantiam gestorum confugit: sed effugere redargutionem,
quae in actis efferebatur, non valens deficiebat, et veritas
denudabatur. tunc excusationem non habens confusus est.
hi vero qui cum eo latrocinali concilio consederunt, redar-
guebant eum super violentia et necessitate quam ab ipso
pertulerant, et veniam a synodo postulantes recepti sunt;
quorum unus erat Iuvenalis Hierosolymitanus episcopus.
cumque defecisset Dioscorus, non habens excusatoriam ra-
tionem, ultra in synodo apparere ausus non est. tunc syn-
odus, praesente quoque imperatore Marciano et senatu,
sententiam protulit contra Dioscorum et Eutychen, eosque
deposuit. imperator autem Dioscorum quidem in Gangris exi-
lio relegavit, synodum autem laudans dixit "gratias confiteor
maximas omnium nostrorum deo, quoniam ablata discordia
in unam eandemque confessionem cuncti convenimus;" et
amabiliter honorans sexcentos illos et triginta patres, ad sua in
pace unumquemque absolvit. porro consecratus est Prote-
rius pro Dioscoro episcopus Alexandriae.

p. 164 14 Mundi anno 5945, divinae incarnationis anno 445, Pul-
cheria beata et pia dormivit in Christo, quae multa bona
fecit et omnia sua pauperibus dereliquit; quae Marcianus,
cum multa essent, alacriter dedit. construxit autem eadem
et multa oratoria, domosque pauperibus et hospitibus, nec
non et sepulcra peregrinis aedificavit; inter quae S. marty-
p. 165 11 ris Laurentii templum construxit. at vero Theodosius mo-
nachus, vir pestifer, cum descendisset cursim Chalcedonensi
facto concilio Hierosolymam, et didicisset quod Augusta Eu-
docia erga Dioscorum a synodo depositum affectu flagraret,
coepit clamare adversus synodum quasi rectam fidem sub-
vertentem, et surreptis Augusta et monachis, propriis caedi-
bus usus more barbarico, archieraticum thronum rapit, et
homines Augustae ministros habens episcopos promovet per
civitates, cum episcopi adhuc essent in synodo. Severianum
autem episcopum Scythopoleos, qui non fuerat eius mala
opinione deceptus, a civitate pellens occidit; et excitavit per-

Digitized by Google

severantiam contra illos qui sibi non communicabant, et multos quidem tormentis affecit, quorundam vero domos tradidit igni, ita ut aestimaretur urbs a barbaris capta. necavit autem et Athanasium diaconum S. Resurrectionis, exprobrantem et arguentem eius impietatem, et eius sanctum corpus per civitatem pompis circumdans canibus tradidit. Domnus vero archiepiscopus Antiochenus in heremum fugit, et Iuvenalis Hierosolymitanus. porro cum pestilens Theodosius per 20 menses thronum Hierosolymitanum tenuisset, iussus est comprehendi; qui fugiens in montem Sinaeum properavit; quo fuga lapso una cum his quos ipse provexerat, iterum Iuvenalis thronum suum recepit.

Interea Maximus Maximi nepos tyrannum Valentinianum p. 167 20
peremit, et Eudoxiae vi associatus imperium quoque obtinuit: per quae namque quis peccat, per ea quoque et corripitur. inter haec ergo Eudoxia coartata et nullum fore auxilium a Byzantio Theodosio patre suo et Pulcheria defunctis existimans, arcessit Gezerichum ad urbem Romam, rogans a Maximi tyrannide liberari. magna vero cum classi Gezerichum Romam navigantem Maximus timens fuga usus est: hi vero qui cum ipso erant, interemerunt eum. praeterea Gezerichus nemine sibi resistente introivit Romam tertia die Maximi fugae, et sublatis omnibus pecuniis, et civitatis miraculis in naves receptis, in quibus erant ecclesiastica cimilia tota ex auro, lapidibus pretiosis ornata, et vasa Hebraica, quae Titus Vespasiani filius post captivitatem Hierosolymorum Romam detulerat, una cum Eudoxia imperatrice ac filiabus eius in Africam navigavit.

Erat autem Marcianus admodum religiosus, et timens p. 169 17
deum, qui cum letaniis Campi pedes excedebat, multa egentibus beneficia praestans. quod intuens Anatolius patriarcha et ipse de cetero non phorio portatus secundum morem, sed
pedes letanias faciens incedebat. Timotheus autem Helurus p. 170 4
molimine usus noctu cellas monachorum circumibat, unumquemque vocans ex nomine, quo respondente dicebat "ego angelus sum dicere omnibus, ut abscedant a communione Proterii et eorum qui Chalcedone convenere, et Timotheum Helurum in episcopum Alexandriae provehant."

Mundi anno 5950, divinae incarnationis anno 450, Leo imperat coronatus ab Anatolio patriarcha, Timotheus vero
cognomento Helurus Alexandriam civitatem turbabat. mul- p. 171
titudine quippe inquietorum virorum empta tyrannice Alexandriae sedem obtinuit, et cum depositus esset, a duobus depositis provehitur. unde omnia scandala penes Alexandriam orta sunt: cunctis enim orbis terrae sacerdotibus dif-

Digitized by Google

finitionem synodi Chalcedonensis recipientibus, iste scelestus
rabie quadam infectus iniuriis appetebat, et ordinationes epi-
scoporum faciebat, cum esset ipse inordinatus, et baptizabat,
cum bresbyter non existeret. beatus autem Proterius sen-
tiens contra se confectum concilium dat locum irae, et prima
die paschae ad venerabile baptisterium fugit. ast ille Antichristi
praecursor, neque sanctam diem neque colenda loca reveritus,
mittit et occidit insontem pontificem, una cum sex aliis qui
erant cum ipso; et funibus trahentes huius cadaver a sancto
lavacro emiserunt, et pompose per civitatem portatum. po-
stremo etiam igni sine ulla misericordia prodiderunt, et cine-
p. 172 res eius in aërem consperserunt. eodem anno delatum est
corpus S. Anastasiae a Syrmio, et repositum est in templo
eius in porticibus Domnini. Timotheus autem Helurus scri-
pta magni Cyrilli non edita reperiens in multis locis adul-
teravit, sicuti scribit Petrus Alexandrinus. sequenti vero
anno Leo imperator iniqua Proterii morte et iniusta Heluri
promotione comperta, mittens Caesaream linguis mutilatis
exilio relegavit eos qui Proterii neci communicaverant: Ti-
motheo vero scelesto adversi nil intulit, iudicium in eum di-
cens inferre antistitibus convenire. qui litteras ad uniuscu-
iusque provinciae misit episcopos, ut singuli scriberent sibi
proprium sensum, utrum quae apud Chalcedonem diffinita
sunt sibi placerent, et super Heluri creatione quid dicerent.
p. 173 inter quos et S. Simeoni stylitae et Bardae monacho atque
Iacobo miraculorum patratori scripsit, contestans ut ita iu-
dicium controversiarum depromerent, ut essent rationem deo
cunctorum domino reddituri. qui omnes unanimiter et con-
sonanter et Chalcedonensem synodum sanctam esse affirmant,
et terminum ab ipsa depromptum admittunt, Timotheum
autem consonanter reprobant tanquam homicidam pariter et
haereticum. satagebat autem et Gennadius apud imperato-
rem quo ulcisceretur super his quae temere fuerant perpe-
trata; cui e diverso resistebat Asper Arianus. porro impe-
rator pius Helurum quidem apud Gangras exilio relegavit:
ipse vero et illic coepit conventicula congregare turbationes-
que patrare, quas comperiens imperator rursus eum in exi-
lium misit apud Chersonam, et consecratus est pro eo epi-
scopus Alexandriae Timotheus alius cognomento Leucos, qui
et Salophacialus nuncupatur, vir orthodoxus et bonus cun-
p. 174 4 ctisque prorsus amabilis. interea vasto incendio Constanti-
nopoli facto, Marcianus oeconomus ascendens super tegulas
S. Anastasiae, tenens evangelium, orationibus et lacrimis il-
laesam domum servavit. sequenti anno cum pictor quidam
pingere salvatorem secundum similitudinem Iovis praesum-

Digitized by Google

psisset, arefacta est manus eius; quem peccatum suum con-
fessum sanavit Gennadius. aiunt enim quidam historicorum
quod crispis et raris capillis schema in salvatore magis ver-
naculum sit. per idem tempus Leo imperator Zenonem ge- p. 175 9
nerum suum magistratum totius Orientis fecit, et Basiliscum
fratrem Verinae Augustae magistratum Thracae constituit.
Zeno autem veniens Antiochiam invenit episcopum in ea
sacrum Martyrium. Petrus autem Cnapheus sequebatur Ze-
nonem, cum esset presbyter; qui persuadens Zenoni ut sibi
cooperaretur ad conducendos mercede quosdam Apollinarii
sectatores, turbationum dena milia excitat contra fidem et
Martyrium episcopum; et anathematizat eos qui non dicunt
deum crucifixum esse, et scindens populum Antiochenum
addit in trisagio hymno "qui crucifixus es propter nos."
quod extunc hodieque apud Theopaschitas dici obtinuit.
Martyrius autem ad Leonem imperatorem venit, et susceptus p. 176
est cum honore multo, studio Gennadii episcopi Constanti-
nopoleos. rediens autem Antiochiam, et inveniens populos
diffidentes Zenonemque his faventem, coram ecclesia abre-
nuntiavit episcopatui, dicens "clero non subdito et populo
dissidenti et ecclesiae squalenti abrenuntio, servans mihimet
sacerdotii dignitatem." quo discedente Petrus Cnapheus in
thronum Alexandrinum insiliit, et mox Ioannem quoque pro-
movit Apamenum episcopum, qui erat ex depositione. his
vero compertis Gennadius cuncta imperatori exponit, et iu-
bet Petrum Cnaphea exiliari. quod audiens Petrus exilium
fuga evasit. electione vero communi Iulianus quidam epi-
scopus Antiochiae promovetur.

Eodem anno translatus est apud Alexandriam propheta
Helisaeus in monasterium Pauli leprosi: leprosum enim sa-
navit, et leprosum fecit, et in ea quae leprosi erant trans-
latus est.

Circa haec tempora Anthimus, et Timocles tropariorum p. 177 11
factores agnoscebantur. praeterea Cassius quaestor Antio- p. 178 6
chenus atque philosophus derogatus est apud imperatorem
ut paganus, et iussit imperator examinari eum a praefecto
praetoriorum Constantinopoli. cumque duceretur in Zeuxip-
pum vinctus retrorsum manibus, dixit ad eum Poseus prae-
fectus "videsne, o Cassi, in quo habitu constitutus sis?" qui
ait "video, et non miror: homo enim cum sim, humanas
incurri calamitates. sed iudica in me, ut mecum iudicabas."
quibus auditis concio laudavit imperatorem, quo comperto
imperator gavisus est et dimisit eum in regionem suam.

Mundi anno 5963, divinae incarnationis anno 463, cum p. 183 13

Digitized by Google

Eudoxia neptis Theodosii sexdecim annos in Africa cum viro suo Honorico fecisset, et puerum Gildericum ex ipso genuisset, difficile ferebatur erga maritum, cum esset Arianus. unde aditu invento fuga lapsa venit Hierosolymam, et adoratis venerabilibus locis, salutatoque sepulcro Eudociae aviae suae, ac paucis diebus in sancta demorata civitate, mortua est in pace, omnibus sanctae Resurrectioni dimissis.

p. 186 16 Mundi anno 5967, divinae incarnationis anno 467, Basiliscus in Campo acclamatur imperator. Marcum filium Caesarem fecit, et Zenobiam uxorem suam Augustam coronavit, et statim contra fidem praeliatus est, Zenobia maxime incitante illum ad istud, Timotheumque Helurum revocavit per typum, et Petrum Cnaphea, qui absconsus erat in monasterio Acoemetensium. et quotquot alii inimici sancti Chalcedonensis erant concilii, fiducialiter contra veritatem agebant. Helurus autem congregatis inquietis quibusque Alexandrinis, qui Constantinopoli peregrinabantur, de palatio cum letania venit in ecclesiam, vectus asino; qui perveniens in locum qui dicitur Octagonus, expavescens pedem contrivit, et cum confusione reversus est. Basiliscus autem hunc Alexandriam cum typis contra synodum misit, et Petrum Cnaphea Antiochiam, contra veritatem confortans utrumque. Timotheus autem Salophacialus episcopus Alexandrinus, comperiens Timotheum Helurum advenire, recessit ad monasteria Canopi. multis autem afflictis Helurus Timotheum laedere non valuit, eo quod diligeretur ab omnibus. cumque ingrederetur Helurus Alexandriam, vociferaban-
p. 188 tur studiosi eius, illud turpe dicentes "cibasti inimicos tuos, papa." ast sceleratus contra clamabat "etiam vere cibavi." hic impius etiam Chalcedonense concilium anathematizabat. Iulianus autem Antiochenus episcopus prae tristitia eorum quae fiebant defunctus est. Petrus autem Cnapheus ad sedem perveniens in anathemata et turbationes erupit. hinc caedes hominum et rapinae propter additamentum trisagii factae sunt. praeterea Basiliscus typo generali Chalcedonense abiecit concilium, iubens Acacio Constantinopolitano id ipsum facere: sed tota civitas cum mulieribus et liberis in eccle-
p. 189 7 siam contra Basiliscum conveniens hoc fieri vetuit. porro clero et monachis Constantinopolitanis pro Chalcedonensi synodo propugnantibus, timens Acacius multitudinem cum eis concordare simulabat; unde coram ambone contra Basiliscum et Zenonem acclamabat. Basiliscus autem compertis his, metuens fervorem plebis, e civitate exiit, iubens senatui neminem loqui cum Acacio. futurum enim erat ut populus incenderet urbem. Daniel autem mirabilis stylites as-

Digitized by Google

sumptis monachis et populi aemulatoribus exivit contra Basiliscum, et ei cum multa fiducia disputavit. interea Zeno p. 193
cum Areadne ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac senatu. Basiliscus vero veniens ad ecclesiam, imperiali deposita in divina mensa corona, ad baptisterium confugit cum Zenobia malae opinionis uxore sua. porro Zeno p. 194 3
Petrum Cnaphea avertit eo quod Basilisco concurrerit. decreto autem Orientalis synodi depositus est, et cum eo Ioannes, qui post tertium mensem eiectus est, et post eum Stephanus vir venerabilis est Antiochiae profectus episcopus. Petrus autem apud Pityussam in exilium ducturus, sed educentes decipiens, confugit ad sanctum Theodorum Euchaitensium. Timotheus autem Helurus inter haec moritur, pro quo Petrus Moggus introducitur, vir malignus et veritatis inimicus, qui iam depositus fuerat. consecratur autem ab uno episcopo, et ipso deposito; in quem irruentes per zelum dei monachi triginta solis diebus latrocinaliter eum obtinentem episcopatum repellunt, et Timotheum iterum Salophacialem iure throno restituunt. Stephanus interea ele- p. 195 7
ctione communi provectus ad Antiochenum episcopatum a Petri Cnaphei sequacibus quasi Nestorianus criminatus est apud Zenonem. sed hunc Orientalis synodus apud Laodiciam conveniens iussione imperatoris utpote innoxium sedi restituit.

Septimo vero imperatoris Zenonis anno, Stephano epi- p. 198 20
scopo Antiocheno dormiente, Stephanum pro eo alterum consecravere, quem inimici fidei voto, quo erga Cnaphea flagrabant, in natatorio sancti martyris Barlaae calamis acutis trucidantes in Orontem fluvium proiecere, furore armantes amentiam. Zeno autem propter illa quae praesumpta sunt in Stephanum, iussit Acacio Constantinopoleos episcopum Antiochiae constituere, qui ordinavit Calandionem. consecraverunt autem et Antiocheni per ignorantiam Ioannem, qui dicebatur Codonatus; quem Calandio in Tyrum, quae primus thronus est Antiochenae dioeceseos, translatum inthronizavit. eodem anno et Alexandriae Timotheus Salopha- p. 199 11
cialus defunctus est, et consecratus est Ioannes Tabennesiotes, vir sanctus et rectorum dogmatum propugnator, qui fuerat Alexandriae presbyter et oeconomus ecclesiae. porro Hillus patricius cum Leontio et reliquis venit ad castellum Papyrii, et educta Verina Augusta in Tarsum Ciliciae fecit eum coronari extra civitatem apud S. Petrum.

Decimo praeterea Zenonis anno Petri Moggi spudastae p. 202
per pecuniam et seductiones persuaserunt Zenoni eiicere Ioannem Tabennesioten Alexandrinum episcopum tanquam

Digitized by Google

praeter votum eius consecratum, et Petrum Moggum iterum reducere Alexandriam. tunc et enoticum fecit Zeno, ut quidam aiunt, ab Acacio Constantinopolitano dictatum, et ubique transmisit. Petro autem Moggo ante regressum eius in Alexandriam iussit Zeno communicare Simplicio Romano atque Acacio, qui, videlicet Acacius, scripsit Alexandrinis suscipere Moggum et Ioannem abiicere. Ioannes vero audita Petri praesentia, licet clerus cum populo exire illum prohiberet, quae praesumenda erant a Petro considerans, sapienter et sine turbatione recessit.

Mundi anno 5972, divinae incarnationis anno 472, Theudericus Valamer, cuius multus inter barbaros et Romanos est sermo utpote fortis et providi, sed nec rationum inexper-
p. 203 tis, penes Byzantium quippe obses quondam traditus, optimis magistrorum adhaesit, cum pater solus Valamer post Attilae filios dux esset, sub Leonis imperio, Gothorum. interea Orientales episcopi scripsere Acacio vituperationes eo quod receperit Moggum in communionem; qui parvipendens eos omnes impudenter communicare Moggo coacte fe-
p. 204 cit. at vero qui erant ex regia urbe, necnon et de Oriente, deprecati sunt Felicem Romanum episcopum, significantes Acacium esse malorum auctorem. inter quos et Ioannes Alexandrinus eadem dicens Romam profectus est. Felix autem synodo in templo summi apostoli Petri facta duos episcopos et ecclesiae defensorem Constantinopolim misit, scribens Zenoni et Acacio ut Petrum Moggum tanquam haereticum eiiceret ab Alexandria. sequenti vero anno his qui a Roma missi fuerant apud Abydum Zenonis et Acacii voluntate retentis, litterisque ablatis in carcerem missis, comminatus est Zeno illos occidere, nisi Acacio et Petro Moggo communi-
p. 205 cassent. porro Zeno consilio Acacii Orientis episcopos cogebat subscribere enotico et communicare Petro Moggo. responsales vero Felicis Romani conveniens et pecuniis decipiens, Acacio communicare contra quae sibi fuerant imperata persuasit, quanquam e contra ter contestarentur orthodoxi, primum quidem hamo circumponentibus funem, et unum eorum publice instruentibus, secundum autem in librum immiserunt, et tertium in cophinum olerum imposuerunt. Felix autem compertis quae ab apocrisiariis suis gesta sunt, deposuit eos, scribens Acacio depositionem. porro is qui hanc deferebat, effugiens eos qui erant in Abydo, pervenit ad monasterium Dii. monachi vero Dii dominico die in sacrario porrexere epistolam Acacio. ast hi qui erant ex parte Acacii peremerunt quosdam ex monachis, qui epistolam dederant, quosdam autem punitos carceri tradidere.

Digitized by Google

verum Acacius insensate se habuit circa depositionem, nomenque Felicis a diptychis abstulit. praeterea Calandio epi- p.206
scopus Antiochenus asportavit corpus Eustathii magni a Philippis, ubi et exilio retentus dormierat, et cum honore multo huic decimo miliario tota civitas obviam venit. hi vero qui se ab ecclesia separaverant propter eundem sanctum, rursus uniti sunt post centum annos dormitionis eius. mortuo sane Acacio cum Phravitas per tres menses episcopatum tenuisset, scripsit Felici quod ei quidem communicaret, Petro vero Moggo non communicaret. e diverso autem Moggo scripsit quod ei quidem communicaret, Felicem autem Romanum averteret. verum exemplaribus, quae ad Moggum destinata fuerant ab orthodoxis, Felix, antequam apocrisiarii Phravitae cum synodicis pervenissent, acceptis, hos cum inhonestate remisit. defuncto autem Phravita Euphemius presbyter et ptochotrophos Neapoleos episcopatum Constantinopoleos tenuit, confestim propriis manibus nomen Moggi delevit a diptychis, sicque in eis sedens in throno nomen Felicis inscripsit.

Mundi anno 5982, divinae incarnationis anno 482, Petrus Moggus mortuus est Alexandriae, pro quo Athanasius p.207
consecratus est cognomento Cilites. ast imperator Zeno requie potitus a barbaris, ab Antiochena Calandionem pellit ecclesia, exulem faciens apud Oasin, Petrumque Cnaphea constituit. Nestorem autem Tarsensem, Cyrum Ieropolitanum, Ioannem Cyrestensem, Romanum Chalcedonensem, Eusebium Samosatenum, Iulianum Mopsuestinum, Paulum Constantinensem, Manum Hermeniensem et Andream Theodosiopolitanum, sub obtentu quidem favoris quasi circa tyrannos exhibiti, sed veritate propter non receptum enoticum abigi praecepit ecclesiis. Petrus autem Cnapheus Antiochiam ingressus multa mala operatus est, anathematismos videlicet synodi Chalcedonensis, inreprehensibilium deiectiones episcoporum, subrogationes et creationes illicitas, et his similia, ante omnia trisagio hymno addens "Christe rex qui crucifixus pro nobis." Petrus autem iterum veniens amputavit "Christe rex." porro Xenochias servus Satanae dominicam et sanctorum dicebat non recipiendam imaginem. cum enim esset natione Persa et fortuna servus, dominum suum sub Calandione fugiens villas, quae circa Antiochiam sunt, a fide retrahebat, cum non esset baptizatus, se clericum esse dicens. hunc Calandio quidem pepulit, Petrus vero Cnapheus episcopum Ierapoleos ordinans Philoxenon mutato nomine nuncupavit. cum p.208
autem postmodum eum baptizatum non esse didicisset, "sufficit" inquit "ei pro baptismo consecratio." Euphemius au-

Digitized by Google

tem cum esset orthodoxus, Anastasium silentiarium, qui post
haec abusus imperio est, ab ecclesia pepulit ut haereticum
et Eutychis consentaneum, quem et turbas excitantem intuens
sedile ipsius, quod erat in ecclesia, subvertit, comminatus ei
quod nisi cessasset a talibus, tonderet caput eius et turbis
traderet publicandum. questus autem apud Zenonem contra
p. 209 4 illum obtinuit potestatem. sequenti vero anno, quo agebatur
decimus septimus imperii Zenonis annus, Felix synodicis
Euphemii receptis ei quidem tanquam orthodoxo appositus
est, episcopum autem illum non recepit, eo quod nomen
Acacii et successoris Phravitae de diptychis non emiserit. eodem
anno Petro Cnapheo mortuo promotus est episcopus
loco eius Palladius presbyter Seleuciensis ecclesiae sanctae
primae martyris Theclae, cum quo eiectus est et Ioannes
Constantini atque Anastasius silentiarius, qui male post hac
p. 210 3 imperavit. nam Zenone mortuo, Longinoque fratre ipsius
imperium affectante repulso, Areadnae senatusque consulto
ac totius exercitus Anastasius silentiarius pronuntiatus est imperator;
qui cum imperium suscepisset, professionem in scriptis
expetitus est ab Euphemio facere non commovendi quicquam
ab ecclesia vel de fide, indignum se Christianis et imperio
vocans. vim autem ei faciente imperatrice Areadne
atque senatu, suscepit propriae manus eius scriptum, quod
reciperet in diffinitionem fidei dogmata Chalcedonensis concilii,
et ita coronatus Areadnem ducit ad nuptias, nondum
p. 211 2 ante uxori sociatus. porro anno quo Zeno mortuus est et
Anastasius imperare coepit, ab Adam secundum Romanos
quidem anni erant 5999, secundum diligentem vero supputationem
Alexandrinorum 5983.

p. 212 Mundi anno 5984, divinae incarnationis anno 484, Anastasius
imperator Petrum Cnaphea Antiochiam redire ad
propriam sedem iubet. sed licet hunc ab exilio revocasset,
Antiochiam tamen abire non passus est, Palladium faciens
Antiochiae consecrari. Euphemius autem Constantinopolitanus
congregatis peregrinis episcopis sanctum praedicavit
Chalcedonense concilium. porro Ioannes Tabennesiotes cum
esset Romae, audiens quod Anastasius imperaret, venit Byzantium,
vicissitudines bonas sperans ab eo, quoniam Alexandrinae
fecerat illum oeconomum, quem et nudum ex naufragio
susceptum sustentare curavit, ita ut faceret eum de
calamitate nihil omnino sentire. Anastasius autem audiens
quod veniret, fide rupta multaque ingratitudine usus in exilium
praecipit destinandum, nullatenus ab ipso susceptum.
porro Ioannes hoc praenoscens Romam fugiendo salvatus est.
interea facta barbarorum praedonumque ac intestinorum

bellorum turbatione, his Cono episcopus Apamiae derelicto p. 213 8
throno in armatum et praetorem taxatus resistit. imperator p. 215 3
autem fatigatus eo quod bellum protelaretur, fidenter credidit Euphemio episcopo quod cuperet pacem, et colligi peregrinos praecipit episcopos quasi pro Hisauris rogaturos. Euphemius autem secretum imperatoris Ioanni patricio revelavit, socero videlicet Athenodori primatis tyrannidis, qui currens hoc imperatori nuntiavit; quae res in irreconciliabilem contra Euphemium inimicitiam imperatorem Anastasium excitavit. unde et Hisaurorum Euphemio congressiones ascripsit. Euphemio vero quidam insidiantes persuaserunt cuidam ante martyrium gladium contra caput eius incutere. sed Paulus quidam defensorum ecclesiae plagam quidem in capite suo recepit et periclitatus est, insidiatorem vero peremit. iterum ergo in Collecta insidiati Euphemium consiliati sunt interimere, qui privato habitu indutus fuga salutem mercatus est. porro Anastasius imperator ab Euphemio professionem suam, de qua praedictum est, violenter
extorsit. cuique, victis Hisauris, mandat per Eusebium ma- p. 216 12
gistrum dicens "orationes tuae, o magne, amicos tuos fuligine contaminaverunt." episcopis ergo peregrinis collectis imperator contra Euphemium queritur; qui faventes imperatori depositionem patriarchae et excommunicationem sanciebant. provehit autem imperator Macedonium episcopum Constantinopoleos, qui tunc scenophylax erat ipsius ecclesiae. populus tamen propter Euphemium dissidebat, et in Hippodromion currens letanias agebat, quanquam nihil proficere
valuerit, imperatore male vincere satagente. porro Mace- p. 217
donius nequiter obaudiens Anastasium subscripsit enotico. imperator autem Euphemium in Euchaitam exulem misit; qui verbum *) petiit per Macedonium accipere, ut illaesus maneret, cum duceretur. iussus autem Macedonius dare verbum, et ingressurus in baptisterium ad Euphemium, superhumerale a se archidiacono praecepit auferre, et ita purus ad Euphemium ingressus feneratusque pecunias dedit Euphemio, ita ut laudaretur a multis. religiosus enim erat et sacer, quippe qui a Gennadio fuerat enutritus, cuius et fratruelis erat. eodem anno Athanasio episcopo Alexandrino defuncto consecratus est pro eo Ioannes monachus presbyter

*) verbum] securitatem. Iustinianus Nov. 7 c. 5: *ἀλλὰ μηδὲ τούτους τοὺς καλουμένους λόγους προχείρως διδόναι σπεύδειν.* Vetus interpres: sed neque haec quae dicuntur verba prompte dare festines. idem Anastasius de vitis PP. in Gregorio II: verbum immunitatis expetiit. Fabr.

Digitized by Google

p. 218 18 et oeconomus, cognomento Hemula. praeterea Macedonius
consilio imperatoris unire monasteria regiae urbis satagit,
quae scissa fuerant propter enoticon Zenonis. sed non va-
lens consilium dedit imperatori, quo peregrinos episcopos
convenire et quae Chalcedone bene dogmatizata fuerant in
scriptis confirmare faceret. quod et factum est per descri-
ptam actionem. et hortabatur monasteria ad unitatem, ma-
ximeque Dii monasterium et Basiani et Acoemetensium atque
Matronae, quaeque magis scindebantur ab eo qui recipiebat
Zenonis enoticon, et exilia alacriter sustinebant. cum ergo
insisterent, consideravit Macedonius magis in propria volun-
tate dimittere eos quam persecutionem erigere contra illos.
Matrona vero sancta adhuc vivens, et non communicans una
cum religiosis monachabus quae cum illa erant, propter eno-
ticon Zenonis, inopinata multa monstravit, Chrysaorio ec-
clesiae diacono illam cogente. et alia quaedam Sophia vo-
cata, insignisque inter sanctimoniales, multa passa magnam
patientiam demonstravit. porro Theodoricus Afer diaconum
habens orthodoxum admodum a se dilectum, qui cum in
Arianismum fuisset conversus, Theodorico favens, interemit
eum gladio dicens "si deo fidem non servasti, nec mihi ser-
vabis." Palladio vero episcopo Antiocheno defuncto, imperator
elegit Flavianum presbyterum et apocrisiarium ecclesiae Antio-
chenae, quem aiunt dogmatibus Chalcedonensis concilii ad-
versatum. praeterea Olympius quidam Arianus, dum in He-
lianensium balneo lavaretur crudeliter blasphemans, miserri-
me in eo mortuus est, quod in imagine est depictum. Eu-
tychianus vero quidam, primus diaetariorum, muneribus sua-
sus erectam imaginem Olympii deposuit; qui ab illo die dire
corpore tabefactus interiit.

p. 220 11 Mundi anno 5992, divinae incarnationis anno 492, Fe-
stus senator urbis Romae, missus ad Anastasium propter
quasdam civiles utilitates, memorias sanctorum apostolorum
festivitate maiori petiit celebrari, quod et tenetur usque in
praesens. Macedonius autem ad Anastasium Romanum epi-
scopum synodicum per Festum mittere volens prohibitus est
ab imperatore. porro Festus rediturus Romam pollicitus
est imperatori Anastasio persuadere Anastasio papae Zeno-
p. 221 nis enoticon recipere; quem vivum non reperiens corrupit
per pecunias multos, et elegit praeter consuetudinem Ro-
manorum episcopum Laurentium quendam, qui ordinatus est
ab una parte. orthodoxiores autem consecraverunt Symma-
chum, unum ex diaconibus. hinc ergo turbationes multae ac
hominum strages et rapinae patratae sunt per annos tres,
usquequo videlicet Theodoricus princeps tunc Romam tenens,

Digitized by Google

quamquam Arianus esset, synodo celebrata locali Symmachum quidem episcopum Romae firmavit, Laurentium vero in Nucerina civitate locare praecepit episcopum, qui tamen nullo pacto quiescens sed seditiones commovens a Symmacho deponitur et in exilium mittitur, et ita simultas cessavit. eodem anno Anastásius removit auri argentique metalla et venationes, principatusque cum venales essent, gratis promovebat.

Sequenti vero anno cum Romanum pontificatum Symmachus, imperium autem Anastasius regeret, Saracenorum incursus in Phoenicem et Syriam rursus effectus est, post mortem Agari Vadicharino fratre ipsius instar turbinis, et adhuc velocius, discurrente per loca. hoc etiam anno, id est Sym- p. 222 3
machi papae primo et imperii Anastasii undecimo, Vulgares per Illyricum et Thracem discurrunt, priusquam agnoscerentur. apud Neocaesariam deinde cum futurum esset ut fieret terrae motus, miles iter faciens duos milites super eam vidit, et alium militem post tergum clamantem "conservate domum in qua sepulcrum Gregorii est." cum autem terrae motus factus fuisset, plurima pars civitatis corruit, excepta domo Gregorii thaumaturgi.

Mundi anno 5999, divinae incarnationis anno 499, p. 230
Anastasius quiete potitus a praeliis, Macedonium patriarcham avertere ab orthodoxa fide satagebat. multi autem episcoporum Anastasio gratiam praestantes Chalcedonensi resistebant concilio, quorum primus erat Eleusius Sasimensis. quendam autem Manichaeum Syrum simul et Persam Anastasius adduxit a Cyzico in habitu presbyteri, qui aliena ab ecclesiae sanctis imaginibus scribere praesumpsit et fabulosa in palatio Helenianensium, voto imperatoris Manichaeis congratulantis. unde et seditio populi facta est magna. tunc et praefectum Anastasius in collectis et letaniis excogitavit subsequi: timebat enim orthodoxorum seditiones, et factum est in consuetudinem. Xenaiam vero Manis consentaneum duxit Anastasius Constantinopolim tanquam sectatorem suum, quem Macedonius neque communione neque verbo dignum clero monachis et populo conturbato iudicavit. unde et eum Anastasius latenter ab urbe eduxit. Macedonius vero Acholium quendam, qui exemerat adversus se machaeram ex submissione inimicorum suorum, per singulos menses annonas praecepit accipere, super mansuetudine collaudatus. hoc autem et in egenis sacrilegis egit.

Mundi anno 6001, divinae incarnationis anno 501, Ana- p. 232 2
stasius imperator Flavianum Antiochenum episcopum coëgit

Digitized by Google

enotico Zenonis subscribere; qui facta synodo episcoporum subdegentium multorum versuum epistolam scripsit, Nicaenam Constantinopolitanam et Ephesinam confitens synodos, Chalcedonensem autem tacuit. reprobavit autem Diodorum, subdens capitula quattuor, per quae cum Chalcedonensi apparet non consonare concilio, maxime vocem duarum naturarum impugnans. aiunt praeterea quidam haec Acacii Constantinopoleos esse. porro Flavianus secretam epistolam scripsit Anastasio, intentionem eius sectatus. similiter Xenaias impius, qui et praesumptuose gerens addidit his capitulis anathema contra divinissimum Leonem Romanum et synodum ac illis consentientes. at vero Constantinus episcopus Seleuciae Chalcedonensem synodum anathematizabat. porro Flavianus ut derogans scripsit imperatori, indicans haec. imperator autem indignatus est adversus eum, Constantinum potius et Xenaiam suscipiens. Heliae vero episcopo Hierosolymitano scripsit Anastasius iubens contra Chaldeconensem decernere synodum; qui rescripsit imperatori anathematizans Nestorium Eutychen atque
p. 233 Diodorum, et concilium Chalcedonense recipiens. interea monachi quidam haeretici ducenti, venientes ab Oriente Byzantium una cum Severo impio, contra Macedonium atque concilium decertabant. hos Anastasius honorifice suscepit ut veritatis inimicos, et eos qui conturbaverant Orientem, et hic eadem operantes. Ioannes vero Alexandrinus episcopus duo milia librarum auri dare spopondit imperatori, si perfecte eiiceret Chalcedonense concilium: imperator autem Macedonium cogebat apocrisiariis communicare Ioannis, Ioannemque recipere synodum, neque recipientem neque proiicientem. Macedonius autem restitit, dicens non illis se communicaturum, nisi confiteantur matrem et magistram synodum Chalcedonensem. ceterum Deuterius episcopus Arianorum Byzantii baptizans quendam virum nomine Barbarum, praeter dominicam traditionem ausus est dicere "baptizatur Barbarus in nomine patris per filium in spiritu sancto;" et statim lavacrum exsiccatum est. Barbarus vero timore perterritus fugit, et omnibus notum fecit miraculum. porro imperator Macedonium Constantinopoleos episcopum cogebat anathematizare Chalcedonense concilium, quemadmodum et Heliam Hierosolymitanum. ast Macedonius absque universali synodo, quae praesulem Romanum haberet episcopum, impossibile fore hoc se facere fatebatur. unde inimicus ei effectus
p. 235 imperator confugientes ad ecclesias violenter extrahere iussit, et ecclesiis haereticorum intemeritatis diffinitiones concessit: quotquot autem clerici et laici Byzantii erant, apud Severum et Manichaeos Orientales haereticos vacabant, contra

Macedonium satagentes. porro deiferi monachi, qui in Pa-
laestina erant, divina moti aemulatione venere Byzantium
contra Severum et monachos qui cum eo erant. Dorotheus
autem monachus Alexandrinus multorum versuum librum
edidit pro Chalcedonensi concilio, quem dedit Magnae uxori
fratris Anastasii, cum esset orthodoxus. ipsa vero Anastasio
librum obtulit, sperans per hunc eum fore mutandum; quem
cum legisset et praeter votum suum esse reperisset, Doro-
theum apud Oasin exilio destinat et librum pro nihilo ducit,
eo quod superscriptus esset Tragoedia, id est prophetia in-
stantis constitutionis, quemadmodum a magno Basilio aiunt
fuisse dictum contra Iulianum. Macedonius autem Flavia-
num Antiochenum et omnes qui praesumerent dicere quid
adversus synodum anathematizavit, et apocrisiarios Flaviani
venientes ad se propter quasdam necessitates anathematiza-
vit et insecutus est. vicesimo sane imperii Anastasii anno
synodus apud Sidonem praeparatur. Soterichus enim epi- p. 236
scopus Caesareae Cappadociae a Macedonio consecrandus se
in scriptis professus est dogmata Chalcedonensis synodi ut-
pote diffinitionem fidei recepturum. post haec tamen adeo
factus est hostis ut mori velle cerneretur in Oriente cum
Xenaia locutus, et ambo pro synodo apud Sidonem efficien-
da imperatorem petiissent in omnimodam eiectionem sancti
Chalcedonensis concilii; quae statuta maturius dissoluta est,
imperatore ad hoc Eutropium tribunum mittente, qui et
dissoluta ea egit ut Flavianus Antiochenus et Helias Hierosoly-
mitanus una cum episcopis suis imperatori, quae apud Sido-
niam gesta fuerant, scriberent. Flavianus vero tres tantum-
modo synodos et Zenonis enoticon se suscipere scripsit,
Chalcedonensis mentionem non faciens. Helias quoque Hie-
rosolymitanus etiam Chalcedonensem se scripsit abiicere. So-
terichus autem Caesariensis et Xenaias contra Flavianum et
Heliam suggesserunt imperatori, quod pro eo quod nollent
expresse contra synodum Chalcedonensem sententiam ferre,
convenerunt ad invicem. Anastasius autem iratus incitavit
monachos quosdam falsos convenire apud Antiochiam et ad-
versus Flavianum insurgere, petentes eum Chalcedonense
anathematizare concilium et Diodorum et Theodorum et Iban
et Theodoretum; quod et fecit pusillanimus factus Flavia-
nus, et contra ecclesiam eos anathematizavit una cum syn-
odo. eodem anno contra Macedonium imperator agebat; et p. 237 6
schismatici cum conductis turbis, in Archangelo palatii et in
magna ecclesia psallentes in dominica die trisagion, addebant
in eo "qui crucifixus es propter nos," ita ut orthodoxi ex
necessitate cum plagis eos insequerentur. imperator vero

Digitized by Google

manifeste per schismaticos monachos et clericos et Iulianum Cariae tunc, deinde vero Halicarnassi episcopum, et Severum episcopum, adhuc monachum, impugnabat Macedonium, turpibus eum publice submittens iniuriis. multitudines autem cum mulieribus et liberis abbatibusque orthodoxorum monachorum congregatae clamabant "tempus martyrii, Christiani: ne derelinquamus patrem nostrum," iniuriis lacessere imperatorem satagentes ut Manichaeum et indignum imperio; qui metuens clausit ostia palatii, et naves praeparavit ad fugiendum. Macedonium autem, de quo iuraverat non se ultra visurum, tunc rogabat videre, multitudines metuens. hoc interea veniente ad eum, populus hegumenis et monachis protestabatur dicens "patrem nostrum habemus a vobis." scholae vero laudem dicebant ei, cum transiret. ingressus autem ad Anastasium arguit eum ut hostem ecclesiae; qui
p. 238 simulatus est ei ad horam uniri. verum sequenti anno decepit imperator Macedonium per Celerem magistrum, commonitorium *) faciens ad eum, in quo se primam quidem et secundam confitebatur suscipere synodum, Ephesinam vero et Chalcedonensem dimisit; quod ingens Macedonio vituperium attulit. per hoc enim et enoticon Zenonis recepit, cui etiam consecrandus subscripserat. praeterea Macedonius abiens in Adalmati monasterium in eo clericis et monachis zelatoribus, qui ob id scandalizati fuerant, rationem reddidit per declamatorium sermonem, quod susciperet sanctam Chalcedonensem synodum, eosque qui hanc non susciperent haereticos haberet; et comministraverunt ei. imperator autem muneribus persuasit consentaneis ipsius, clericis scilicet et monachis, alium episcopum eligendi; quod et Areadnem et magnos ex senatoribus contristabat: diligebatur enim Macedonius propter vitae munditiam et dogmatum rectitudinem, licet deceptus fuerit. instruxit autem imperator duos quosdam nequam accusare Macedonium quasi puerorum amatorem pariter et haereticum, et haec porrigere in scriptis praefecto et magistro. similiter autem contra presbyteros et diaconos orthodoxos. iussit autem Celerem magistrum deponere violenter eum ab episcopio, clamante Macedonio se prompte respondere non solum in praetorio sed etiam in theatro. multi vero clericorum in carceres missi sunt: qui autem fugere potuerunt, apud Romam et Phoenicem sunt dispersi.

Porro impius imperator authenticam chartam Chalce-

*) commonitorium] Theodorus Balsamo ad synodum Carthaginensem: κομμονιτόριον ἤτοι τὸ ἔγγραφον ὑπόμνημα. vide ad glossas Basilicorum. Fabr.

Digitized by Google

donensis concilii gestorum per magistrum accipere a Mace-
donio et dirumpere satagebat. Macedonius vero signans eam
super altare posuit; quam Calopodius eunuchus et oecono-
mus magnae ecclesiae furto ablatam imperatori detulit. tunc
Macedonium nocte educens imperator violenter Chalcedonem p. 240
misit, et inde apud Euchaitem exilio relegari praecepit, nihil
eorum quae de se obiiciebat quaerere ausus, metuens mul-
titudines. postera vero die provehit episcopum Timotheum
quendam, presbyterum et vasorum custodem ecclesiae, co-
gnomento Lytrobulem et Celonem propter quosdam actus
convenientes nominibus; qui ingressus ecclesias, primum ima-
gines Macedonii deponebat, et ita faciebat missas *). Ioannem
vero Alexandrinum in diptychis ordinavit, eique synodica scri-
psit. imperator autem perpendens quod sine depositione Mace-
donium et sine iudicio in exilium miserit, misso magistro sistere
fecit eum ultra Claudiopolim Honoriadis, sicque illum absen-
tem deponunt, cum idem ipsi fuerint accusatores testes et iu-
dices, praesertim cum iam esset ante iudicium pulsus; et per
episcopos mittunt depositionem, et presbyterum Cyzicenum.
hos cum vidisset Macedonius, priusquam cum illis loqueretur,
interrogabat si susciperent synodum Chalcedonensem; quibus
dicentibus "quis enim es?" tunc ipse ait "si Sabbatiani vel
Macedoniani deferrent mihi depositionem, convenerat me p. 241
suscipere." et ita reversi sunt inefficaces, idemque per-
venit ad Euchaitem. tunc et Flavianum festinabat impera-
tor a sede Antiochena eiicere, et pro illo Severum manife-
stum veritatis inimicum inducere. apposuerunt autem ca-
lumniantes quod ore tantum et non corde synodum anathe-
matizaverunt. de cetero et consilium acceperunt iudices,
qui missi fuerant ab imperatore, pellendi eum et propter
turbationem modicum removendi; quo ad Platanos egresso
confestim impium Severum constituit, qui ante monachus
fuerat in monasterio schismaticorum, iuxta Maiuma Gazae.
Flavianum autem apud Petras exilio relegavit. sed et alios
nonnullos episcopos ferreis vinculis compeditos una cum
presbyteris et diaconibus. Helias vero Hierosolymitanus dum
cogeretur ab imperatore aut Severo communicare aut ab
episcopatu repelli, monachis confortantibus illum, ab epi-

*) faciebat missas] ἐλειτούργει. idem de vitis PP. in Constantino: missas imperatori fecit. sic loquebantur antiqui, ut S. Bonifacius archiep. Mogunt. ep. 95. Hist. Tripart. interpres l. 4 missas facere in ecclesia, et l. 6 missas facientes seorsum, et l. 7 seorsum agebat missas. sic etiam loquitur l. 12 c. 2. et Flodoardus hist. Rem. l 2 c. 13. idem tamen interpres missas celebrare dixit l. 10 c. 23. Fabr.

Digitized by Google

scopatu proiici magis elegit, et consecratus est pro eo Ioannes ex staurophylacibus quidam, qui spopondit facere quae-
p. 242 12 cunque vellent: verum consecratus neutrum fecit. imperator autem Anastasius una cum Timotheo scelesto Constantinopolitano episcopo multa mala monachis clericis ac laicis, qui pro Macedonio proque synodo defensanda perseverabant, ostendit, ita ut apud Oasim Thebaidis multos exilio relegaret. qui Timotheus synodica et Macedonii depositionem singularum episcopis civitatum ad subscribendum transmisit, quorum alii, fortiores scilicet, ad utrumque restiterant, alii vero utrisque scripturis timore imperatoris perterriti subscripserunt. porro medii depositioni Macedonii non
p. 243 subscribentes, Timothei synodicis subscripserunt; quod id ipsum erat, licet eis distare videretur. volens sane Timotheus Severi nomen in diptychis ordinare et Flaviani eiicere, prohibitus est a populo: Severi namque communionem omnes orthodoxi fugiebant, et maxime monachi; quibus cum multitudine rusticorum punitis multos occidit, altaria subvertens et sacra orthodoxorum vasa ut sacrilegus conflans. Iuliana vero, illustrissima femina, quae templum dei genitricis apud Honoratas construxerat, valde pro Chalcedonensi synodo satagebat, ita ut ei nec imperator quidem, multas adversus eam versutias adinveniens, Timotheo communicare persuadere valuerit. sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc ei potuit persuadere. Pompeium quoque consobrinum illius, et huius uxorem, quae mulier erat ornata et concedendis beneficiis vacans, multis imperator angustiis humiliabat ut zelatores synodi et eos qui Macedonio largiebantur in exilio quae necessaria erant. hi vero qui Alexandriam missi fuerant a Timotheo ad Ioannem Nicaeotem, super ambonem Chalcedonense anathematizavere concilium. defuncto autem hegumeno monasterii Dii venit Timotheus ordinaturus hegumenum: is autem qui promo-
p. 244 vendus erat, dixit se non suscepturum benedictionem a viro qui Chalcedonensem synodum sperneret. ad haec Timotheus ait "anathema omni homini Chalcedonense non suscipienti concilium;" et tum ille provehi ab ipso convenit. praeterea Ioannes archidiaconus Timothei, cum esset Manichaeus, conviciis affecit Timotheum, et imperatori quod dixerat indicavit. ast imperator ignominiose ac dire Timotheum in faciem conveniens negantem invenit, et e contra eos anathematizantem qui Chalcedonensem synodum recepissent. porro Ioannes Alexandrinus inhibuit Aegyptios ascendere Hierosolymam, ut non communicarent in exaltatione Chalcedonensi concilio. terribilia vero quaedam ab his qui a daemonio tenebantur facta sunt Hierosolymis tunc. Anastasius enim

Digitized by Google

cupiens fieri dux Palaestinae, pollicitus est imperatori, nisi persuaderet Ioanni, post Heliam Hierosolymitano episcopo, communicare Severo, dare trecentas libras auri. accepto vero principatu venit Hierosolymam, Ioannemque sibi non obedientem misit in carcerem. Zacharias vero quidem princeps Palaestinae, deo amabilis vir, suggessit episcopo, zelo divino ductus, duci repromittendi se quae illi placerent acturum, dummodo restitueretur in throno suo; quo se absol- p. 245
vente ac restituente, collectis monachis in templo S. Stephani ascendit super ambonem, et anathematizavit Nestorium et Eutychen et Severum atque Soterium, pronuntians sanctas et universales quattuor synodos. aderat autem et Hypatius filius fratris imperatoris, non communicans omnino Severo. hic cum tunc communicaret Ioanni, auri libras centum dedit S. Theodosio, qui erat exarchus monasteriorum, ad distribuendum has monachis qui rectae fidei erant et Chalcedonensis concilii zelo fervebant. imperator autem quosdam ex principibus praecepit in templo S. Theodori Sphoracii super ambonem trisagii additamentum admittere, ita ut multitudines indignatae per diem letaniae illinc egrederentur, quando et Timotheum per commonitorium scriptum omnibus ecclesiis praecepit trisagium in letaniis cum additamento dicendum, quod multi metuentes fecerunt. monachi vero alium psalmum psallendo venerunt. hos autem populus videns clamavit "bene venerunt orthodoxi," simultasque multa facta est et incendium domorum multarum ac homicidia dena milia, turba vociferante adversus Anastasium p. 246
et Vitalianum imperatorem petente, ita ut fugeret Anastasius et latitaret, ab ipsaque Areadne laceraretur iniuriis utpote multorum causa malorum Christianis effectus. Alamundaro autem principe Saracenorum gentis baptizato, Severus duos episcopos macula suae pravitatis infectos direxit ei communicandi. dei autem providentia ille ab orthodoxis baptizatus fuerat, qui recipiebant concilium. cumque Severi episcopi subvertere principem a vero dogmate festinarent, mirabiliter eos arguit Alamundarus huiuscemodi fabula. ait enim ad illos: "litteras" inquit "accepi hodie, quia Michael archangelus mortuus est." illis vero dicentibus hoc impossibile fore, ait princeps "et quomodo deus secundum vos nudus crucifixus est, nisi naturarum esset duarum Christus, quandoquidem nec angelus moritur?" et ita cum confusione Severi recesserunt episcopi. porro Cabades quosdam Christianos, qui erant in Perside, poplite enervavit, qui tamen postmodum ambulaverunt.

Vicesimo tertio imperii Anastasii anno Hormisda papa p. 247

Digitized by Google

Romanus pontificium gerit. Vitalianus autem, quem populus imperatorem expetiverat, accepta tota Thracia Scythia et Mysia, Vulgares habens secum et multitudinem Hunnorum, cepit Anchialum et Odyssopolim. comprehendit autem et Cyrillum magistrum militum Thraciae, et pervenit praedas gerendo usque Byzantium, parcens vero civitati apud Sostheuium castra metatus est. Anastasius autem desperatione consternatus mittit ex senatu quosdam, rogans eum pacisci et iurare una cum senatu, quod ab exilio episcopos revocaret apud Heracliam Thracae. porro Vitalianus addidit ut et principes uniuscuiusque scholae iurarent istud; sed et Macedonius et Flavianus, qui nequiter pulsi fuerant, suos reciperent thronos, similiter et reliqui omnes episcopi, et ita celebraretur synodus, Romano et cunctis episcopis convenientibus, et communi iudicio probarentur quae adversus orthodoxos sunt praesumpta. itaque cum haec imperator senatus et reliqui principes populique iurassent et confirmas-
p. 248 3 sent ita fiendum*), facta est pax, et ad propria rediit. Hormisda vero Romanus episcopus, molestiis fatigatus a Theodorico Vitaliano favente, Ennodium episcopum misit et Vitalianum archidiaconum ad synodum celebrandum apud Heracliam. venere autem et episcopi ex diversis locis fere ducenti, qui illusi ab iniquo imperatore ac Timotheo episcopo Constantinopolitano recessere inefficaces. impius quidem imperator pacta transgrediens clam intimavit Romano papae ne veniret: miserat enim Vitaliano sacram, quo transmitteret eam Romam, ut papa proficisceretur ad celebrandam apud Heracliam synodum. omnis autem populus atque senatus in praesentia maledicebat Anastasio tanquam periuro. porro Vitalianus indignatus adversus Anastasium ob periurium multa mala exercitibus Anastasii et reliquae rei publicae demonstravit, occidens, rapiens, armis exuens, et postremo ad iniuriam eius unumquemque militem uno aereo nummo vendens.

p. 249 3 Mundi anno 6008, divinae incarnationis anno 508, Hunni, qui dicuntur Saber, transeuntes Caspias portas, Armeniam et Cappadociam, Galatiam et Pontum depopulati sunt, ita ut Euchaitam quoque pervaderent. unde et fugiens Macedonius, propemodum periclitaturus, salvatus est apud Gangras. quo comperto Anastasius amare illic eum custodiri praecepit, mittens, ut aiunt, qui eum occideret. defunctus

*) fiendum] Flodoardus hist. Rem. 1 13: fiendumque se Christianum vovisset. vide Vossium de vitiis sermonis 4 30 circa finem. Fabr.

autem apud Gangras positus est in templo sancti martyris Callinici iuxta reliquias eius, multas sanitates efficiens; qui cum exanimis iaceret, manu fertur se signaculo crucis signasse. Theodorus autem quidam ex his qui cum eo erant, vidit eum in somnis sibi dicentem "excipe, et abiens lege Anastasio, et dic, ego quidem vado ad patres meos, quorum fidem servavi, non cessabo autem increscens domino, usquequo venias et in iudicium ingrediamur." eodem anno Alexandriae multi viri et mulieres et pueri atrociter a daemonibus obsessi repente latrabant. in somnis autem quidam vidit quen- p. 250
dam dicentem quia propter anathematismos synodi patiuntur ista. porro monachi heremi zelo divino moti, quattuor contestationes componentes, duas quidem ex his misere imperatori, unam vero principibus regionis et unam episcopo Hierosolymitano Ioanni, protestantes neque sanctam se Chalcedonensem synodum praevaricaturos neque impio Severo communicaturos, quin et se promptam habere mortem, incendentes et sancta loca. sane Thessalonicensi episcopo communicante ob metum imperatoris Timotheo Constantinopolitano episcopo, quadraginta episcopi Illyrici et Graeciae convenientes in unum per professionem in scriptis factam, ut a proprio metropolitano discessere ab eo; et Romam mittentes Romano communicare in scriptis professi sunt. episcopum autem Thessalonicensem Theodorus historicus patriarcham nominat irrationabiliter, nesciens qua pro causa.

Vicesimo imperii Anastasii anno Ioanne Nicaeote Alexandrino antistite haeretico mortuo, Dioscorus iunior, Ti- p. 251
mothei Heluri consobrinus, praelatus est episcopus Alexandriae. cum autem venisset Byzantium, pro Alexandrinis apud imperatorem intercessurus propter occisionem filii Calliopii Augustalis, ab orthodoxis publice conviciis appetebatur, cum procederet, existimantibus eum contra recta dogmata advenisse. ergo cum ob homicidium intercessisset, cum festinatione discessit. causa vero caedis ista fuit. cum Dioscorus manus impositionem accepisset, recessere multitudines rusticorum, dicentes quia nisi secundum quod sanctorum continent apostolorum canones fiat, non recipietur episcopus: princeps enim inthronizaverat eum. Dioscorus autem venit ad S. Marcum, et venientes clerici induerunt eum secundo, et iterum consecraverunt. et ita veniens ad S. Ioannem perfecit collectam. cum autem esset illic Theodosius filius Calliopii Augustalis et Acacius magister militum, turbae turbatae coepere iniuriis afficere Augustalium, eo quod laudaret imperatorem Anastasium. cum vero iurgium motum fuisset, insilientes quidam a sede filium Augustalis deposuerunt, et

Digitized by Google

interemerunt eum. at vero Acacius magister militum, quot-
p.252 quot capere potuit, interfecit. haec audiens imperator iratus est adversus eos. porro Dioscorus interveniens mitigavit eum. inter Indos vero et Persas castrum est nomine Zubdaber, ubi multas pecunias et lapides pretiosos esse Cabades rex Persarum ediscens, quaerebat hoc comprehendere. daemones autem loco insidentes prohibebant illum aggredi. omni ergo mota excogitatione magorum suorum, deindeque Iudaeorum consilio frustratus, credidit per orationem Christianorum, quae fit ad deum, huic dominari; et episcopum quendam Christianorum, qui apud Persas erant, super hoc deprecatus est. qui collecta celebrata divinorum mysteriorum participatus est, et accedens ad locum daemones, qui illi inerant, pepulit, et sine labore castrum Cabadi tradidit. stupefactus autem super hoc signo Cabades prima cathedra episcopum honoravit, cum usque ad illud tempus Manichaei atque Iudaei praesiderent; porro volentibus baptizari licentiam praebuit.

Vicesimo septimo imperii Anastasii anno vidit idem imperator in visu virum terribilem, portantem codicem; qui hunc ape-
p.253 riens, et inveniens nomen imperatoris, dicit ei "ecce propter malam fidem tuam deleo quattuordecim," et delevit eos. expergefactus autem, et advocato Adamantio praeposito, dixit ei visionem. "et ego" ait "vidi haec ista nocte, quia assistenti mihi imperio tuo porcus magnus veniens, et comprehensa praetexta mea, proiecit me in terram et interemit." convocato ergo Proculo coniectore *) edixit ei quae fuerant visa; qui quod ambo forent post paululum morituri praedixit. Timotheo vero Constantinopoleos episcopo mortuo, Ioannem Cappadocem episcopum et syncellum Constantinopoleos episcopum creaverunt. hic consecratus tertio die paschae apostolicam indutus est stolam. populus autem instantiam multam agebat ut Ioannes anathematizaret Severum. porro eodem anno mortuus est impius Anastasius, et imperavit pius Iustinus pro eo, vir senior et multum peritus, qui a militibus incipiens usque ad senatum profecit, Illyricus genere. quidam autem aiunt quod divino fulmine percussus Anastasius periisset.

Mundi anno 6011, divinae incarnationis anno 511, anno
p.254 9 imperii Iustini primo, Vitalianus post mortem Anastasii eidem imperatori valde familiaris effectus est, ita ut consul appel-

*) coniectore] Glossae: ὀνειροκρίτης coniector, somnisolutor, somniorum interpres. v. Plaut. Curcul. act. 2 sc. 1 et 2. Fabr.

Digitized by Google

laretur, fiduciamque tantam apud imperatorem haberet ut
etiam Severum praeciperet eiici et interimi: nimis enim erat
orthodoxus Vitalianus. quo audito Severus fugit, et Iulianus
Alicarnassi episcopus. Aegyptum abeuntes, hanc conturba-
verunt, sermonem de corruptibili et incorruptibili commo-
ventes, dum Alexandriae Dioscorus esset episcopus. episcopi
autem et clerici Romam venientes, auctoritate ab Hormisda
Romano episcopo studio Vitaliani percepta, cum adhuc vi- p. 255
veret Ioannes Cappadox episcopus Constantinopolitanus, san-
ctam Chalcedonensem synodum in diptychis ordinaverunt,
una cum aliis sacris tribus conciliis. cum vero Severus im-
pius fuga lapsus esset effectus, Paulus consecratus est Antio-
chiae, et donavit imperator civitati Antiochenae mille libras
auri. sed et ceteris urbibus benevolentiam praestitit, inhi-
bens quoque et publicas perturbationes. Xenaium vero, qui
et Philoxenus dicebatur, episcopum Ierapoleos, cum esset Ma-
nichaeus, et Petrum Apamiae cum omnibus ipsius maculae
participibus exilio relegavit. revocavit autem omnes quot-
quot iniuste fuerant ab Anastasio exules constituti. sed et p. 256
Appionem patricium, quem in Nicaena civitate in presbyte-
rum consecraverat, quemque imperator, ut revera pruden-
tem, praefectum fecit praetoriorum. sequenti autem anno
Ioanne Cappadociae Constantinopolitano episcopo defuncto,
Epiphanius presbyter ipsius ecclesiae atque syncellus promo-
tus est; similiter et Hormisda Romano dormiente Ioannes
episcopatum suscepit.

Tertio Iustini principis anno, bello moto inter Roma- p. 257 9
nos et Persas, misit idem Iustinus legatos et munera ad Ze-
licben regem Hunnorum; et repromisit cum iuramentis se
imperatori contra Persas auxilium praestaturum. mittente
autem et Cabade repromisit et ipsi. hoc sane Iustinus edi-
scens tristatus est valde. porro direxit ad Persas Zelicbes
viginti milia ad expugnandum Romanos. at vero Iustinus
destinavit Cabadi regi Persarum legationem pro pace, et
quasi super alio quodam scribens etiam de Zelicbe significa-
vit, quia opitulationis iuramenta cum Romanis habet, quia
et munera accepit multa, et vult proditor Persarum fieri,
et quia oportet nos, cum simus fratres, ad amicitiam venire,
et non a canibus istis illudi. tunc Cabades accersiens se-
creto Zelicben, sciscitatus est si accepisset a Romanis mune-
ra, hortatus adversus Persas; qui dixit "etiam." et iratus
Cabades occidit eum, et per noctem missa multitudine Per-
sarum interfecit populum eius, suspicatus quod dolo venis-
sent ad illum; quotquot autem potuerunt fugere, redierunt
ad propria. praeterea Euphrasius Antiochenus Chalcedonen- p. 258 8

Digitized by Google

sem synodum exclusit a diptychis, sed et nomen Hormisdae papae Romani. post haec vero timens quattor concilia confirmavit.

p. 259 9 Quinto anno imperii Iustini Zathus rex Lazorum, recedens a regno Persarum regnante Cabade et Zathum amante, qui etiam illum in regem Lazorum provexerat, venit Byzantium ad Iustinum, et rogavit eum ut fieret Christianus et ab ipso appellaretur imperator Lazorum. at imperator cum gaudio illo suscepto, illuminavit *) eum et filium appellavit. provectus autem imperator Lazorum a Iustino portavit coronam et chlamydem imperatoriam albam. quo comperto Cabades rex Persarum significavit imperatori Iustino, dicens quia cum amicitia et pax sit inter nos, quae inimicorum sunt agis, et eos qui sub potestate Persarum a saeculo erant assumpsisti. qui remisit ei "nos quenquam subiectorum imperio tuo neque assumpsimus neque subvertimus. sed ascendens Zathus ad imperialia nostra procidens deprecatus est ut ab scelesto et pagano dogmate impiisque sacrificiis et errore daemonum liberaretur, et accederet ad conditorem omnium deum, et fieret Christianus. hunc nos baptizantes
p. 260 19 absolvimus ad propriam regionem." ex tunc ergo facta est inimicitia inter Romanos et Persas. eodem quoque anno gesta sunt quae circa S. Arethan provenerunt.

p. 261 4 Sexto imperii Iustini anno Theuderichus Romam tenens, et ea quae Arii sunt sapiens, coëgit Ioannem papam venire Byzantium ad imperatorem Iustinum et intercedere pro Arianis, ut non compelleret illos ab haeresi sua discedere. nam et Theuderichus hoc in orthodoxos, qui in Italia erant, facere minabatur. Ioannes vero Byzantium veniens, et invitatus ab Epiphanio patriarcha, non consentit, usquequo Epiphanio praesideret utpote papa Romanus. qui omnibus quidem episcopis communicavit, Timotheo vero Alexandrino non communicavit. Cabades autem Persarum rex, filius Perozi, multa milia Manichaeorum cum episcopo eorum Indazaro una die peremit, una cum senatoribus Persis, qui sensus eorum erant. filium enim eius, nomine Pthasuarsan, Manichaei a puero instruentes et sui sensus efficientes repromittebant ei, dicentes quia pater tuus senuit, et si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum fa-
p. 262 cient imperatorem, eo quod teneat dogma ipsorum. nos autem possumus per orationes nostras suadere patri tuo ab-

*) illuminavit] ἐφώτισεν. φωτίζειν in scriptis patrum accipitur pro baptizare. v. Gregor. Naz. εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα. Fabr.

Digitized by Google

renuntiare imperio, et te promovere, ut ubique confirmes dogma Manichaeorum. qui repromisit hoc facere, si imperasset. cum autem haec Cabades cognovisset, iussit conventum fieri quasi facturus filium suum Pthasuarsan imperatorem, et omnes iubens Manichaeos una cum episcopo eorum et mulieribus et liberis adesse conventui, similiter et principem magorum Glonazen et magos, et Christianorum episcopum Boazanen, dilectum a Cabade utpote medicum optimum. et convocatis Manichaeis ait "gaudeo super dogmate vestro, et volo dare, dum vivo, filium meum Pthasuarsan et consentaneum vestrum. sed segregate vosmet ipsos ad recipiendum eum." qui freti fiducia semet ipsos segregaverunt. Cabades autem praecipiens exercitus suos ingredi, omnes concidit gladiis cum episcopo eorum, sub conspectu principis magorum et Christianorum antistitis.

Mundi anno 6019, divinae incarnationis anno 519, cum p. 265 17
terrae motus apud Antiochiam adhuc teneretur, Euphrasius episcopus obrutus est a terrae motu et mortuus est, et omnis domus et ecclesia cecidit, et pulcritudo civitatis exterminata est: non enim facta est talis divinitus ultio in alia civitate per omnes generationes. ast piissimus imperator Iustinus his cognitis plurimum animo doluit, ita ut ablato diademate a capite suo et purpura lugeret in sacco sedens per dies multos, adeo ut in die festo procedens ad ecclesiam non passus sit portare coronam vel chlamydem. porro mense Aprilis eiusdem quintae indictionis aegrotus imperator Iustinus effectus provexit, dum adhuc viveret, in imperatorem Iustinianum nepotem *) suum, qui et coimperavit ei mensibus 4. mense autem Augusto eiusdem quintae indictionis Iustinus
obiit. eodem autem anno singulare imperium Iustinianus p. 267 7
obtinuit. rex autem Helurorum, Graetes nomine, ad Roma- p. 268 6
nos confluxit, et venit Constantinopolim cum populo suo, et petiit imperatorem quo fieret Christianus; qui baptizatum in Theophaniis suscepit eum ex baptismate, repromittentem
auxiliari ei in quibuscunque voluisset. eodem anno adhaesit p. 269 3
Romanis mulier quaedam ex Hunnis, qui dicuntur Saber, barbara, nomine Boazer, vidua, habens secum Hunnorum milia centum. tum et rex Hunnorum qui sunt iuxta Bosphorum, nomine Gorda, accessit ad imperatorem, et factus

*) nepotem] ἀνεψιόν, ut tunc loquebantur, i. e. sororis suae filium. Gregorius Turon. hist. 1 18: Octavianus Iulii Caesaris nepos, quem Augustum vocant. et 3 18: parvipendens de interfectione nepotum. loquitur de Chlotario, qui filios fratris occiderat. vide Vossium de vitiis sermonis 1 27. Fabr.

Digitized by Google

Christianus susceptus est ab imperatore; et multis ei prae-
p.270 stitis donis misit eum in regionem ipsius ad Romanas res
custodiendas et Bosphorum civitatem, quae pro eo quod Ro-
manis boves per singulos annos pro pecuniis inferebat, Bos-
phorus appellata est. locavit autem et numerum militum
Romanorum et tribunorum custodire civitatem propter Hun-
p.271 6 nos, et exigere tributa boum. promulgavit autem formam
imperator de episcopis et oeconomis et orphanotrophis et
xenodochis, ne hereditates possiderent nisi quae priusquam
proveherentur habuisse probarentur, de quibus et testamen-
tum emittere potuissent. ab hora vero qua promoverentur,
neminem habere licentiam disponendi, sed omnia ipsius ve-
p.272 nerabilem domum hereditari. et exposuit imperator leges
validas contra libidinosos, et multi puniti sunt, et factus est
timor multus et cautela. renovavit etiam contrarias leges,
faciens singularem codicem, et vocans eum novellas consti-
tutiones, in quibus non permittit principem in locis, quibus
praeest, emere possessionem aut aedificare domum aut he-
reditare *) extraneam personam, nisi quis sibi cognatus
existat.

Eodem anno passa est a divina indignatione rursus An-
tiochia, post duos annos prioris passionis, et factus est ter-
rae motus magnus et tempestas gravissima. et letaniam fa-
ciebant qui remanserant omnes, discalceati, clamantes *kyrie
eleison*, et proiicientes se pronos super nives. apparuit au-
tem in visu cuidam dei cultori homini, ut diceret omnibus
residuis quod superscriberent in superliminaribus suis "Chri-
stus nobiscum, state." quo facto stetit ira dei. et rursus
imperator et Augusta multas pecunias donaverunt in recu-
perationem et aedificationem Antiochensium civitatis, quam
p.273 9 et cognominavit Theopolim. porro 12 kal. Apriliarum 7 in-
dictionis irruit Alamundarus Zecius, regulus Saracenorum, et
depraedatus est primam Syriam usque ad terminos Antio-
chiae in locum qui dicebatur Litargum, et occidit multos,
et incendit exteriora Chalcedonis. et audientes primores Ro-
manorum exierunt adversus eum. quo comperto Saraceni
p.274 7 una cum Persis, sumpta praeda cum captivis, fugerunt. prae-
terea Samaritae et Iudaei in Palaestina imperatorem quen-
dam Iulianum coronantes, et arma contra Christianos mo-
ventes, rapinas et homicidia et incendia operati sunt; quos
deus tradidit in manus Iustiniani, et interemit omnes, et de-
p.276 14 collavit Iulianum tyrannum. interea tertio imperii sui anno

*) hereditare] vetus interpres epistolae ad Philadelph. quae S. Igna-
tio adscribitur: regnum dei non hereditabit. Fabr.

Digitized by Google

Iustinianus imperator promulgavit ne militarent pagani nec haeretici, nisi soli orthodoxi Christiani, dans illis et indutias usque ad menses tres ad conversionem.

Septimo imperii Iustiniani anno facta sunt Vandalica p. 287 5
bella, et recepit Belisarius Africam. denique Vandali sub Arcadio et Honorio ad Hispaniam venientes cum Godigisclo rege suo, et ex ea in Libyam transeuntes, hanc comprehenderunt. Godigisclo vero mortuo Gizerichus eius principatum suscepit. cui successit Honorichus filius eius, regnum adeptus; qui multa mala Christianis qui in Libya erant ostendit, et arianizare coëgit, et multos occidit, et linguam a gutture quorundam abscidit, qui etiam dei gratia postea loquebantur. episcopus autem quidam Orientalis partis im- p. 291 3
peratorem Iustinianum deterruit, dicens ex deo sibi visionem factam, iubentem sibi ad imperatorem accedere, et postulare ut Christianos qui erant in Libya liberaret a tyrannis. quibus imperator auditis retinere mentem ultra non potuit, sed tam exercitum et naves armis circumdedit et victualia *) praeparavit, Belisariumque in procinctu esse praecepit in Libyam praetorem mittendum, quem et praetorem imperator principaliter, et in omnibus statuit. erat autem cum eo p. 293
et Procopius, harum rerum conscriptor. proficiscentes autem a regia urbe adierunt Abydum. Belisarius vero curabat quatinus universus stolus simul navigaret et in praedium idem ipsum diverteret. cumque ad Siciliam pervenisset, misit Procopium conscriptorem Syracusam, si forte inveniret quosdam qui se in Libyam ducerent. ipse vero stolo accepto ad Caucanam properavit villam, 200 a Syracusa stadiis differentem. Procopius ergo Syracusam ingressus escas emit apud Amalasuntham, uxorem Theuderichi, matrem autem Atalarichi regis Italiae, amicitiam erga Iustinianum habentem. consecutus quoque est inopinate virum qui sibi fuerat amicus a puero, quique experimentum habens Libyae locorum et maris, tres tantum dies transierant ex quo Carthagine venerat. et asseverabat omnem securitatem habere illos, et haud metuere quenquam illorum quod adversus se moveretur exercitus, ita ut a quattuor mansionibus **) maris Gelimer moraretur. hunc ergo assumptum Procopius ad Caucana

*) victualia] commeatum, victui necessaria. Glossae Dosithei: alimonia, victualia. Flodoardus hist. eccl. Rem. 2 11: sufficientia victualia constituit. FABR.

**) mansionibus] Sulpicius Severus in Martino: sedecim mansionibus abest. plura de mansionibus dico ad tit. 3 dictae collectionis. FABR.

Digitized by Google

perveniens Belisario praesentavit. quibus compertis Belisarius
p. 294 transmeavit, et exiit in quoddam praedium; aggeremque ac vallum profundum facientes castra metati sunt. ubi et cum locus inaquosus esset, vallo effosso terra protulit aquam ad omnem utilitatem, tam animantibus quam exercitibus. sequenti vero die populus ad praedam prorupit. praetor autem his accersitis haec ad eos locutus est "violentiam quidem inferre alienisque pasci iniustitia est in omni tempore, maximeque nobis in periculis constitutis. ego enim in hoc fisus in hanc vos terram transvexi, ut iustitia et opere bono tam deum placemus quam Afros ad nosmet attrahere procuremus. haec autem vestra intemperantia in contrarium vobis proveniet, et aget ut Afri Vandalis auxilientur. sed acquiescentes verbo meo, ementes escas asportate, et neque iniusti esse videamini neque amicitiam Afrorum in inimicitiam convertatis, sed deum potius placare studete. cessate insilire in aliena, et lucrum excutite periculis plenum." mittens autem
p. 295 Belisarius electum exercitum urbem sine labore comprehendit. noctu enim ad eam accedentes, et una cum introeuntibus plaustris rusticorum ingredientes, hanc obtinuerunt. et cum dies factus fuisset, tam sacerdotem quam huius primos captantes ad praetorem destinaverunt.

p. 299 13 Belisarius itaque Carthagine capta commonebat milites dicens "videte quanta prospera facta sunt nobis, quoniam sobrietatem erga Afros ostendimus. videte honestatem in Carthagine conservare, et ne quis quenquam opprimat, nec quicquam ipsius surripiat. cum enim multa mala fuissent a Vandalis barbaris viris perpessi, imperator noster ad auxiliandum eis nos misit et ad libertatem donandam." haec
p. 300 commonens Carthaginem introivit, et ascendens palatium in Gelimeris solio sedit. ad quem accesserunt negotiatores Carthaginis, et quotquot iuxta mare manebant, queritantes se rapinam a classibus pertulisse. at vero Calonymum, navium principem, iuramento constrinxit quatinus omnia quae rapta fuerant asportaret et propriis dominis redderet; qui defraudans ex eis et periurans non post multum vindictam exolvit: nam extra sensum effectus suam ipsius linguam comedens obiit. ita vero praetor sine tumultu urbem possidebat, ut nec iniuriam quampiam inferret homini, nec in foro quospiam obserare domum contingeret, sed ementes milites manducabant et laetabantur. eos vero Vandalos qui ad sacra confugerant, fide praestita educebat. murorum autem civitatis diligentiam exhibebat, cum antea negligentia ruerent. porro dicebant et vetus verbum Carthagine dictum, videlicet Gamma persequetur Beta, nunc esse perfectum: prius enim

Gezerichus Bonifacium insecutus est, nunc vero Belisarius p. 301
Gelimerem. praeterea tot pecunias multitudo reperit quot p. 304 14
in nullo loco unquam esse contigerat. denique Romanorum principatum depopulantes pecunias multas in Libyam transtulerunt. et cum ipsa regio optima et fecunda esset, pecuniarum reditus eis effecti sunt multi. nonaginta quippe et quinque annis Vandali Libyam tenuerunt; et cum multas divitias collegissent, in illa die in Romanorum manus omnes p. 305
divitiae redierunt. in tribus enim mensibus cum pugnasset Belisarius, id est a calendis Octobribus usque ad calendas Decembrias, totam Libyam subdidit. misit autem Ioannem Armenium cum ducentis electis persequi Gelimerem, donec eum vivum aut mortuum comprehenderet; qui praeoccupans Gelimerem comprehensurus erat, nisi res contigisset huiusmodi. Huliares quidam ex Belisarii armigeris erat cum Ioanne; qui vino inebriatus, videns avem super arborem insidentem, tenso arcu iecit adversus avem. et avem quidem consecutus non est, Ioannem vero retro in cervice percussit; qui plagatus mortuus est, multum luctum tam imperatori Iustiniano et Belisario quam cunctis Romanis et Carthaginensibus derelinquens. taliter Gelimer effugiens illa die ad Maurusios properavit; quem Belisarius persecutus in Papua monte, in novissimis Numidiae, circumclusit, hunc obsidens per hiemem, deficientibus ei omnibus necessariis: panis enim apud Maurusios non fit neque vinum neque oleum, sed far et hordeum immaturum, ut irrationabilia animalia, come- p. 306
dunt. his Gelimer incidens scribit ad Faran, quem dimiserat Belisarius ad custodiendum eum, ut mitteret sibi citharam et panem unum et spongiam. Faras autem haesitabat quidnam esset hoc, donec qui detulerat epistolam dixit quia panem quidem desiderat videre Gelimer, non videns panem ex quo ascendit in montem, spongiam autem propter oculos non lotos ac per hoc laesos, quatenus hos sinceros spongia reddat, porro citharam, ut calamitatem et lamentetur et defleat. his auditis Faras condolens, et fortunam humanam deplorans, secundum eius scripta faciebat, et omnia mittebat quaecunque *) Gelimer egebat. praeterea cum hiems transiisset, metuens Gelimer obsidionem Romanorum, et cognatorum misertus filiorum, qui vermes in eadem miseria fecerant, dissolutus est mente, et ad Faran rescripsit quod fidei verbo recepto ipse, et qui secum erant, ad Belisa-

*) quaecunque] Cato ap. A. Gellium 13 22: quia multa egeo. Plautus Menaechm. act. 1 sc. 2: nec quidquam eges. Priscianus l. 18: nostri, egeo illius rei et illam rem et illa re. Fabr.

Digitized by Google

rium properarent. quo hunc certum iureiurando reddente,
p.307 7 assumptis omnibus Carthaginem venit. Belisarius autem hunc gratanter recepit. at vero Gelimer ridendo ad Belisarium introivit. quem alii quidem superfluitate passionis excessisse quae sunt naturae, delirumque suspicabantur effectum: amici vero huius et sagacem hominem hunc esse cogitabant, et cum fuerit rex et regii generis, et virtutem validam pecuniasque magnas habuerit, quoniam in fugam versus est et mala in Papua pertulit et nunc ut captivus ductus est, nihil praeter multo risu digna, quae hominum sunt, arbitratum eum esse perhibebant. Belisarius autem hunc cum principibus omnibus Vandalorum non in dehonoratione *) custodiebat, ut ad imperatorem Iustinianum Byzantium duceret. Cyrillo vero statim Belisarius cum capite Zatzonis fratris Gelimeris in Sardum insulam misso, quae Kyrnus vocabatur, primum hanc Romanis subegit. in Caesaream autem, quae est in Mauritania, Ioannem alium destinavit, quae 30 dierum itinere a Carthagine distans penes Gadira et solis occasum iacet. aliumque Ioannem ex praetoribus unum in fretum quod est in Gadiris, et in castellum quod Septum vocant, direxit. porro in insulas quae iuxta Oceanum sunt, Maioricam sci-
p.308 licet et Minoricam, Apollinarium destinavit, virum bonum. misit autem et in Siciliam quosdam Afrorum, et castrum Vandalorum comprehendere iussit. Gothi vero qui hoc custodiebant, matri Athalarici haec nota fecerunt. quae scribit ad Belisarium ne idem castrum tyrannide caperet, quousque imperator Iustinianus sciret, et quod sibi esset visum efficeret. in his ergo Vandalicum bellum finem accepit. verum invidia, utpote in magna felicitate fieri solet, contigit etiam in Belisarium: quidam enim derogaverunt ei penes imperatorem, quod tyrannidem meditaretur. ast imperator misso Salomone tentat Belisarii voluntatem, utrum cum Gelimere et Vandalis veniret Byzantium, an manens illuc eos transmitteret. Belisarius autem Byzantium profectus est, Salomone praetore Libyae derelicto. cumque Belisarius Byzantium una cum Gelimere et Vandalis pervenisset, magna praemia percipere meruit, qualibus nimirum temporibus priscis Romanorum praetores in maximis victoriis digni efficiebantur. sexcentis enim annis transactis nemo ad talem pervenit
p.309 honorem nisi Titus Traianus et alii imperatores, qui magi-

*) dehonoratione] Flodoardus hist. 2 20: quidquid in ipsius imperatoris dehonoratione gestum fuerat. Vetus interpres epistolae ad Philippenses, quae S. Ignatio adscribitur: dies festos nolite dehonorare. Fabr.

Digitized by Google

stratum contra barbaricas nationes obtinentes mirabiliter
triumpharunt; exuviisque ostensis et ex bello mancipiis in
media urbe pompis haec publicavit, quod triumphum vocant Romani. sic veteri quidem modo, sed pedestri incedens ex domo sua usque ad Hippodromium. erant autem exuviae quotquot administratorio principis ordini competebant, id est throni aurei et rhedae, quibus regum uxores vehuntur, ornatusque de lapidibus pretiosis compositus, argenti quoque multa milia talentorum, et diversorum imperialium vasorum, quae Gezerichus Romano despoliato palatio Africam tulit, inter quae et Iudaeorum vasa, quae Vespasiani filius Titus post captam Hierosolymam Romam detulerat. mancipia vero erant ex triumpho tam ipse Gelimer, vestimentum quoddam portans purpureum, et cognatio eius universa, Vandalorum quoque quotquot valde prolixae staturae ac boni corporis erant. cumque Gelimer in Hippodromium pervenisset, et tam imperatorem supra tribunal sedentem quam ex utraque parte vulgus astans vidis- p. 310
set, non quiescebat clamans "vanitas vanitatum, et omnia vanitas." pertingentem autem eum iuxta imperatoris tribunal purpura eius ablata pronum cadere et adorare coëgerunt imperatorem. at vero imperator Gelimeri praedia in Galatia multa contulit et amoena, et cum omnibus cognatis suis in his habitare permisit. verum hunc in patricii ordinem non provexit, eo quod ab Arii secta discedere minime consentiret.

Salomone praeterea rem publicam moderante Maurusii praelium adversus Afros moverunt. porro Maurusii ex gentibus descendunt quas Iesus Nave ex regione Phoenicum a Sidone ad Aegyptum usque habitantes abegit. qui pervenientes Aegyptum, et non recepti ab eis, ad Libyam veniunt; et hanc inhabitantibus eis, novissimo tempore imperatores Romani terram obtinentes hanc Hoen nominaverunt, p. 311
statuentes titulos duos supra magnum fontem ex lapidibus candidis concavis, habentes litteras Phoeniceas, dicentes haec "nos sumus qui fugimus a facie Iesu latronis, filii Nave." erant autem et aliae gentes in Africa primum indigenae, habentes regem Asclepium, qui Heraclio conregnavit, quem terrae filium esse asseveraverunt qui Carthaginem condiderunt. Salomon autem a Carthagine sumptis exercitibus contra Maurusios properavit, qui in fugam versi et se in prae- p. 312
cipitia demergentes semet ipsos interficiunt. mortua vero sunt in hoc bello Maurusiorum quinquaginta milia, Romanorum vero penitus nullus. quin nec ictum quisquam eorum ullum accepit, sed omnes incolumes victoriam consecuti sunt.

Digitized by Google

p. 313 plurimi vero principum ipsorum Romanis adiuncti sunt. mulie-
rum atque puerorum tantam multitudinem Romani cepere ut
ovis pretio servum Maurusium emere volentibus venunda-
rent. et tunc eis vetus eloquium cuiusdam divinae *) femi-
nae contigit, quia maledictione multitudo eorum a viro sine
barba periit: Salomon quippe a puero eunuchus praeter vo-
luntatem effectus est, prae passione genitales partes amittens.
porro tota Libya percepta Carthaginem rediit. praeterea
vere incipiente missus est Belisarius Siciliam Romanis facere
tributariam. ubi eo biemante Romani Libyae contra Salo-
monem simultates fecerunt, hoc modo. acceptis enim inter-
p. 314 emptorum uxoribus Vandalorum habebant agros earum ut
suos, et solvere imperatori pro eis tributa nolebant. at
vero Salomon commonebat eos ne contradicerent impera-
tori, sed huic quae deliberata fuissent penitus redderent.
ceciderunt autem quidam eorum, maximeque Gothorum, in
Arii sectam; quos sacerdotes ecclesiae segregabant, et nec
liberos eorum baptizare volebant. unde et in die festo si-
multas effecta est. consiliati vero sunt milites Salomonem
in templo perimere; qui hoc audito suadere eis recedere a
p 319 4 seditione tentabat, quod non post pauca obtinuit. Belisarius
autem Siciliam et Romam ab Ugio detentam et circumqua-
que civitates accipiens, Ugium Byzantium duxit ad Iustinia-
num cum uxore ipsius et liberis. et misit imperator Nar-
sem cubicularium Romam cum classe tenendi ea quae illic
p. 322 8 habebantur. Salomon autem muris Libyae civitates muni-
vit. et quoniam Maurusii discesserunt a Numidia victi, Za-
ben regionem atque Mauritaniam et Sitiphin metropolim
sub tributo Romanis effecit: alterius enim Mauritaniae Cae-
p. 336 6 sarea prima metropolis est. interea Iberum rex, Zamassar-
dus nomine, Constantinopolim ascendit ad imperatorem Iu-
stinianum cum muliere **) ac senatoribus suis, rogans eum ut
esset Romanorum concertator et germanus amicus. ast im-
perator huiusmodi proposito eius accepto multis eum et se-
natores eius munificentiis honoravit. similiter et Augusta
uxor eius variata gemmis ornamenta donavit, et dimisere
eos pacifice ad proprium regnum.

*) divinae] Glossae: divinum μάντιν. Petronius: divinam ego puta-bam. Auctor Queroli in praef.: magum mathematicumque sese fingens. et mox: Queroli secreta et familiaria quasi divinus loquitur. Fabr.

**) muliere] mulier pro uxore, ut in Capitulis Caroli Calvi, quod ibi observat Sirmondus. imo et Scaevola Ict. ita loquitur in l. 93 de legat. 3. et vulgus Hispanicum *muger* dicit, Italicum *moglie*, Provinciale *mouillé*, pro uxore. Fabr.

Digitized by Google

Octavo anno imperii Iustiniani passa est a divina indignatione Pompeiopolis Mysiae: scissa enim est terra terrae motu, et obrutum est medium civitatis cum habitatoribus, et erant subtus terram, et voces eorum audiebantur clamantium ut sibi misericordia praestaretur, et multa donavit imperator ad educendos et adiuvandos, viventesque liberaliter iuvit. eodem vero anno tradidit Iustinianus ad psallendum in ecclesia illud quod canitur "unigenitus filius et verbum dei."

Mundi anno 6029, divinae incarnationis anno 529, Aga- p. 337 7
pitus Romanae gerit ecclesiae praesulatum, Iustinianus decimum imperii agit annum, quando et Epiphanio episcopo Constantinopoleos defuncto Anthimus episcopus Trapezuntensium translatus est Constantinopolim. Agapitus autem Romanus episcopus hoc anno ascendens Constantinopolim synodum celebravit contra impium Severum et Iulianum Alicarnassensem et ceteros theopaschitas; inter quos et Anthimus, ut consentaneus eorum, depositus a throno proiectus est et exivit, cum episcopatum obtinuisset regiae urbis mensibus decem; et consecratus est pro eo Mennas presbyter et xenodochus Sampson ab Agapito papa Romano. porro Agapitus dormivit Byzantii, et consecratus est pro eo Silverius.

Anno imperii Iustiniani undecimo facta sunt prima en- p. 338 10
caenia magnae ecclesiae Constantinopoli, Mena patriarcha in regio sedente vehiculo, et imperatore letaniam cum populo faciente.

Anno duodecimo imperii Iustiniani, cum Romae Vigilius esset episcopus, moti sunt Bulgarum duo reges, Vulger scilicet et Droggo, cum multitudine in Lyciam et Mysiam, cum esset magister militum Mysiae Iustinus et Scythiae Baudarius, qui exeuntes contra Bulgares inierunt praelium. et occisus est Iustinus magister militum in bello, et factus est pro eo Constantinus Florentii. et venerunt Bulgares usque ad partes Thracae, et egressus est contra eos magister militum Illyrici, Hoccum Hunnus, quem suscepit imperator ex sacro baptismate, et in medium missis Bulgaribus conciderunt multitudines copiosas, et receperunt omnem praedam, et vicerunt potenter, occisis duobus eorum regibus.

Eodem anno cepit Chosroes rex Persarum magnam An- p. 339 11
tiochiam Syriae.

Anno decimotertio imperii Iustiniani sociatus est Romanis Mundus ex genere Gipedum derivatus.

Digitized by Google

p. 340 14 Anno decimoquarto imperii Iustiniani Chosroes rex Persarum quartum in Romanorum terram fecit ingressum; quem Belisarius rursus ab Hesperiis veniens sapientia sua inefficacem redire coëgit ad propria.

p. 344 21 Eodem vero anno Timotheo episcopo Alexandriae mortuo, Severus impius, Antiochenus praesul adulter, et Iulianus Alicarnasseus, Alexandriam fuga lapsi, de corruptibili et incorruptibili conferentes adversus invicem, facti sunt tanquam veritatis extranei, et alter quidem Theodosium, alter vero Gaianum Alexandriae promovit episcopum. et Gaianus quidem tenuit episcopatum anno uno, Theodosius vero duobus. hos autem Iustinianus imperator mittens duxit Byzantium, et utrumque separatum custodire praecepit. et Paulum quendam, qui putabatur orthodoxus, Alexandriae provexit episcopum. hic memoriam Severi scelesti faciens ab episcopatu ira imperatoris eiectus est, et veniens Hierosolymis morabatur.

p. 345 13 Anno decimoquinto imperii Iustiniani, mense Octobrio, facta est Byzantii mortalitas; et eodem anno hypapanti domini sumpsit initium, ut celebraretur apud Byzantium die secunda Februarii mensis.

p. 346 4 Anno decimosexto imperii Iustiniani contigit debellare invicem regem Azumitensium Indorum Iudaeorum ex causa huiuscemodi. Azumitensium rex ultra Aegyptum est iudaizans. Romanorum autem negotiatores per Homeritensem ingrediuntur ad Azumitensem et ad interiores partes Indorum atque Aethiopum. negotiatoribus autem secundum consuetudinem ingressis terminos Homeriti, Damianus eorum rex illos occidit, et abstulit omnia ipsorum, dicens quoniam Romani malefaciunt Iudaeis, qui in regione sua sunt, et occidunt eos. et ex hoc solverunt negotiationem interiorum Indorum Azumiti. et indignatus Azumitensium rex Adad misit Homeriti, quia laesisti regnum meum et interiorem Indiam, prohibens Romanorum mercatores ad nos ingredi. et venerunt in inimicitiam magnam, et inierunt bellum in alterutrum. et cum pugnaturi essent, Adad Azumitensium rex votum vovit, dicens quia si vicero Homeritensem, efficiar
p. 347 Christianus, quia pro Christianis pugno. deique operatione vicit potentissime, et accepit captivum vivum Damianum regem eorum et regionem ipsorum et regna, gratiasque referens deo Adad rex Azumitensium misit ad Iustinianum imperatorem, ut acciperet episcopum et clericos, et doceretur, et fieret Christianus. et gavisus est super hoc Iustinianus plurimum, et iussit eis dari episcopum quemcunque voluissent, et cle-

Digitized by Google

gerunt iidem legati, cum curiose quaesiissent, mansionarium *) S. Ioannis magnae Alexandriae, virum venerabilem et virginem, nomine Ioannem, qui sexaginta duorum erat annorum. quo suscepto abierunt in propriam regionem ad regem suum, et ita crediderunt Christo, et illuminati sunt.

Mundi anno 6036, divinae incarnationis anno 536, imperante Iustiniano anno decimoseptimo factus est terrae motus magnus in universo mundo. eodemque anno apparuit quidam ex regione Italorum per villas discurrens, nomine Andreas, habens secum canem rufum et caecum, qui iussus p. 348
ab eo faciebat miracula. cum enim staret ipse in foro et turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur astantium annuli aurei et argentei et ferrei, et ponebantur in pavimento, quos ille cooperiebat, et praecipiebat cani, et tollebat, et dabat unicuique suum. similiter et diversorum imperatorum nomismata mixta porrigebat per nomina. sed praesto turba astante, virorum scilicet et mulierum, interrogatus ostendebat in utero habentes et fornicarios et adulteros et avaros et magnanimos. ostendebat omnes cum veritate. unde dicebant quia spiritum habet Pythonis.

Anno imperii Iustiniani decimo octavo diffusum est p. 348 13
mare per Thracen miliariis quattuor, et cooperuit cam circa partes Odyssei et Dionysopolis, et multi necati sunt in aquis, et iterum dei praecepto restitutum est idem mare in loca sua.

Anno imperii Iustiniani decimo nono Petrus Hierosolymitanam et Domnus Antiochenam regit ecclesiam; et facta est inopia frumenti et vini ac pluvia multa, et factus est terrae motus Constantinopoli magnus, et eversio de sancto pascha, et coepit vulgus a carnibus abstinere mense Februario, die quarta: imperator autem praecepit alia hebdomada carnem apponi, et omnes carnium venditores occiderunt, et apposuerunt, et nemo emebat aut edebat. porro pascha factum est ut imperator iussit, et inventus est populus ieiunans hebdomada superflua.

Anno imperii Iustiniani vicesimo capta est Roma a Go- p. 349 6
this, et papa Vigilius venit Constantinopolim, et susceptus ab imperatore cum ingenti honore repromittebat facere unitatem catholicae ecclesiae, et anathematizare tria capitula, quique excommunicationem quattuor mensium dedit Menae

*) mansionarium] sic etiam vertit Nicaenae syn. 2 p. 703 ed. R. vide et can. 2 syn. Chalcedon. Zonaram ad concilia p. 697 a, 698 a et 720 b. et concil. Cpolit. sub Mena p. 737. Fabr.

Digitized by Google

Constantinopolitano episcopo in epitimium. indignatus autem
imperator contra Vigilium propter epitimium, et quia differebat
complere quae videbantur super unitate ecclesiarum, misit ut
comprehenderetur. qui metuens impetum imperatoris ad
altare Sergii martyris monasterii Hormisdae confugit. et
p. 350 inde tractus tenuit columnas portantes altare, et has evertit,
cum esset gravis et corpore grandis. imperator autem poe-
nitentia ductus suscepit papam Vigilium, et rogatus Vigilius
a Theodora Augusta suscepit Menam patriarcham Constan-
tinopolitanum vigesima nona die mensis Iunii, festivitate apo-
stolorum.

Anno vicesimo primo imperii eius facti sunt terrae mo-
tus magni et pluviae, mortuaque est Theodora Augusta. si-
militer et sequenti anno facta sunt fulgura et tonitrua, ita
ut dormientes ex tonitruis laederentur, atque incendia penes
Byzantium.

p. 351 14 Mundi anno 6046, divinae incarnationis anno 546, im-
perii Iustiniani anno vicesimo tertio legatus Indorum venit
Constantinopolim ducens elephantem, et ingressus est Hippo-
dromium. Ianuario vero mense suppositum est nomen Me-
nae patriarchae Constantinopolitani, et praepositum est no-
men Vigilii praecellens in diptychis. interea mense Martio
exiliit elephas e stabulo noctu, et occidit multos, alios vero
p. 352 5 debilitavit. porro Iunio mense facta sunt encaenia sancto-
rum apostolorum apud Constantinopolim, et recondita sunt
lipsana Andreae Lucae ac Timothei apostolorum, et transiit
Menas episcopus cum sanctis lipsanis, sedens in carrucca au-
rea imperatoria, lapidibus insignita, tenens tres thecas san-
ctorum apostolorum in genibus suis, et ita encaenia cele-
bravit.

Anno imperii Iustiniani vicesimo quarto, mense Aprili,
missus est Narses cubicularius Romam pugnaturus adversus
Gothos, qui ceperant Romam, quoniam postquam eam Be-
lisarius cepit, iterum insurrexerunt et receperunt illam
Gothi.

p. 353 9 Anno imperii Iustiniani vicesimo quinto facta sunt en-
caenia S. Eirenae trans Constantinopolim in Sycis, et exie-
runt sancta lipsana ex magna ecclesia, una cum duobus pa-
triarchis, Mena scilicet Constantinopolitano et Apollinario
Alexandrino, et sederunt ambo in imperatorio curru, retinen-
tes in genibus suis sancta lipsana, et venerunt usque ad
fretum, et transfretantibus obviam eis occurrit imperator,
et aperuerunt eandem ecclesiam sanctae martyris Eirenae.
eodem anno moritur Menas episcopus Constantinopolitanus,

Digitized by Google

et factus est pro ipso Euthychius apocrisiarius Amasiae ac monachus monasterii quod est penes Amasiam, ac presbyter. eadem sane Menae funeris die, cum adhuc iaceret in sacello, p. 354
mense Augusto tropaea venerunt e Roma Narsis cubicularii et exarchi Romanorum. inito quippe bello cum Totila rege Gothorum potentissime superavit, et cepit Romam, et occidit Totilam, et vestimenta eius cruentata cum camilaucio lapidibus pretiosis ornato misit Constantinopolim, et iactata sunt ad pedes imperatoris coram senatu.

Anno imperii Iustiniani vicesimo sexto facta est sancta et universalis quinta synodus contra Origenem vesanum et Didymum caecum et Euagrium atque gentilis sensus eorum deliramentum, et rursus contra capitula. Vigilius autem Romanus convenientibus non consedit. dimissus autem multis motis ab imperatore, in Illyrico moritur rediens Romam.

Vicesimo septimo imperii Iustiniani anno factus est terrae motus terribilis Constantinopoli et circum quaque urbibus, qui tenuit diebus 40, et paulatim homines compuncti p. 355 3
sunt, letaniam agentes et frequentantes atque in ecclesiis commanentes *). cumque multa dei misericordia facta fuisset, homines ad peiora dilapsi sunt. fit autem memoria terrae motus huius per singulos annos in Campo, letaniam populo faciente.

Mundi anno 6047, divinae incarnationis anno 547, vicesimo octavo imperii Iustiniani anno facta sunt tonitrua et fulgura horrenda, et ventus Africus terribilis, ita ut caderet crux, quae stabat intra portam Rhesii.

Vicesimo nono imperii Iustiniani anno seditionem concitaverunt Iudaei et Samaritae Caesareae Palaestinae, et facti p. 356
quasi in ordine Prasinovenetorum irruerunt in Christianos eiusdem civitatis, et multos interfecerunt, et ecclesias combusserunt, Stephanumque praefectum ipsius urbis in praetorio peremerunt, et substantiam eius surripuerunt. uxor vero illius ascendens ad urbem adiit imperatorem, qui iussit Adamantio magistro militum descendere in Palaestinam et occisionem exquirere Stephani. qui veniens eorum quos reperit alios suspendit, alios decollavit, alios vero debilitavit et publicavit. et factus est timor ingens in omnibus Orientalibus partibus.

Tricesimo imperii Iustiniani anno Pelagius Romanorum p. 357 6

*) commanentes] Ruffinus in praefatione libri 2 de vitis Patrum: commanent autem per eremum dispersi. Fabr.

Digitized by Google

gerit epicopatum. quo anno mortuus est Timotheus exarchus monasteriorum et hegumenus monasterii Dalmati, et factus est pro eo Anthimus, inclausus eiusdem monasterii. et apparuit ignis in caelo, quasi species lanceae, a septentrione usque ad occidentem.

Mundi anno 6050, divinae incarnationis anno 550, tricesimo primo imperii Iustiniani anno, factus terrae motus
p. 358 14 horribilis valde, qualem nullus hominum memorabat in generatione illa super terram effectum: concutiebatur enim terra nocte ac die post decem misericordias dei. at vero imperator non portavit coronam per quadraginta dies, sed et sancta Christi nativitate absque illa processit in ecclesia, ita ut etiam prandia, quae ex more fiunt in novem et decem accubitibus, cessare faceret, et horum expensas egenis tribue-
p. 359 4 ret. eodem anno ingressa est gens Byzantium inopinata, eorum qui dicuntur Avares; et tota civitas concurrit ad visionem eorum, tanquam qui nunquam viderint gentem huiusmodi: habebant enim comas retortas, prolixas valde, vinctas prandiis *) atque perplexas; reliquus vero vestitus eorum similis erat ceterorum Hunnorum. isti fugientes a regione sua venerunt in partes Scythiae et Mysiae, et direxerunt ad Iustinianum legatos petentes ut reciperentur.

Mundi anno 6051, divinae incarnationis 551, tricesimo secundo imperii Iustiniani anno aedificatus est trullus magnae ecclesiae Constantinopoli, exaltatus plus viginti pedibus in superioribus supra aedificium quod antea fuerat.

p. 362 14 Tricesimo tertio imperii sui anno coepit imperator aedificare pontem Agoreos fluminis, et convertens eundem amnem in alium alveum volvit arcus mirabiles quinque, et fecit eum meabilem, cum antea ligneus fuerit.

Tricesimo quarto imperii Iustiniani anno diffamatum **)

*) prandiis] Hist. Misc. prandeis. Promotus ms in Grammatica: prandeum dicitur quaedam zona, quod in vita B. Alexii reperies. Item: facitergium, togilla, mappa, mappulla, gausape, ovarium, mensale, manutergium, prandeum, manumundium, manupiarium. Anonymus in vita S. Gregorii: particulas brandei (sic legitur) repererunt. quod videntes legati vehementer irati sunt, dicentes dominos suos pulcherrimis palliis abundare, ac per hoc Romanorum vilibus prandeis non egere. Sangallensis l. 2 de gestis Caroli M.: cumque tenuissimas illas pelliculas vel tenuiores brandeas extrahere coepissent. Flodoardus hist. Rem. 1 20: corpus eiusdem rubeo constat brandeo indutum. Fabr.

**) diffamiatum est] Glossae: διαφημίζω diffamo, devulgo, pervulgo. utitur Apuleius. B. Augustinus de Civ. Dei 3 10: tam grandi

Digitized by Google

est apud Constantinopolim quod mortuus esset imperator: venerat enim a Thrace, et neminem videbat. ergo plebes rapuere panes subito ex locis in quibus fiebant et vendebantur; et circa horam tertiam non inveniebatur panis in tota urbe. clausa quoque sunt ergasteria, et susurrabat palatium, quia nemo ex senatu videbat imperatorem eo quod dolorem capitis pateretur, et ex hoc crediderunt quod defunctus esset imperator. interea circa horam nonam fecit senatus consilium, et miserunt praefectum, et fecerunt lumina in tota urbe, quoniam sanus factus est imperator, et hoc modo erepta est civitas a turbatione. postquam autem sanus effectus est imperator, Eugenius, qui fuerat praefectus, detraxit Georgio et Aetherio curatoribus, quasi voluissent Theodorum facere imperatorem, filium Petri magistri. cumque fuisset causa diligenter inquisita et nullatenus comprobata, in iram cecidit imperatoris Eugenius, et domus eius publico est fisco collata. verum ille ad ecclesiam fugiens salvatus est. facta est autem p. 364 3
mortalitas vasta in Cilicia et Anazarbo et Antiochia magna, necnon et terrae motus; et congressi sunt adversus alterutrum orthodoxi et Severiani, et multa homicidia facta sunt; et misso imperator Zimarcho comite Orientis inhibuit inordinatos, et multos in exilium misit et publicavit ac membris debilitavit.

Mundi anno 6054, divinae incarnationis anno 554, tricesimo quinto imperii Iustiniani anno capta est Hobes civi- p. 366 7
tas ab Hunnis; et misit imperator Marcellum magistrum militum cum exercitu multo, ut eriperet civitatem.

Tricesimo sexto imperii Iustiniani anno tropaea vene- p. 367 6
runt a Roma Narsis patricii, significantia comprehendisse illum urbes munitas Gothorum duas, Veronam scilicet et Brixiam. vicesima vero quinta die Novembris mensis sero insidias meditati sunt quidam, ut occiderent imperatorem. erant autem Ablabius et Marcellus pecuniarum venditor et Sergius. meditatio autem eorum erat huiusmodi: cum sederit in triclinio sero, priusquam discedendi licentia detur, occidant eum, habentes homines suos sibi cooperantes Indos, absconditos in Silentiario et in Archangelo et in Curru, ut cum facta fuerit machinatio, turbationem faciant. porro idem Ablabius etiam aurum accepit a Marcello argenti ven- p. 368
ditore, libras quingentas, ut sibi cooperaretur. sed deo volente fisus est Ablabius Eusebio exconsuli, qui erat comes

gloria diffamari. Anastasius bibliothec. in epistola ad Martinum episc. Narn.: potui ei scribere ac innotescere omnia quae de ipso diffamabantur. FABR.

Digitized by Google

foederatorum, et Ioanni logothetae, dicens quia hodie vesperi
volumus imperatorem aggredi. qui cum hoc nuntiassent im-
peratori, tenuit eos, et invenit illos ferentes absconditos gla-
dios. et Marcellus quidem argenti venditor, spe frustratus,
et exempto gladio quem portabat, dedit sibi tres ictus in
triclinio comprehensus, et moritur. Sergius autem fugit ad
Blachernas, quo educto ab ecclesia, et interrogato, persuasum
est ei confiteri quod et Isacius argenti venditor et Belisarius
gloriosissimus patricius conscius huiusmodi fuerit machinamenti,
et Victus pecuniarum venditor et Paulus curator eiusdem Be-
lisarii consilium scierint. qui comprehensi et traditi Procopio
praefecto confessi sunt, et dixerunt de Belisario, qui mox
factus est imperatoris sub ira. multi vero et fuga usi sunt.
interea quinta die mensis Decembrii fecit imperator silen-
p. 369 tium, adducens et patriarcham Eutychium, et iubens eorum
recitari confessiones. quo audito Belisarius ingenti est mae-
rore gravatus, et mittens imperator comprehendit omnes ho-
mines eius, et ipsum domi sedere praecepit custodiendum.
interea mense Decembrio, vicesima die, facta sunt encaenia
Constantinopoli magnae ecclesiae secundo. porro vigiliae
eorundem encaeniorum factae sunt apud S. Platonem, et
exivit inde patriarcha Constantinopoleos Eutychius cum le-
tania praesente imperatore, sedens in eodem vehiculo et por-
tans apostolicum habitum et tenens sanctum evangelium,
cunctis psallentibus "tollite portas." eodem mense captae
sunt quaedam partes Africae a Mauritanis insurgentibus ad-
versus Africam ita. Cutzinas nomine quidam ex ipsa gente
exarchus Mauritanorum habebat consuetudinem accipiendi
a principe Africae, qui per tempus erat, certam quantita-
tem auri. cum autem venisset ut acciperet illud, Ioannes
princeps Africae occidit eum. porro insurrexerunt filii Cu-
tzinae vindicantes paternum acceptum, et erecti contra illam
p. 370 ceperunt eius partes aliquas depraedantes. imperator itaque
hoc agnito misit in auxilium Africae Marcianum magistrum
militum, nepotem suum, cum exercitu ad pacificandos Mau-
ros; et confluxerunt ad eum, sicque pace potita est Africa.
eodem anno imperator quibusdam turbationes Constantino-
poli concitantibus, pollices abscidit eorum duntaxat qui cum
gladiis pugnaverunt. nonadecima vero die Martii mensis ad-
missus est Belisarius patricius receptis omnibus dignitatibus
suis. eodem anno venerunt legati Ascelti regis Ermechiono-
rum, qui positus est intra barbarorum gentem iuxta Ocea-
num, Constantinopolim.

p. 371 Mundi anno 6056, divinae incarnationis anno 556, Iustinia-
nus imperii sui tricesimo septimo anno perrexit causa orationis

Digitized by Google

ad Myriangelos, id est Germias, urbem Galatiae. Novembrio vero mense introivit Byzantium Arethas patricius et princeps tribus Saracenorum, debita deferre imperatori filiorum suorum debiti gratiam, ut scilicet post obitum suum tenerent principatum tribus suae.

Tricesimo octavo imperii Iustiniani anno Eutychius pa- p. 372 2
triarcha Constantinopolitanus depositus est et in exilium missus a Iustiniano in Amasiam; et factus est pro eo Ioannes ex scholasticis, cum esset apocrisiarius Antiochiae magnae et presbyter eiusdem ecclesiae. eodem anno Iustinianus imperator de corruptibili et incorruptibili dogma commovens, edicto ubique alieno a pietate transmisso, deo praeoccupante defunctus est, cum imperasset triginta octo annis, mensibus septem et diebus tredecim, et efficitur huius successor Iustinus curopalates. eodem anno Theodosiani et Gaianitae apud Alexandriam aedificare coeperunt conciliabula, et praevalentes Gaianitae episcopum sibi consecraverunt Helpidium archidiaconum suum; quem imperator vinctum venire praecepit. cumque veniret per Segrin, mortuus est. porro Theodosiani Dorotheum occulte noctu episcopum sibi ordinaverunt, et in unum convenientes tam Gaianitae quam Theodosiani communem episcopum sibi inthronizaverunt. cuiusdam autem abbatis barbam pelle et carne decoriaverunt. taliter haereticorum dementia gerere consuevit, adeo ut ea quae paganorum sunt multoties operentur.

Mundi anno 6058, divinae incarnationis anno 558, Io- p. 373 3
annes Romanae praeest ecclesiae, Iustinus imperat, nepos Iustiniani, coronatus a Ioanne patriarcha. erat autem natione Thrax, magnanimus atque ad omnia prosper. habebat autem et uxorem Sophiam nomine, quam et coronavit Augustam. cum autem esset pius, adornavit ecclesias quas Iustinianus aedificaverat, tam videlicet magnam ecclesiam et sanctos apostolos quam alias ecclesias et monasteria, donans eis thesauros et omnem reditum; eratque orthodoxus valde, et misit Photinum monachum, privignum Belisarii patricii, dans ei potestatem contra omnem personam, et causam pacificandi ecclesias universas Aegypti et Alexandriae.

Secundo anno imperii Iustini Aetherius et Audius, ac medicus qui cum ipsis erat, insidiati sunt eidem imperatori Iustino; qui cogniti interfecti sunt gladio. eodem anno Agatho monachus, frater Apollinarii episcopi Alexandrini, veniens Alexandriam sermones habiturus, et Eustochium monachum, qui magnus erat et oeconomus Alexandriae, custodiae mancipavit, qui per tectum fugiens venit Byzantium, Macario

tunc factione pulso ecclesia, et consecratus est Eustochius pro Macario episcopus Hierosolymis.

p. 374 9 Tertio imperii Iustini anno, accersitis Sophia piissima Augusta pecuniarum venditoribus et notariis, iussit deferri cautiones debitorum et breves, quibus lectis accepit breves, et praebuit eos debitoribus, et reddidit dominis suis, et laudata est super hoc magnopere ab universa civitate. Eustochius autem, ingressus Hierosolymam, non audienda contra Apollinarium et Agathonem et Macarium novae Laurae monachos excitavit, mentiens illos Origenistas. et ideo pulsus est, et iterum restitutus est Macarius in throno suo.

Quarto imperii Iustini anno rursus Macarius Hierosolymis praefertur episcopus, et Alexandriae Ioannes habetur antistes.

p. 376 Quinto imperii Iustini anno, cum magnus Anastasius Antiochenus episcopus reprehendisset in rescriptis synodicorum Ioannem Constantinopolitanum, qui consecraverat Ioannem Alexandrinum, et hoc consecrato pulsus est ab ecclesia sua per indignationem Iustini, et ordinatus est Gregorius monachus et apocrisiarius monasterii Byzantiorum.

Sexto imperii Iustini anno Narses cubicularius et protospatharius dilectus imperatoris construxit domum Narsis et monasterium Catharorum.

p. 377 Septimo imperii Iustini anno Romani ac Persae pacem corruperunt, et iterum Persicum renovatum est bellum eo quod Homeritae Indi legationem ad Romanos miserint, et imperator Iulianum magistrianum cum sacra destinaverit ad Aretham regem Aethiopum per Nilum fluvium ab Alexandria et Indico mari, qui receptus est ab Aretha rege cum gaudio multo, appetente nimirum amicitiam Romanorum imperatoris. enarrabat autem, cum rediisset, idem Iulianus, quod quando receperit eum rex Arethas nudus esset, habens circum cincturam et in lumbis linea vestimenta auro contexta, circa ventrem vero portabat indumenta scissa cum margaritis pretiosis, et in brachiis quinos circulos, et armillas aureas in manibus suis, in capite autem pannum gemmatum, habentem ex utroque ligamento plectas quattuor, et torquem aureum in collo suo, et stabat supra quattuor elephantes, stantes et habentes iugum et rotas quattuor, et superius ut currum excelsum, velatum petalis aureis, ut sunt principum provinciarum currus; et stans super illos ferebat scutum parvissimum deauratum et duas lanceolas aureas, et senatus eius omnis erat cum armis, canentes modulationes musicas.

Digitized by Google

introductus ergo legatus Romanorum cum adorasset, iussus p. 378
est ab eo erigi et duci ad se. cum autem suscepisset imperatoris sacram, osculatus est signaculum, quod habebat pectusculum imperatoris. susceptis autem et donis gavisus est valde. porro cum legisset sacram, invenit ut se contra regem Persarum armaret, et proximam sibi Persarum perderet regionem, et ulterius cum Persis foedera non iniret. protinus ergo collecto exercitu rex Arethas coram legato Romanorum adversus Persas praelium movit, subiectos sibi Saracenos praemittens. profectus autem et ipse ad regionem Persarum, depopulatus est omnia quae in partibus illis erant. tenens autem rex Aretha caput Iuliani, et dans ei pacis osculum, dimisit eum in multa benevolentia multisque muneribus. porro facta est et alia causa, quae turbavit Chosroen. Hunni quippe per illud tempus, quos Turcos dicere consuevimus, legationem dirigunt ad Iustinum, per Alanorum regionem mittentes. hoc timens Chosroes excusationem prae- p. 379
tendebat, rebellionem Armeniorum in se factam per accessum, quo Iustino adhaeserant. sed et profugos repetebat. impendebat enim Romanorum imperator per singulos annos quingentas libras auri, ut castra, quae loco proxima erant, Persae custodirent, ne ingressae gentes utramque rem publicam destruerent, communibusque sumptibus castella muniebantur. at vero Iustinus pacem dissolvit, asserens opprobium esse sub Persis solvere tributa Romanos: propterea locum magnum hoc Persarum Romanorumque reperit bellum. porro Iustinus Marcianum patricium, et cognatum suum praetorem creans Orientis contra Persas direxit.

Mundi anno 6065, divinae incarnationis anno 565, octavo imperii sui anno Iustinus infirmatus est et tristatus adversus Baduarium fratrem suum, et hunc iniuriis laceravit. novissime vero praecepit cubiculariis pugnis caesum educere illum in conspectum concilii senatorum: erat enim comes imperialium stabulorum. quo comperto Sophia tristata est et conquesta imperatori, qui se poenituit, et descendens ad eum in stabulum introivit subito cum praeposito cubiculariorum. p. 380
Baduarius autem viso imperatore fugit a loco in locum, per superiora praesepis, prae timore imperatoris. ast imperator clamabat "adiuro te per deum, frater mi, expecta me." et cum cucurrisset, tenuit eum, et amplexatus deosculatus est illum, dicens "peccavi tibi, frater mi, sed suscipe me ut fratrem tuum primum et imperatorem: ex diabolica enim operatione novi quod factum sit hoc." qui cecidit ad pedes eius, et flens ait "veraciter, domine, potestatem habes. verumtamen in praesentia senatus deformasti servum tuum.

Digitized by Google

modo, domine, his rationem redde," et ostendebat ei equos. at vero imperator rogavit eum secum manducare, et pacificati sunt. eodem vero anno factum est bellum circa Sargathon Romanorum atque Persarum magnum, et vicerunt Romani.

Nono anno imperii Iustini Hormisda rex Persarum Ar-
p. 381 damenum ducem Persarum ordinans misit Romanorum regionem depopulari; qui praeda multa capta reversus est. quo comperto Iustinus, consternatus mole calamitatis, capti sensus languorem incurrit, et pactum facere petit Hormisdae, qui id fieri anno consensit.

Mundi anno 6067, divinae incarnationis anno 567, Iustinus imperator Tiberium comitem excubitorum sibi filium faciens Caesarem appellavit, et consessorem suum constituit tam in Hippodromiis quam in diebus insignibus. erat autem imperator pedibus captus, ac per hoc magis in lectulo iacens.

p. 382 Undecimo imperii sui anno construxit Iustinus magnum aquaeductum Valentis, et largitus est urbi dapsilitatem aquarum.

Duodecimo imperii sui anno Iustinus imperator synagogam Hebraeorum, quae erat Constantinopoli in Chalcopratiis, ablatam ab eis fecit ecclesiam dominae sanctae nostrae dei genitricis; quae magnae proxima est ecclesiae.

Tertiodecimo imperii Iustini anno, Ioanne Constantinopolitano defuncto episcopo, Eutychius recepit iterato thronum eundem. at vero imperator infirmatus, et pauxillum a languore dimissus, advocavit tam pontificem et senatum quam omnes sacerdotes et cives, et adducto Caesare Tiberio palam omnibus appellavit eum imperatorem, his sermonibus usus: "ecce deus, qui benefecit tibi. hunc habitum deus tibi dedit, non ego: honora illum, ut tu quoque honoreris ab ipso. honora matrem tuam, quae aliquando tua domina fuit. nosti quod primum eius servus fueris, nunc autem filius. ne
p. 382 gratuleris in sanguinibus; ne communices in homicidio; ne malum pro malo reddas; ne in malo inimicitiae similis mihi efficiaris. ego enim, ut homo, culpavi: etenim et culpabilis factus sum et recepi secundum peccata mea, sed causam habebo cum his qui hoc mihi fecerunt, ante tribunal Christi. non elevet te hic habitus quemadmodum me. sic attende omnibus sicut tibi. scito quid fueris, et quis modo existas. ne superbias, et non peccabis. nosti quis fuerim et quis factus extiterim et existam. omnes isti filii tui sunt et servi. scis quod prae visceribus meis honoraverim te. hos cum

Digitized by Google

videas, omnes qui sunt rei publicae vides. intende militi tuo. ne milites suscipias, ne dicant tibi quidam quia decessor tuus taliter conversatus est. haec enim dico, a quibus passus sum. qui habent substantias, fruantur eis: his vero qui non habuerint, dona." et facta oratione a patriarcha, cum dixissent omnes amen, cecidit Caesar ad pedes imperatoris, et dixit ei "si vis, sum, si non vis, non sum." et imperator ait "deus, qui fecit caelum et terram, ipse omnia quae di- p.384
cere oblitus sum, in cor tuum immittat." porro cum haec prosequeretur imperator, replebat lacrimis totum collegium. quod cum solutum fuisset, Tiberius dona subditis impertitus est, et quaecunque in imperatoris appellationibus moris existunt.

Mundi anno 6071, divinae incarnationis anno 571, imperare coepit Tiberius redimitus ab Eutychio patriarcha, cum esset et ipse genere Thrax. cumque imperaret, clamabant partes "Anastasia Augusta, tu vincas. salva, domine, quos imperare iussisti." audiens autem Sophia Iustini coniux percussa est animo: volebat namque nubere Tiberio et permanere Augusta: nesciebat enim quod haberet uxorem. quidam autem dicebant quod et in vita Iustini adamicata fuerit ei, et ipsa persuaserit Iustino ut eum Caesarem faceret. verum Tiberius mittens duxit Anastasiam coniugem suam, et coronavit eam Augustam, et iactavit rogam multam.

Secundo imperii Tiberii anno Alexandriae antistes habe- p.385 3
tur ecclesiae Eulogius. misit interea imperator Tiberius ad regem Persarum secundum morem, nuntians promotionem suam; quo pacem non admittente Tiberius magnas virtutes congregavit, et disseminatis regiis thesauris multos fecit exercitus, creans magistrum militum Orientis quendam Iustinianum.

Tertio imperii Tiberii anno rex Persarum sumptis vir- p.386
tutibus suis in Armeniam properat. audiens autem Romanorum dux regem Persarum per semet ipsum praelium initurum, expeditus effectus est. timor enim ingressus est in populum Romanorum, et idcirco Iustinianus ad virtutes sermonibus usus compescuit formidinis pugnam. cum autem bellum fieret et sagittatio Persarum facta multa fuisset, ita ut etiam solares radii celarentur, dum videlicet Romani clipeis iacula, quae ex arcubus mittebantur, continuatis proiicere niterentur. cum autem profunda consisteret Romanorum acies, Persae ferre non poterant, sed in fugam vertitur Babyloniorum caterva, et intereunt multitudines copiosae. accipiunt interea et Persarum suppellectilem et regium tabernaculum totumque clarissimum apparatum. tenent autem et elephantes Romani, et ad Tiberium mittunt insignes et re-

Digitized by Google

gias illas exuvias. itaque legem ponit Persarum rex, confu-
sionem non ferens, nunquam iam Persarum regem in prae-
lium egressurum. at vero Romanus exercitus Persicis adie-
p. 387 cit aerumnis, et ad intima Persidis properavit, et multum
illic excidium et captivitatem patravit, perveniens etiam in
medium Hyrcanii maris. cum autem hiems adesset, non re-
meaverunt Quirites ad propria, sed in Perside hiemem trans-
egerunt. porro eodem anno coepit aedificare Tiberius pu-
blicum Blachernarum, et renovavit multas ecclesias et xeno-
dochia et gerontocomia, iussitque se scribi in phoeniceis
litteris Tiberium Constantinum.

Quarto imperii Tiberii anno mortuus est Eutychius pa-
triarcha, et promotus est post dies sex Ioannes ieiunator,
magnae ecclesiae diaconus. imperator autem Tiberius em-
ptis corporibus gentilium constituit militiam in nomen pro-
prium, amiciens et armans eos in milia quindecim, dans eis
ducem Mauricium comitem foederatorum, et subducem Nar-
sen, et misit eos contra Persas. bello autem facto magno
valide Romani victores efficiuntur, et abstulerunt a Persis
civitates et regiones, quas sub Iustiniano ceperant et Iustino.
abiens autem Mauricius Constantinopolim susceptus est ab
imperatore cum ingenti honore, et publicavit Tiberius victo-
rias Mauricii, et generum hunc admisit ad Constantinam
filiam suam. similiter et Germano praetori iunxit filiam
p. 388 6 suam Charito, utrumque Caesarem creans. mense vero Au-
gusto mora comedens matutina, visu digna sed corrupta,
pthisin incurrit. et cum esset moriturus, accito patriarcha
Ioanne atque senatu una cum militiis, in tribunalium lecti-
ca est deportatus; et quia loqui non poterat, per epana-
gnosticon, quae rebus Romanorum erant utilia, manifesta
populo fecit, et Mauricium generum suum nuntiavit impera-
torem. itaque cum omnes imperatoris laudassent consilium
atque Mauricium imperatorem, conversus Tiberius in lecto
suo diem obiit, cum regnasset annis tribus, mensibus decem,
diebus octo.

Mundi anno 6075, divinae incarnationis anno 575, Mau-
p. 389 6 ricius imperat; eodemque anno legatione funguntur Avares ad
imperatorem Mauricium, qui ante breve tempus Sirmium sub-
egerant, insignem civitatem Europae, postulantes octuaginta
milibus auri, quae accipiebant per annos, a Romanis alia su-
peraddi viginti: imperator autem pacem affectans hoc ad-
misit. petivit autem ad videndum sibi et elephantem, animal
Indicum, mitti; cui imperator maiorem omnibus misit; quem
ille visum remisit ad imperatorem. similiter et lectum au-
reum sibi mitti petiit; sed et hoc imperator misit ad eum:

Digitized by Google

ipse vero et hunc contemptum remisit. postulabat autem
iterum alia viginti milia centum addi. quod imperatore non
admittente, chaganus Siggidonem civitatem subvertit et multas
alias urbes cepit, Illyrico subiacentes. at vero imperator Hel- p. 390 2
pidium patricium cum Comentiolo legatos ad chaganum trans-
misit. at vero barbarus in sponsionibus pactorum agere se
pacem professus est. in Oriente vero Ioannem Mystaconem
praetorem Armeniae fecit, qui veniens ad Nymphium amnem,
ubi Tigri misceri dignoscitur, bello congreditur cum Carda-
riga Persarum praetore, et praevalent Romani adversus bar-
baros. Cardarigas vero non est proprium nomen, sed digni-
tas maxima apud Persas.

Secundo imperii sui anno consul Mauricius appellatur,
et multos thesauros urbi donavit; provehit autem Philippi-
cum praetorem Orientis, cui et Gordiam sororem suam in
coniugium tradidit. at vero Philippicus Persicas arripiens
partes appropinquavit Nisibi, et repente in Persidem ingres- p. 391
sus multam praedam sumpsit, quam per montes salvam du-
cens in Medorum regionem transtulit, et multis illic villis
exterminatis ad Romana rura reversus est. porro chaganus
Avarum pacem solvere festinabat: nam Sclavinorum gentes
contra Thracem armavit, quae pervenerunt usque ad lon-
gos muros, multum facientes excidium. ast imperator palatii
eductis militiis et plebibus e civitate longos muros custodiri
praecepit, et Comentiolum ducem ordinans et armans con-
tra barbaros misit, qui insperate in barbaros ruens copiosas
multitudines interfecit, hosque pepulit. cum autem perve-
nisset Hadrianopolim, occurrit Andragasto multitudines Scla-
vinorum cum praeda ducenti, et in hunc irruens et captivi-
tatem eripuit et victoria magna indutus est.

Tertio imperii Mauricii anno Philippicus sumptis exer- p. 392
citibus ad Persicam regionem profectus est, et capta Arxe-
nene magnam praedam obtinuit, et formidinem operatus est
Persicis exercitibus. interea Constantinopolim languens re-
meat, militesque sine laesione ad propria repedarunt.

Quarto imperii Mauricii anno Philippicus egressus a
regia urbe, hostium sumpto apparatu ad civitatem Amidam
properat, et collectis armatis percunctabatur eos si in prom-
ptu haberent properandi ad bellum. ast Romanis iuramen-
tis credulum eum reddentibus se alacriter bellaturos, venit
ad Anazarbon: at vero Cardarigas hoc comperto risui au-
ditionem mandabat, somnium esse quod dicebatur opinans,
accersitisque magis interrogabat quis erit victoriae dominus.
ast daemonum placatores Persas astruebant a diis victoriam p. 393

Digitized by Google

allaturos. exultant igitur super his Persae magorum laeti
promissionibus facti, et patrant continuo ligneos compedes
ex ligno et ferro, quibus Romanos compeditos vinciant.
praetor autem commovet Romanos, ne agrorum labores ex-
terminent, ne iustitia dei, quae malum odit, victoriam ad
barbaros transferat. postera ergo die praetor dirigit duos
phylarchos Saracenorum, et capiunt Persas viventes, per
quos motus adversariorum didicerunt, quia asseruerunt do-
minico die velle barbaros in Romanos irruere. porro Phi-
lippicus diluculo vale dicens Romanis, tribus phalangibus oc-
currit ad praelium, ipseque assumpta dei virili forma, quam
achiropoieton Romani praedicant, discurrens per acies arma-
tis divinam impartiebatur virtutem, et stans post aciem, haec
retinens arma, lacrimis multis deum placabat, qui caelestium
ordinum principes auxiliatores assumpsit. cum autem bel-
lum ageretur, Vitalianus princeps aciei omnibus audacius
p. 394 motus phalangem Persarum disrupit et sarcinam tulit. Ro-
mani autem circa spolia coeperunt vacare, quos accipiens
Philippicus, ne ad exuvias etiam reliqui reversi praelii obli-
viscerentur conversique barbari perderent eos, Theodoro
Ilibino galea sua imposita, misit gladio percutere eos qui va-
cabant circa exuvias; quem videntes et existimantes esse Phi-
lippicum, dimissis spoliis properarunt ad bellum. cum autem
bellum multas per horas ageretur, vox fit a praetore Persa-
rum equos percutere lanceis; quo facto in fugam versus est
Persarum exercitus, et triumpho ingenti Romani potiti mul-
tos ex eis peremerunt et spoliaverunt. postera vero die
sumptis virtutibus suis Cardarigas rursus ad bellum armatur,
et secundo praelio gesto denuo vincunt Romani, et occidun-
tur Persae multi. comprehenduntur etiam vivi duo milia,
Byzantiumque mittuntur; aufugit quoque Cardarigas, quem
Persae cum iniuriis respuunt. porro Philippicus Heraclium,
p. 395 Heraclii imperatoris patrem, sub praetorem ad explorationem
barbarorum transmisit, sumptisque militiis Babyloniam adiit,
et Chlomarorum castellum obsidet. at vero Cardarigas eli-
git milites idiotas cum subiugalibus *), et turba collecta ex-
ercitum se movere iactabat, et per munita loca obscura
nocte in dorsa Romanorum efficiuntur, nequaquam fidentes
se manus in eos missuros. timore autem importuno cadente
in Philippicum fuga irrationabili usus est. quo comperto
Romani in fugam convertebantur per loca ad meandum dif-

*) subiugalibus] Glossae: ὑποζύγιον subiugium. Onomasticon: sub-
iugalis ὑποζύγιος. subiugalis bestia Prudentio in agone Romani.
Fabr.

Digitized by Google

ficilia, multa incurrentes pericula. cumque sol ortus fuisset, a calamitate liberabantur, nemine persequente, et pervenientes ad praetorem hunc iniuriis pessimis blasphemabant. verum Persae fictam existimantes fugam persequi ausi non sunt. porro Heraclius transmeans Tigrim, quaecunque Medicae regionis erant insignia praedia, igni tradebat, et sic ad Philippicum rediit cum spoliis multis.

Mundi anno 6079, divinae incarnationis anno 579, quinto
imperii Mauricii anno Avarum chaganus foedere dissoluto p. 396
Mysiam et Scythiam atrociter expugnabat, subvertens Ratiarnam et Bononiam et Aquis et Dorostolum et Zandapa et Marcianopolim. Comentiolus vero ad maritima venit, et separato exercitu improbabiles discrevit ab optimis, et inutilis quidem virtutis quadraginta milia custodire vallum iubet, electorum autem sex milia sumens, duo milia ex his tradit Casto et duo Martino, et ipse duobus sumptis contra barbaros properat. Castus autem veniens Zandapa et Emon, repertis barbaris in desidia constitutis, multos ex eis disperdit, praedamque multam obtinens armigero ad salvandum tradebat. Martinus autem circa Mean civitatem effectus, et in chaganum ex insperato incurrens, multos virtutis eius extinxit, ita ut ille salutem suam fuga mercatus sit. Martinus vero victoria gloriosa percepta ad praetorem revertebatur, ubi se promiserat eos expectaturum. Comentiolus autem formidine pressus Marcianopolim rediit; qui non invenientes eum collegerunt exercitus suos, et per artum locum Aemi castra
movent. at vero Martinus videns chaganum transeuntem p. 397
fluvium ad praetorem rediit. Castus autem transito flumine appropinquans his qui praecurrerant, Avarum obtinet pugnam. porro vani cuiusdam daemonis repromissionibus deceptus non rediit ad praetorem. posteraque die tenens transitus chaganus conclusit eum. scinditur igitur populus, et unusquisque, ut vires habebat, per nemora fugiebat. capiuntur itaque quidam a barbaris, et indicant ubi latitabat Castus; et hoc capto exultabant et laetabantur. chaganus sane per meridiem iter agens contra Thracem properat, Longosque muros accepit. at Commentiolus, qui in silvis Aemi latitabat, cum Martino exivit, et perveniens ad chaganum imparatum invenit eo quod Avarum multitudo diffusa esset per Thracem; et prima vigilia noctis properat adversus illum, essetque profecto a se opus ingens patratum, nisi eventus quidam falleret eius conatum. uno quippe animante onus subvertente, quidam domino animantis acclamat onus
erigere, patria voce dicens "torna, torna, frater." et domi- p. 398
nus quidem mulae vocem minime sentiebat: sed populi hoc

audito hostes imminere sibi existimantes in fugam conversi sunt, "torna, torna" maximis vocibus exclamantes. chaganus autem ingentem formidinem indutus penitus fugiebat, et videbantur barbari et Romani invicem fugere, nemine persequente. praeterea chaganus sumptis virtutibus Apiriam civitatem obsedit, inventumque Busan urbis manganarium interficere nitebatur, qui pecunias rogabat ei multas praebere, si vitam sibi donaret. ille vero hunc ligatum urbi praesentavit. at ipse quaerebat habitantes urbem ut emeretur, narrans quam saepe pro civitate certaverit. civis quidam multitudinibus persuasit hoc minime faciendum. quia ergo parvi pensus est Busa, repromittit chagano se tradere civitatem, et exterminatorio instrumento facto, quod arietem nominant, civitatem adeptus est; ducentes quod barbari argumentosum ingenium *), et alias plures urbes in servitutem redegerunt,
p. 399 et cum multa captivitate reversi sunt. audientes autem Byzantii quod Castus a barbaris captivus effectus sit, magnis conviciis contra Mauricium utebantur, et hunc in manifesto blasphemiis appetebant.

Per idem quoque tempus Heraclius Heraclii pater Persicum aggressus est castrum, quod et cepit. similiter et Theodorus castrum Mazarorum, amboque Bavides veniunt. et cum castrum munitissimum esset, miles quidam Saphires nomine, stimulos est operatus, et contra compagines lapidum hos figens per eos aditum fecit. cum autem fortis ille ascendisset muri coronam, vir Persa hunc expulsit. cadit ergo Saphires deorsum, et suscipiunt eum in scutis suis Romani. et rursus opus audenter arripit, et denuo a firmitate repellitur. iterumque Romani hunc scutis suscipiunt, et tertio ad machinamentum conatus est. cumque ad muri caput pervenisset, Persam excidit, deinde caput eius Romanis praebens hos fiducia magna replevit; multisque imitantibus virum fortem, et per palos ascendentibus murum, Romanis traditur
p. 400 castrum. et alios quidem Persarum occiderunt, alios vero captivos duxerunt una cum supellectili, igni prodito castro. interea Philippicus rursus Byzantium iter egit, Heraclio Romanorum duce relicto. veniens autem Tarsum, et dicens quod imperator Priscum Orientis praetorem creatum direxerit, scribit Heraclio dimisso exercitu in Armeniam venire ad

*) ingenium] Gallis *engin*, machina bellica. Matth. Paris. ut ingenium adhiberetur ad turrim. sic Papias in vocabulario argumentum ingenium interpretatur. vide Elmenhorstium ad Apul. Met. l. 5 p. 207. Glossae Dosithei: argumentum, argute inventum. FABR.

Digitized by Google

Narsen et Prisci eius praesentiam facere manifestam. imperator enim Philippico iusserat quarta rogae parte privare militiam. Philippicus autem timens ne occasio tyrannidis fieret, super hoc imperatori non paruit, ideoque a praetura deponitur. Priscus autem perveniens Antiochiam praecepit milites apud Monocartum colligi. advocat autem et Germanum, cui Hedessenorum principatus creditus erat, una cum episcopo, et una cum eis ad exercitum ibat, solemnitatem paschae cum illis facturus. at vero duces exercitus obviam venerunt ei cum bandis, duobus signis procul ab exercitu. ast Priscus secundum morem non descendit ab equo, nec consuetis salutationibus usus est. hinc ergo et odii exordium factum p. 401
est: in communibus namque iniuriis multitudines severius patiuntur. post festum autem diem demonstrabantur tetrice imperatoris litterae. confluunt itaque multitudines ad praetoris fixuram tabernaculi, aliis quidem gladios portantibus, aliis vero lapides vel ligna iactantibus. fit igitur pavidus Priscus, et ascendens equum fuga evasit periculum. illi vero scindentes fixum huius tabernaculum, omnia quae ipsius erant diripuerunt. ast ille Constantiam perveniens a medicis de percussionibus lapidum et vulneribus curabatur, et mittit episcopum civitatis rationem faciens ac pollicens exercitui se suasurum imperatori, ne illos privet aliqua conferendarum consuetudinum *). ast exercitus episcopum cum iniuriis respuerunt, et Germanum invitum praetorem pronuntiaverunt super scutum elatum, imperatoriamque statuam subverterunt, et huius imagines demoliti sunt. et in tyrannidem prorumperent et urbes dispoliarent, nisi Germanus id agere multa commonitione et exhortatione vetuisset. Priscus autem haec imperatori manifesta fecit, et imperator Philippicum denuo praetorem Orientis constituit. Priscus vero Byzantium re- p. 402
diit. porro exercitus iuramentis se affirmabat a Mauricio nullatenus imperari. barbari sane Romanis calamitatibus delectabantur. verum imperator Aristobolum, curatorem imperialium domorum, ad exercitum misit, quatinus iuramentis et donis tyrannidem solveret; quod et fecit. tyrannide vero destructa fit Persarum atque Romanorum circa Martyropolim maximum bellum. Romanis vero potentia et ducum virtute expugnantibus Persas, interficitur Maruzas Persarum praetor. comprehenduntur etiam viventium ex his tria milia, et Persicorum principes agminum mille tantum reversi sunt in Persidem. porro Romani transmittunt ad

*) consuetudinum] consuetudo praestatio, παροχή. Glossae: salarium συνήθεια. v. Hist. Trip. l. 6 c. 7 et l. 7 c. 3. Fabr.

Digitized by Google

imperatorem ex Persicis exuviis multa et captos universos una cum bandis.

Mundi anno 6080, divinae incarnationis anno 580, mense
p. 403 Septembrio, indictione sexta, Langobardi bellum adversus Romanos intulerunt, et Maurusiorum gentes adversus Africam magnas perturbationes perpetraverunt. in Perside autem carcer est qui dicitur Lethe, et multos Persarum rex a diversis gentibus in hoc inclusit una cum captivis civitatis Darae. isti ergo desperati insurgunt contra eos qui se custodiebant, et occiso Marusa caput eius Byzantium attulerunt. ast imperator cum gaudio magno illos suscepit. Philippicum autem vix praetorem recepit exercitus. cum autem Persarum Romanorumque bellum Martyropoli fieret, superantur Romani. imperator autem a praetura Philippico rursus amoto, Commentiolum praetorem Orientis direxit. Heraclius autem prosperatus in bello peremit Persarum praetorem. Aphrahato vero interempto fugiunt Persae et insequuntur Romani. cum autem multum fuisset in eis excidium factum, comprehendunt etiam custodiam et multas exuvias Byzantium
p. 404 mittunt. denique imperator equestribus speculationibus et commerciis urbem splendidam reddidit. Hormisda Persarum rex praetorem Baram promotum una cum potentatibus multis contra Suaniam mittit. ex insperato autem huic instans ad Araxem flumen castra commovet, siquidem expugnatis Turcis a Persis adeo Hormisda crevit ut etiam tributa quadraginta milia auri a Turcis acciperet, cum prius ipse aequalia Turcis persolveret. verum Mauricius hoc comperto Romanum provehit praetorem, et in Suaniam cum potentatu transmittit. cumque pervenisset Romanus Lazicem et ad Phasim fluvium accessisset, in Albaniam exercitum movit. Baram autem audiens Romanum profectum rem deridebat. cupiebat etiam Romanorum aciem manu capere: non enim adhuc adversus Romanos bellum inierat. at vero Romanus Romanam multitudinem separavit, non probatis penes sarcinas derelictis. decem milia etiam secum accipiens adversus barbaros pro-
p. 405 perabat, et duo milia praecedere iubet exercitum. qui venientes obviam his qui praecesserant, Persas hos in terga vertunt, et omnes interimunt: facta quippe fuga et praecipitio sibi obstante conclusi omnes interierunt. ast Romani usque ad barbarorum vallum venerunt, ita ut Baram super hoc obstupesceret. quod audiens Romanus animare coepit exercitum, et praeliaturi parantur. in campo Albaniae. Baram autem nitebatur bellum furari, frustratus tamen consilio est: surrexit enim Romanus, et comptissime parabatur. cum autem invicem conflictus agitaretur et multi barbarorum occisi

Digitized by Google

fuissent, fit maxima Romanis victoria. dispoliantur igitur barbari, et sepultura carentes efficiuntur bestiis esca. hoc audito Hormisdas Persarum rex, confusionem non ferens, muliebrem vestem Baram transmisit, et hunc praetura privavit. parat e contra rebellionem Baram, progreditur in tyrannidem, et reciprocis iniuriis per litteras Hormisdam lacessit, superscribens epistolae ita "Hormisdae filiae Chosroae Baram haec mittit." collectis vero militiis asserebat Hormisdam indignatum adversus militias, utpote quae a Romanis fuerant p. 406
superatae. ostendebat autem et fictas litteras quasi ab Hormisda missas ad minuendas militum rogas, ad memoriam eis reducens atrocitatem Hormisdae, seu crudelitatem avaritiam et violentiam, et qualiter homicidiis delectatus et a pace alienus esset, qualiterque optimates vinculis dediderit, quorum alios quidem gladio reciderit, alios autem necaverit Tigride, et qualiter cogebat Persas in magnis praeliis separari, quo disperderentur et non contra illum tumultuarentur. talibus ergo verbis Baram militiam affatus tyrannidem maximam adversus Hormisdam succendit, et iuramentis Baram munientes dogmatizant omnes se depositaros Hormisdam. Hormisdas autem Ferochanen magistrum suum armatum cum virtute destinat adversus Baram. Baram vero significavit Ferochani seu militiis quia non convenit arma Persas adversus Persas efferre, et ad memoriam eis reducebat Hormisdae asperitatem, iniustitiam, in sanguinibus gaudium, in homicidiis amorem, infidelitatem, iactantiam et violentiam. haec sentientes veraciter ab eo dicta fuisse populi qui circa Ferochanen erant ad p. 407
Baram sese conferunt, et Ferochanen occidentes se Baram uniunt, et contra Ctisiphontem impetu abeunt. Hormisdas autem habebat Bindohen, magnae dignitatis virum, in vinculis: itaque cum in magna fluctuatione negotia degerent, Bestan Bindohi frater, in custodiam insiliens, eduxit Bindohen fratrem suum, et congregata multitudine rustica seu civili, tertia hora diei regalia intrant, et invento Hormisda super solium regio more sedente multis hunc iniuriis subdunt. Indues autem tenens Hormisdam abstulit diademà a capite eius, et hunc in carcerem tradiderunt, rogabatque Chosroen patrio solio tribui. praeterea Hormisdas e custodia nuntium misit, Persis petens loqui, Persidi quae expedirent. in crastinum igitur collectus senatus Persarum in regalibus una cum multitudine vinctum Hormisdam ducunt. ast Hormisdas commonebat Persas quod non oporteat huiuscemodi in reges committere, et quanta ex quo regnaverit tropaea fecerit, p. 408
et in quibus erga Persas bona patraverit, et qualiter Turcos Persidi tributa solvere Romanosque pacem amare coëgerit,

Digitized by Google

qualiterque Martyropolim ceperit; quin et paterna beneficia enarravit. rogabat autem et Chosroen a regno deponi ut litis amicum et ambitiosum et sanguinis amatorem superbumque ac iniuriosum et praeliis inhiantem: esse autem sibi alterum filium perhibebat, quem in regem provehi flagitabat. Bindohes vero ad Hormisdam respondebat, et huius excessus in medium proponens omnes erexit contra Hormisdam. et ducunt in medium uxorem eius et filium, et serrae sectione hos partiti sunt coram Hormisdae visibus, Hormisdamque oculis privantes in carcerem posuerunt. et Chosroes quidem aliquandiu patrem benigne tractabat, in custodia illi omnem tribuens escam. ast Hormisdas hunc iniuriis e diverso lacerabat, conculcans ea quae mittebantur a rege. unde Chosroes iratus fustibus hunc silvestribus iussit per ilia caesum obire. quod factum et
p. 409 Persas tristes reddidit et contra Chosroen odium auxit. Chosroes vero congregatis virtutibus regnorum egressus contra Baram pervenit in campum Zaba fluminis, ubi Baram vallum habebat. suspicatus autem Chosroes quod aliqui principum adiacerent Baram, hos occidit. cum vero populus turbaretur, fugam iniit Chosroes cum paucis quibusdam, et omnes qui erant cum Chosroe ad Baram accesserunt. at vero Chosroes haesitabat quidnam agere debuisset. nonnullis sane consilium dantibus sibi ad Turcos secedere, nonnulli autem ad Romanos, Chosroes equum ascendens freno laxato equi motus sequi omnibus iubet. at vero equus ad Romanas partes motus suos direxit, et apud Certensium invenitur, et legatos mittit, adventum suum Romanis faciens manifestum. contigit autem ut Probus patricius, qui illic erat, hunc susciperet, et de eo imperatori per litteras indicaret. Baram autem misit legatos ad Mauricium petens ne auxiliaretur Chosroi. porro iubet imperator Mauricius Commentiolo praetori apud Hierapolim Chosroen suscipere et imperialibus obsequiis honorare.

p. 410 Eodem vero anno demonstravit imperator Mauricius in memoriam dei genitricis letanias in Blachernis fieri et laudes dicere dominae nostrae, nominans eam panegyrim.

Mundi anno 6081, divinae incarnationis anno 581, Mauricius filium sibi Chosroen regem Persarum faciens, Dometianum episcopum Melitenensem ad eum direxit, cognatum suum, una cum Narse, cui ducatum belli commisit; qui pervenientes ad Chosroen omnes Romanos potentatus in Persidem introducunt. Baram autem hoc agnito, sumptis virtutibus suis, in loco qui Alexandrines nominabatur castra metatus est, prohibere ratus militias ab Armenia venientes, ne

Digitized by Google

Narsi unirentur: iusserat enim Mauricius Ioanni Mustaconi, magistro militum Armeniae, accipere militias et se Narsi unire pariter contra Baram bellum constituendi. per noctem autem et unitae sunt Romanae virtutes et contra Baram aciem direxerunt. porro Baram in monte castra metatus est, pavore detentus. cumque bellum gereretur horribile, Narses Indicis bestiis parvipensis mediam barbarorum dissolvit phalangem; et hoc facto ceterae quoque Baram in- p. 411
firmatae sunt phalanges, et fit magna fuga tyranni. Narses vero sine ulla retentione persequens Persas caede sternebat, et sex milia ex his capta vincta ad Chosroen adduxit. ast Chosroes omnes mucrone peremit. quotquot autem Turci erant, hos ad imperatorem Byzantium misit. sane cum Turci cruces haberent in frontes exaratas, interrogabantur ab imperatore quonam modo signum hoc in fronte portarent. at vero Turci asserebant ante multos annos pestilentiam in Turcia factam, et quosdam Christianorum hoc adinvenisse, et hinc salus in patria facta est. porro exercitus Romanorum tabernaculum Baram et suppellectilem accipientes cum elephantibus attulerunt Chosroi. Baram autem ad interiores partes Persidis fugam fecit, et sic eorum dissolvitur bellum. itaque Chosroes magna victoria circumdatus solium suum recepit. verum Narses rediturus ad propria Chosroi dicebat "memor sis, Chosroes, praesentis diei: Romani tibi regnum donant." at ille fraudulentam occisionem metuens, petiit a p. 412
Mauricio mille Romanos in custodiam sui habendos. porro Mauricius cum dilectionem haberet erga barbarum multam, postulationem eius complevit, sicque Persicum Romanorumque bellum cessavit.

Mundi anno 6082, divinae incarnationis anno 582, coronatus est solemnitate paschali Theodosius filius Mauricii a Ioanne patriarcha Constantinopolitano.

Eodem quoque anno imperator Mauricius ecclesiam sanctorum quadraginta martyrum, quam coepit aedificare Tiberius, consummavit. interea cum profunda Orientem pax occupasset, bellum circa Europam Avaricum incumbebat, ideoque imperator potentatus ab Oriente in Thracem traduxit.

Anno imperii sui nono, cum ver inciperet et agmina pervenissent ad Thracem, exivit cum eis Mauricius videre quae a barbaris essent eversa. Augusta vero et patriarcha p. 413
et senatus rogabant imperatorem ne per semet ipsum bellum iniret, sed potius id praetori cummitteret. ast imperator non acquievit. exeunte autem eo ad Septimum solis ecli-

Digitized by Google

psis facta est; cumque apud Rheginum esset, pauperum multitudines pecuniis animavit. cum autem venatum pergeret, sus silvestris valde grandis impetum contra Caesarem fecit. equus vero ob terrorem miraculi eiicere Caesarem nitebatur. diutius ergo tumultuatus Caesarem iactare nequivit. itaque sus a nemine accipiens letum abscessit. in Perinthum praeterea navigio iter faciens, ventis vehementibus et pluvia facta nautisque desperantibus scapha imperatoris asportabatur, ita ut inopinate salvus ad locum, qui dicitur Daonium, vix veniret. nocte vero illa muliercula pariebat et voces miserabiles emittebat; cumque mane factum fuisset, misit imperator videre quid esset quod acciderat. et invenerunt puerum natum, oculorum et palpebrarum exsortem, manusque ac brachia non habentem; a lumbo autem erat ei ut cauda piscis naturaliter haerens. quo viso imperator prae-
p. 414 cepit ut occideretur. hac denique die imperatoris equus, qui aureo circumdatus erat ornatu, repente scissus est cadens. at vero imperator his omnibus auguratus *) tristis erat. postera quoque die viri tres Sclavini genere, nil aliquid ferreum baiulantes, a Romanis detenti sunt, citharas tantum ferentes. imperator autem interrogabat tam unde essent quam ubinam habitatio eorum existeret. qui genere quidem aiunt se esse Sclavinos, circa finem vero Occidentalis habitare Oceani. chaganum autem ad se legationem misisse et munera principibus gentis suae auxiliandi sibi contra Romanos. taxiarchas autem suos direxisse rationem reddituros chagano, quia non possunt propter longitudinem itineris mittere illi auxilium: decem enim et octo menses asseverabant in itinere se fecisse, et ita Romanos adiisse. porro citharas ferre tanquam non videntes quemquam suorum armis indutum, regione sua quid ferrum sit ignorante. imperator autem tam aetatem admirans quam moles corporis eorum collaudans, hos Heracliam misit. cum autem venisset ad maritima, et didicisset quod legati Persarum Byzantium atque Francorum venissent, ad regalia remeavit.

p. 415 Decimo imperii Mauricii anno chaganus quaerebat augmenta pactorum accipere. imperator vero sermones barbari non recepit, et idcirco chaganus iterum bellum agit, et devastat Singidonem, et castra contra Sirmium movet. imperator autem praetorem Europae Priscum creat. at vero Priscus Salvianum subpraetorem factum praecurrere iussit; et contra barbaros procedentes bellum ineunt, et vincunt

*) auguriatus cod. Gruteri.

Digitized by Google

Romani. quo audito chaganus potentatibus sumptis properabat ad bellum. at vero Salvianus visis multitudinibus stupefactus ad Priscum se contulit. comperiens autem chaganus Romanorum recessum ad maritima egreditur, deinceps ad S. Alexandrum, et hunc omnia devoranti tradidit igni. transiens autem in Drizipera conatur exterminare rem publicam, devastatoria operatus instrumenta. hi vero qui Drizipera habitant, diutius e diverso aciem direxerunt: nam et portas aperientes minabantur barbaros debellare, cum essent in formidine ingenti. tunc ergo divina quaedam eis consuluit virtus: media namque die videre putaverunt bar- p. 416
bari, Romanis virtutibus egredientibus ab urbe, futurum sibi fore ut cum eis conflictum consererent. et consternati fuga infatigabili fugiunt, et apud Perinthum efficiuntur. Priscus autem, nec visu quidem ferre multitudines barbarorum valens, Tzurulum ingressus castrum muniebatur. ast barbarus Priscum obsidere conabatur. his auditis Mauricius haesitabat quid foret agendum. tunc optimo inito consilio armatur contra infinitam barbarorum virtutem, et uni excubitorum magnis donis atque promissionibus suadet ut sponte in barbaros irruat, eique dat ad Priscum litteras continentes haec "gloriosissimo praetori Prisco. noxium barbarorum conatum ne formides: ad perditionem enim eorum factum est hoc: scito enim quia cum multa confusione revertetur chaganus in regionem quae sibi a Romanis est deputata. propterea perseveret gloria tua penes Tzurulum, circumvagari faciens illos: mittimus enim per mare naves, et captivabimus familias eorum, et cogetur ad propria confusione refertus atque iactura reverti." at vero chaganus litteris comprehensis et lectis pavens efficitur, et sponsionibus pacificis p. 417
ad Priscum dispositis in muneribus paucis atque indignis, in suam est terram cum fuga potenti regressus.

Undecimo imperii anno Mauricii Hierosolymitanus Amos habetur episcopus. imperator autem Priscum cum omnibus Romanis potentatibus ad Istrum fluvium misit, ut Sclavinorum nationes transire prohiberet. quo apud Dorostolon habito chaganus hoc comperit; qui legatis ad eum directis calumniam inferebat Romanis exordium dantibus belli. Priscus autem excusabat se, quod non venerit adversus barbaros belligeratum, sed quod ad Sclavinorum nationes a principe fuerit destinatus. audiens autem Priscus quod Ardagastus multitudines Sclavinorum ad praedandum disperserit, transiens Istrum media nocte inopinate Ardagasto coniunctus est. at vero Ardagastus discrimine senso nudum ascendens equum, vix salvus evasit, Romanique multitudinibus Sclavi-

Digitized by Google

norum occisis, et Ardagasti regione perversa, praedam copiosam captam Byzantium per Tatemerem direxerunt. porro
p. 418 cum Tatemer expeditus iter faciens ebrietati sese atque deliciis traderet, Sclavinorum in eum multitudines irruunt; qui formidine pressus fugiendo Byzantium venit. ast Romani, qui cum ipso fuerant, valide Sclavinis infensi obtinent gloriosissime barbaros, et captivitatem salvam imperatori praesentant. qui laetatus gratificos deo hymnos una cum tota obtulit urbe. Priscus vero fiducia fretus ad interiores Sclavinorum partes accessit. Gipes autem, vir Christianae religionis, transfugiens ad Romanos et ingressum Romanis ostendit et barbaros tenuit. itaque Gipedis proditione transfretato flumine, Priscus media nocte reperit Musacium barbarorum regem, ebrietate corruptum: funebrem quippe proprii fratris celebrabat festivitatem; quo comprehenso vivo caedem in barbaris operatus est, multaque copiosa praeda capta ebrietati sese produnt et crapulae. at tum barbari coacervati victoribus imminent, foretque vicissitudo reciproca praecedenti virilitate saevior, nisi Genzo pedestri virtute Romanorum insistens pugna forti prohibuisset impetus barbarorum.

p. 419 10 Duodecimo imperii Mauricii anno, cum Priscus iterum ad Istrum pervenisset gentesque Sclavinorum depraedatus fuisset, haud modicam partem imperatori direxit. imperator autem, misso ad Priscum Tatemere, iubet illic toto hiemali tempore commorari Romanos. quo comperto Romani contradicebant, asseverantes id non posse fieri propter copias barbarorum, et pro eo quod regio esset sibi satis adversa. Priscus vero verbis persuasoriis flexit eos ibidem hiemare iussionemque principis consummare.

Tertio decimo imperii Mauricii anno, qua videlicet tempestate Gregorius Romanam, Constantinopolitanam Cyriacus
p. 420 12 et secundo Anastasius Antiochenam regebat ecclesiam, nascuntur prodigia in suburbanis Byzantii, puer videlicet quadrupes, et alter duos vertices habens. aiunt autem hi qui historias diligenti studio scribunt, non significari bona civitatibus in quibus nascuntur huiusmodi. at vero imperator Priscum praetura privat, et Petrum fratrem suum praetorem Romanae fecit virtutis. itaque Priscus quidem virtutibus sumptis, priusquam Petrus pervenisset, transmeat amnem. chaganus autem transitu Romani audito exercitus valde miratus est, et ad Priscum misit, discere causam quaerens, et
p. 421 praedae sumere partem, sicque amnem transire: nimis enim saeviebat super felicitatibus Romanorum. mittit ergo Priscus super hoc ad chaganum legatum Theodorum, videlicet medicum sagacitate ac intelligentia perornatum. iste videns

Digitized by Google

chaganum magna sapientem responsionemque iactantius facientem (minas enim praetendebat, se cunctarum esse gentium dominum iactans) narratione veteri mitigavit barbaricum typhum. ait enim "audi, chagane, proficuam narrationem. Sesostris Aegyptiorum rex illustris et oppido felix, opibus clarus et inexpugnabili potentatu, plurimas et ingentes servituti nationes redegit. unde et in arrogantiam ruens, curru adhaerente sibi auro et lapidibus pretiosis constructo, sedet super eum, et subigit iugo ex superatis regibus quattuor trahere currum. cumque hoc fieret in insigni festivitate, unus ex quattuor regibus frequenter oculum vertebat retrorsum, et contemplabatur rotam, cum volveretur. quem Sesostris percunctatus ait 'cur post tergum offirmas oculos?' at ille 'hanc' inquit 'rotam miror instabilem, et alias atque aliter se moventem, et modo excelsa humiliantem, rursus humilia exaltantem.' at vero Sesostris parabolam intelligen- p. 422
ter animadvertens, legem posuit ne currum reges ulterius traherent." his chaganus auditis subrisit, et ait se pacem sectari. Priscus autem chagano reddidit pro transitu praedam, et exuviis omnibus sumptis sine dispendio amnem transivit. porro chaganus his susceptis magnifice laetabatur. Priscus Byzantium venit, et Petrus praeturam suscepit.

Quarto decimo imperii sui anno iussit Mauricius Petro praetori ut tertiam portionem rogae in auro a Romanis acciperet, et tertiam in armis, et aliam tertiam in vestimentis diversis. itaque Romani hoc audito ad tyrannidem vertebantur. praetor vero timens satisfaciebat *) militibus hoc verum non esse, et exhibebat exercitibus alias litteras, iubentes sibi quatinus hi qui fortia gesserant et de periculis triumpharant in urbibus summa requie potirentur, de publicis sumptibus inter senes alendi, pueri vero militum in locis p. 423
propriorum parentum inscriberentur; talique suadela populum mitigavit, et Caesarem bonae famae praeconio laudaverunt. haec autem Petrus imperatori denuntiavit. cumque venisset Marcianopolim, dirigit mille praecessuros. hi repertis Sclavinis multam ducentibus Romanam praedam, hos insequentes occiderunt, multaque praeda recepta Romaica redierunt ad rura.

Eodem vero anno construxit imperator solarium Ma-

*) satisfaciebat] Glossae: ἀπολογία excusatio, purgatio, satisfactio. hinc satisfactionalis liber, ἀπολογητικός, Hist. Trip. 9 23. sic Hieronymum alicubi posuisse satisfacientes pro excusantes se notat H. Grotius in Discussione Rivetiani Apologetici p. 83. FABR.

Digitized by Google

gnaurae rotundum, et in medio atrio eius statuit statuam suam, et illic posuit armamentum.

Quinto decimo imperii Mauricii anno Petro venationem exercenti sus agrestis obviam occurrit, pedemque ipsius ad arborem conquassavit, et importabilibus *) doloribus multo tempore languit. ast imperator litteris pessimis et improperiis gravibus ei detraxit, audito quod multae Sclavinorum gentes fuerint contra Byzantium motae. Petrus autem coactus Novas pervenit. hi vero qui erant de civitate, una cum
p. 424 ignobilibus militibus et episcopo praetori obviam veniunt; quos praetor intuitus, et arma eorum ac fortitudinem admiratus, iubet urbe dimissa Romanae misceri catervae. milites autem ad civitatis custodiam ordinati hoc agere renuerunt. tum praetor in furorem versus destinavit Genzonem una cum multitudine militum. qui hoc agnoscentes confugerunt in ecclesiam, et clauso ostio templi perseverabant. Genzo vero pro reverentia templi inefficax rediit. Petrus autem iratus Genzonem a praetura deponit, et misso Scribone ignominiose ad se episcopum iubet adduci. porro cives collecti Scribonem cum dedecore urbe depellunt, cuius obseratis portis Mauricium quidem imperatorem laudibus efferunt, praetorem autem conviciis cumulant; sicque cum opprobrio Petrus inde recessit. praemittit praeterea mille ad explorandum, qui Vulgares consequuntur numero mille. verum Vulgares fisi super pace chagani securi pergebant. Romani autem in Vulgares impetum faciebant; qui mittunt viros septem commonentes pacem minime dissolvendam. hos
p. 425 audientes hi qui praecurrerunt, significant haec praetori; qui dixit "nec si imperator venerit, huic parcam." congressione vero belli effecta Romani vertuntur. sed barbari non persecuti sunt eos, ne vincentes discrimen incurrerent. porro praetor taxiarchum praecurrentium flagellavit. et hoc comperto chaganus legatos ad Petrum destinat, inceptionem accusans, et quod Romani sine iusta causa pacem dissolverent. at vero Petrus verbis seductoriis usus non se scisse motionem affirmat, duplicia tamen dare spolia universa procurat; sicque barbari amissis spoliis dupla sorte receptis paci consulunt. Petrus contra Peregastum Sclavinorum exarchum properat; et barbari circa ripam fluminis huic obvii facti prohibebant transire. Romani vero a fretis sagittantes hos averterunt; quibus in fugam versis percutitur ilio Peregastus, et moritur. transeuntes autem Romani praedam mul-

*) importabilibus] ipse in Hypomn. de Anast. apocr.: cum illatis quoque illis importabilibus tribulationibus retulit. FABR.

Digitized by Google

tam receperunt, et ad propria remearunt. errantibus ductoribus et in inaquosa incidentibus loca periclitabatur exercitus. porro cum iter agerent noctu, veniunt ad amnem Heliciam dictum: cum vero dumi trans fretum fluminis essent, barbari in his absconditi eos qui hauriebant aquam iaculabantur. magna igitur molestia Romanis effecta militiis, in fugam vertuntur a barbaris debellati. verum Mauricius his auditis Petrum praetura privavit, et Priscum praetorem Thracae denuo misit.

Mundi anno 6090, divinae incarnationis 590, Romanorum imperator Mauricius, rex Persarum Chosroes, Romanus Gregorius, Constantinopolitanus Cyriacus, Hierosolymitanus Amos, Alexandrinus Eulogius et Antiochenus Anastasius habentur antistites. hoc anno, imperii videlicet Mauricii sexto decimo, Priscus egressus praetor in Thracem virtutes numeravit exercitus, et invenit quod ex eis fuerit multitudo consumpta non parva. his autem sumptis venit ad flumen Istrum et Novas. quo cognito chaganus legatos misit, causam ipsius sciscitatus adventus. Priscus autem venationis se venisse causa fatebatur. ast chaganus "non iustum est" inquit "in alieno loco venari." e contra Priscus suum dicebat esse locum, et ei fugam ex Oriente improperabat egisse. barbarus autem Singidonis muro destructo ad Romanorum terram profectus est. quo cognito Priscus venit ad insulam Istri, et dromonibus p. 427
sumptis ad chaganum apud Constantiolam venit, volens cum eo loqui. cumque chaganus ad oram fluminis venisset, Priscus tristis *) eum alloquitur. chaganus autem dixit ad eum "quid tibi, Prisce, ac terrae meae? an et hanc vis accipere per mendacium ex manibus meis? iudicet deus inter me et Mauricium imperatorem, requiratque sanguinem exercitus Romanorum et exercitus mei de manibus eius." e contra Priscus "Singidonem" inquit "civitatem redde Romanis." qui ait "tu unam civitatem a nobis conaris accipere: videbis post paululum quinquaginta civitates Romanas Avaribus servitute redactas." Priscus autem navibus Singidoni per amnem exhibitis hanc depopulatus est, et ex ea Vulgares pepulit.

Septimo decimo imperii Mauricii anno coacervatis cha- p. 428 3
ganus potentatibus suis in Dalmatiam properat, et cum venisset Baleam, quadraginta quoque civitates, quae circa eam sunt, omnes depopulatus est. quibus Priscus agnitis Gudohin ad explorationem rem direxit. qui in valle occultatur pusilla, et diluculo in dorsa eorum effectus ilico cunctos peremit, et acceptam praedam duxit ad Priscum. porro chaga-

*) *tristis*] *e rate*. FABR.

Digitized by Google

nus infortunio comperto in regionem suam reversus est, et Priscus ad propria.

Mundi anno 6092, divinae incarnationis anno 592, imperante Mauricio 18 anno, sumptis virtutibus Priscus Singi- p. 429 donem venit: chaganus vero congregato proprio potentatu subito Mysiae adest, et Tomeam urbem capere nititur. propterea Priscus Singidone relicta huic efficitur proximus. cum autem paschalis festivitas haberetur et Romani fame tabescerent, audiens chaganus Prisco significabat ut sibi plaustra mitteret ad deportanda illis alimenta, quatinus cum hilaritate festivitatem propriam celebrarent. 40 itaque plaustra plena his mittit. pari modo et Priscus species Indicas barbaro quasdam remisit, piper videlicet et folium Indicum et costum et cassiam atque alia ex his quae quaeruntur, cum chaganus apud Sirmium resideret. qui receptis his gavisus est super eis; et donec compleretur dies festus, Romani ac barbari pariter habitabant, et non erat in utriusque virtutibus timor. cumque fuisset dies festus completus, barbari sepa- p. 430 rati sunt a Romanis, et Drizipera venientes civitatem depopulati sunt, et S. Alexandri ecclesiam incenderunt, sepulcrumque ipsius tectum argento repertum despoliant, sed et iniuriis quoque corpus martyris afficientes, multamque in Thrace praedam captantes, epulabantur splendide, contra Romanos elati. cumque Comentiolus venisset Byzantium, maxima urbi turbatio et aestus incubuit, ita ut timore detenti consilium caperent Europam deserendi et in Asiam et Chalcedonem migrandi. quin et imperator excubitoribus armatoque et electo cuneo sumpto muros longos munivit. vulgus autem urbem custodiebat, et senatus commonebat imperatorem legationem ad chaganum mittendi. deus autem vindictam martyris Alexandri faciens pestilentem languorem barbaris intulit, et in uno die septem filios chagani per febrim et inguinariam passionem occidit, una cum aliis turbis multis, ita ut pro triumphali gaudio carminibus ac canticis lamentationes et lacrimas ac luctus sine consolatione barbarus possideret. at vero senatus rogabat Caesarem legationem ad chaganum mittendi. imperator autem Armatzonem misit ad chaganum cum muneribus multis Drizipera, qui verbis mitibus blanditur barbarum. at ille nolebat dona suscipere, p. 432 lamento intolerabili filiorum detentus: dicebat enim ad legatum "iudicet deus inter me et imperatorem Mauricium: ipse quidem pacem dissolvit, ego vero captivos ei reddo, per unam animam unum numisma percepturus ab eo." Mauricius autem id dare minime passus est. iterum chaganus petiit per singulas animas dimidium accipere nummum. ast

Digitized by Google

imperator nec sic dare consensit, sed nec in quattuor accipere siliquis. tunc chaganus furore commotus omnes occidit, et ad propria rediit cum quinquaginta milia aureorum pactis Romanis imposuisset. quin et Istrum flumen non se transiturum professus est. ex hoc itaque multum contra imperatorem Mauricium commotum est odium, et coeperunt hunc subiicere maledictis. similiter et populus apud Thracem ad convicia imperatoris commotus est. exercitus autem procuratores *) ad imperatorem contra Comentiolum direxit, quod proditionem in praelio fecerit, inter quos erat etiam Phocas, qui imperatorem allocutus severius huic in concilio contradicebat, ita ut quidam ex patriciis hunc alapa percuteret et barbam ipsius evelleret. verum imperator non suscepit adversus Comentiolum populi querimoniam, sed hos inefficaces deseruit; propter quod et insidiarum in principem exordium sumitur. praeterea per idem tempus apud Ae- p. 433
gyptum in Nilo flumine, Mena praefecto una cum populo deambulante in loco qui Delta nuncupatur, sole orto animalia humanae formae apparuerunt in flumine, vir scilicet et mulier. et vir quidem erat pectorosus vultuque terribilis, rufa coma canisque permixtis, et usque ad lumbos denudabat naturam, et cunctis demonstrabatur nudus, reliqua autem corporis membra cooperiebat aqua. hunc praefectus adiuramentis constrinxit ne destrueret aspectum priusquam omnes saturi fierent hoc inopinato spectaculo. porro mulier et mammillas habebat et femineum vultum caesariesque prolixas. et ad horam nonam omnis populus mirabatur, videns haec animantia, quaeque hora nona in flumen demersa sunt. sane Menas imperatori haec Mauricio scribit.

Mundi anno 6093, divinae incarnationis anno 593, imperii vero Mauricii 19 anno Hisacius Hierosolymis habetur antistes. die autem paschae Sophia Augusta, uxor Iustini, una cum Constantina Mauricii coniuge stemma constructum attulerunt imperatori. qui hoc contemplato pergens in ec- p. 434
clesiam id obtulit deo, supra sanctam mensam suspendens in triplicibus catenulis lapidibus et auro contextis. at vero Augustae hoc comperto tristatae sunt valde, et in iurgio adversus imperatorem Constantina festum diem fecit Augusta. cum autem non attenderet imperator querelas militiarum in Thrace positarum, iterum Comentiolus assumptis armatis venit ad Istrum, et unitur Prisco apud Singidonem, et solvitur pax quae ad Avares erat. qua dissoluta veniunt in Bimi-

*) procuratores] *ἐντολικαρίους*. hanc vocem observavi in epistola quadam quae exstat in concilio Ephesino. hinc *ἐντολικά* mandata seu praecepta quae principes dant legatis suis. FABR.

Digitized by Google

nacium, quod est insula magna Istri. quibus auditis chaganus, collectis potentatibus suis, ad Romana rura procedit, quattuor autem filios suos, traditis aliis virtutibus, ad custodienda Istri vada constituit. at vero Romani ratibus factis fluvium transmearunt, et bellum praetore Prisco cum chagani filiis inierunt: Comentiolus enim infirmatus in Biminacio insula sedebat. cumque per multas horas bellum
p. 435 tenuisset et sol trecentis Romanorum interemptis occubuisset, quattuor barbarorum milia perierunt. intrinsecus vero militiae ordinatae iterum bellum incipiunt, et iterum octo milia barbarorum interimunt. similiter et tertia die praeliantes ab excelsioribus Romani ad barbaros accesserunt, hosque vertentes ad stagnum atque pellentes, Avares multos necaverunt ex illis, inter quos et chagani necati sunt filii, Romanique illustrem victoriam induerunt. chaganus vero coacervatis viribus copiosis contra Romanos progreditur: bello autem manente vertunt Romani barbaros, et omnibus insigniorem hanc retulerunt victoriam. interea Priscus quattuor milibus praemissis Tisson *) amnem transmeare et explorare barbarorum praecepit motus. at vero barbari nihil eorum quae facta fuerant cognoscentes, festum diem celebrabant et pariter convivabantur. in hos Romani clanculo incidentes maximum operati sunt metum: triginta quippe milia Gipedorum barbarorumque aliorum occiderunt, et copiosa praeda comprehensa revertuntur ad Priscum. chaganus autem rursus potentatibus cumulatis venit ad Istrum, et inito bello
p. 436 barbari superantur et in amnis fluentis necantur, pereuntque simul cum his plurimi quoque Sclavini: vivos autem obtinuerunt Avarum quidem tria milia, Sclavinorum vero octingentos et Gipedum tria milia, nec non et duo barbarorum. porro chaganus ad Mauricium imperatorem legatos misit, captos recipere nisus. at ille nondum comperta inclyta Romanorum victoria scribit Prisco quod Avares chagano redderet tantum.

Eodem quoque anno vir quidam monachico circumami-
p. 437 ctus habitu et in religione clarus, spatha denudata a foro usque ad aeneam gladiatoris statuam discurrens, imperatorem omnibus in occisione gladii moriturum pronuntiavit. similiter et Herodianus Mauricio manifeste, quae sibi fuerant ventura, praedixit. imperatore vero noctu discalceato letaniam cum tota urbe agente, et transeunte ad Carpiana loca, tumultuantur ex multitudine quidam, et contra imperatorem lapides iaciunt, ita ut vix imperator cum Theodosio filio suo salvaretur et orationem compleret apud Blachernas.

*) Hissum Vat.

Digitized by Google

Mundi anno 6094, divinae incarnationis anno 594, anno vero imperii sui 20 Mauricius in se reversus, et sciens quod p. 439
nihil deum lateat sed reddat omnibus secundum opera ipsorum, et recogitans excessum quem in captivationem perpetraverat, non redimens eam, expedire iudicavit in hac vita poenam se recipere pro peccato, et non in futura, et factas preces in scriptis transmittit ad omnes patriarchales sedes et ad omnes civitates sibi subiectas, et ad monasteria quae sunt in heremo et Hierosolymis, et ad lauras pecunias et cereos et incensa, ut orarent pro se, quo hic reciperet et non in futuro saeculo. scandalizabatur autem et in Philippicum generum suum, quod in φ littera nominaretur. porro Philippicus diverse iurabat imperatori quod purus esset in servitio eius et apud se dolum nullum haberet. cumque Mauricius supplicaret deo misericordiam praestandi animae suae, quadam nocte dormiens vidit in visu apud aeneam palatii portam imagini salvatoris se astare, et copiosum populum pariter p. 440
assistentem. tunc facta est vox ex charactere magni dei et salvatoris nostri Iesu Christi, dicens "date Mauricium;" et tenentes eum iudiciorum ministri exhibuerunt apud purpureum umbilicum, qui erat illic. et ait ad eum propria voce "ubi vis reddam tibi, hic an in futuro saeculo?" quo ille audito respondit "amator hominum domine et iuste index, hic potius, et non in saeculo illo." et iussit divina vox tradi Mauricium et Constantinam uxorem eius et filios et omnem cognationem ipsius Phocae militi. expergefactus ergo Mauricius, et vocans eum qui coram se dormiebat, misit ad Philippicum generum suum, ut celeriter eum adduceret ad se. cumque ille abiisset, vocavit eum; qui surgens advocata uxore sua osculatus est eam, dicens "salve: iam non me videbis." quae exclamavit cum fletu voce magna ad paracoemumenum, dicens "adiuro te per deum, quae est causa ob quam quaerit eum hac hora?" at ille iuravit se ignorare, et quia repente de somno imperator exsurgens misit me. Philippicus ergo quaesivit corpus Christi percipere, et sic ad imperato- p. 441
rem pergere. uxor autem eius Gordia iacebat in terra se volutans et plorans et deum exorans. ingressus vero Philippicus cubiculum regium proiecit se ad pedes imperatoris. imperator autem dicit ei "ignosce mihi propter deum, quoniam peccavi tibi: nam usque nunc scandalizabar in te." et iubens exire paracoemumenum surrexit et cecidit ad pedes Philippici, dicens "ignosce mihi, quia modo certissime novi quod nihil peccaveris in me. sed dic mihi, quem scis inter agmina nostra Phocam militem." at vero Philippicus recogitans dicit ei "unum agnosco, qui ante modicum tempus

Digitized by Google

procurator ab exercitu destinatus contradicebat imperio tuo." ast imperator ait "cuius est qualitatis?" qui ait "iuvenis temerarius, sed et timidus." tunc Mauricius "si timidus est" inquit "profecto et homicida." et referebat Philippico somnii revelationem. porro nocte illa visa est stella in caelo, quae dicitur cometes. in crastinum autem pervenit magistrianus, qui missus fuerat ad sanctos heremi patres, ferens ab iis responsum huiusmodi. "deus recepta poenitentia tua
p. 442 salvavit animam tuam, et te cum sanctis cum tota domo tua constituet, imperio vero cum ignominia et discrimine decides." his auditis Mauricius glorificavit magnifice deum. igitur autumni tempore accedente, cum Mauricius imperator iussisset Petro ut in Sclavinorum regione populus hiemaret, restiterunt Romani, hoc facere non consentientes, tam propter equorum humiliationem quam propter quod copiosam circumducerent praedam, nec non ob multitudines barbarorum, quae per regionem diffusae dignoscebantur, et seditionem meditati sunt. praetor autem indignatus contra populum in dementationem eos immisit. incidunt itaque pluviae creberrimae super populum, et frigus multum. Petrus autem viginti milibus procul ab exercitu morabatur. Mauricius autem Petro per litteras molestus erat ut Istrum transiret et hiemales escas populi de Sclavinorum sumeret regione, ne alimenta publica cogeretur Romanis praebere. praetor autem accersito Gunduhin ait "nimis mihi gravia imperatoris praecepta in aliena terra hiemare Romanos iubentia: nam illi non obaudire saevum est, et rursus obaudire saevissimum.
p. 443 nullum bonum parit avaritia, mater autem omnium malorum consistit, qua imperator languens horum maximorum causa malorum Romanis efficitur." accersitis quoque populi taxiarchis, imperatoris eis intentionem aperuit. populus autem hoc audito seditiones concitaverunt, et insignes quidam principes ex eis fugientes ad praetorem venerunt. porro multitudines in unum congregatae provehunt exarchum Phocam centurionem, et super clipeum hunc exaltatum laudibus exarchum acclamaverunt. his Petrus auditis in fugam versus est, et omnia imperatori manifesta fecit. ast imperator his difficilibus auditis celare multitudines ea tentabat. secunda vero die et ludum celebravit equestrem, incommoda infelicitatis occultans. vulgus autem Prasinorum clamabat, "Constantinus" inquiens "et Domentiolus, domine Romanorum ter Auguste, plebi tuae molestias ingerunt, ut cruces disponat in ea quae habemus peccata. deus, qui omnia condidit, subiiciat tibi omnem inimicum et hostem tam intestinum quam externum sine sanguine. at vero imperator plebibus

Digitized by Google

intimabat, "nil vos" inquiens "turbet irrationabilium militum immoderatio et inquietudo." Veneti autem dixerunt "deus, p. 444
qui iussit te imperare, subdat tibi omnem qui imperium tuum impugnat; et si Romanus est qui fide rupta terga vertit a te, hunc tibi in servitutem redigat absque sanguine." hos imperator armans et sermonibus blandis compescens una cum demarchis muros urbis custodire praecepit. praeterea filio imperatoris Theodosio una cum Germano socero suo apud Callicratiam venationes exercente, mittunt Romani litteras ad Theodosium, ab eo imperari poscentes; sin autem, saltem Germanum imperatorem pronuntiandum: "neque enim nos" aiunt "imperari a Mauricio de cetero patiemur." his Mauricius compertis accersit ad se filium, Comentiolum vero muros observare praecepit. Germanum autem una cum filio suo accusabat harum fuisse calamitatum auctores. cumque se Germanus excusare niteretur, Mauricius ait "o Germane, duo sunt argumenta suspicionis meae, populi scilicet ad te litterae, et quod cuncta depasti sunt, et nullis exceptis, tuis pepercerint. parce Germane prolixum faciendi sermonem. p. 445
nihil suavius quam per gladium mori." sane Germanus in templum dei matris, quod appellatur Cyri, fugit. quod cum imperator didicisset, Stephanum eunuchum direxit ab ecclesia Germanum educendi. cumque Stephanus violenter hunc educere voluisset, fautores Germani resistentes expellunt Stephanum, et excipientes Germanum in ecclesiam magnam effugiunt. at vero imperator virgis caedebat Theodosium filium suum: asserebat enim Germanum per eum fuisse fugatum. et mittit excubitores a magna ecclesia educendi Germanum. hinc magnus urbi rumor incubuit. Germanus autem egredi et dare se voluit. verum multitudines hunc exire minime permiserunt, sed magnis imperatori conviciis derogaverunt, dicentes "non habeat pellem qui te amat, Maurici Marcionista." igitur qui muros custodiebant, his compertis custodiam negligentiae prodiderunt. Mauricius autem media nocte exutus imperatoria stola et privata circumamictus, dromonem ingressus cum uxore filiisque suis et Constantino fugam arripuit. copiae p. 446
vero per totam noctem pessimis imperatorem iniuriis appetebant: sed et Cyriacum patriarcham reprehendebant. turbine itaque ingenti saeviente cum maximis periculis apud S. Autonomon salvatur Mauricius. nocte vero superveniunt ei etiam languores arthritici, quos manuum dolores et pedum vocant. porro mittit Theodosium filium suum cum Constantino ad Chosroen regem Persarum, ut recordaretur eorum quae sibi facta fuerant a se, et vicissitudinem beneficii sui rependeret filio. Germanus autem mittit ad Sergium demar-

Digitized by Google

chum Prasinae partis, ut auxiliaretur sibi gratia imperandi,
repromittens se partem Prasinam honoraturum ipsumque
magnis dignitatibus elaturum. at vero Sergius hoc insigni-
bus vulgi confessus est, qui minime id admiserunt, fatentes
nunquam Germanum ab amore Venetorum recedere. Pra-
sini vero exeuntes in Regium magnis laudibus tyrannum Pho-
cam efferebant, et persuadent ei venire in Septimum. diri-
git igitur Phocas Theodorum a secretis, qui ingressus ma-
p. 447 gnam ecclesiam coram populo legit quatinus tam patriarcha
quam senatus et vulgus venirent in Septimum. hoc itaque
facto, et cunctis convenientibus apud Septimum, patriarcha
Cyriacus a tyranno de orthodoxa fide, et ut sine perturba-
tione conservaret ecclesiam, extorsit professionem. visus vero
est tyrannus Germanum adhortari. cumque Germanus nolle
se simularet et vulgus tyrannum laudaret, pronuntiatur ma-
lum, et dominus sceptrorum tyrannus provehitur, et prae-
valet adversus felicitatem calamitas, et sumunt principatum
magna infortunia Romanorum.

Denuntiatio vero tyranni in templo Ioannis Baptistae
effecta est, ubi duobus moratus diebus tertia die introivit
regalia, super imperialem sedens carrucam. porro quinta
die Leontiam uxorem suam coronavit Augustam. hac igitur
die tumultuantur partes ad invicem propter stationes loco-
rum. tyrannus vero Alexandrum conrebellem suum misit
partes compescere. Alexander vero in Cosmam Venetorum
p. 448 demarchum manus immittens pepulit eum et contumeliis la-
ceravit. porro Veneti indignati clamabant "vade, disce or-
dinem; Mauricius non est mortuus." at vero tyrannus his
auditis in Mauricii necem movetur, et missis militibus duxit
eum Chalcedonem ad Eutropii portum, et primo quidem hunc
caede videlicet filiorum imperatorem punit. nam quinque
filios eius mares coram visibus suis praeoccidantur. verum
Mauricius patienter infelicitatem sustinens deum in omnibus
invocabat, et crebro pronuntiabat, dicens "iustus es, domine,
et rectum iudicium tuum." fit itaque filiorum mors patris
epitaphium, praeostendens virtutem in mole calamitatis. cum-
que nutrix unum ex imperatoriis pueris furata fuisset, suum-
que pro eo interemptioni obtulisset, Mauricius non annuit,
sed proprium requisivit. aiunt autem quidam quod eo oc-
ciso lac cum sanguine fluxerit, ita ut omnes inspicientes dire
lamentarentur. sic ergo imperator, etiam naturae legibus
excelsior factus, vitam commutat.

p. 449 Porro ex illo tempore Romanorum non defuerunt im-
perio variae ac ingentes aerumnae. denique et Chosroes
Persarum rex pacem dissolvit, et Avares Thracem devasta-

Digitized by Google

verunt, atque Romanorum exercitus uterque depopulatus est, ita ut cum Heraclius regnaret et inquisitionem armatorum cum summa diligentia faceret, ex omni multitudine illa quae inventa fuerat in tyrannide Mauricii cum Phoca, neminem, duobus exceptis, ullatenus inveniret.

Anno primo imperii sui Phocas tyrannus peremit, ut praedictum est, Mauricium una cum masculis quinque pueris eius, et horum capita iussit poni in campo Tribunalis diebus multis; et exibant ab urbe et contemplabantur ea usque quo foetorem dederunt. interficitur autem et Petrus frater eius et alii proceres multi. Theodosium autem filium eius sermo tenet fuga lapsum et ita salvum repertum. praeterea famam hanc Chosroes Persarum rex augmentavit, aliud aliterque mentitus, et hunc apud se habere dicens, quasi providere se ut Romanorum obtinere sperans imperium, ut p. 450
convictus est multis modis, maxime eo quod bella repentina moveret et Romanas res magnopere devastaret. interea calligraphus quidam Alexandriae, venerabilis vir, ex matutina vigilia domum vadens media nocte videt statuas ex aris abstractas, et voce grandi dicentes interemptum Mauricium et filios ipsius, atque omnes casus qui apud Byzantium fuerant gesti. mane autem facto pergens haec Augustali retulit, qui praecepit ei nulli haec facere manifesta, scribensque diem praestolabatur exitum. die vero nona praetereunte, ecce nuntius venit indicans Mauricii peremptionem. tum Augustalius daemonum vaticinium coram populo publicavit. Narses autem p. 451
quondam praetor Romanus contra tyrannum rebellionem paravit, Edessamque obtinuit. scribit itaque Phocas Germano praetori Edessam obsidendi. Narses vero scribit Chosroi regi Persarum congregandi virtutes et bellum construendi contra Romanos. porro Phocas fratrem suum Domentiolum fecit magistrum et Priscum comitem excubitorum.

Anno imperii Phocae secundo Chosroes rex Persarum collectum copiosum potentatum adversus Romanos direxit. Germanus autem audiens timuit. verum coactus praelium iniit; qui cum in eo vulneratus fuisset, hunc ministri usque ad civitatem Constantinae duxerunt, superanturque Romani: sed et Germanus undecima die spiritum exhalavit. Phocas autem potentatus ab Europa in Asiam transtulit, chagano pactis additis, arbitratus quiescere Avarum nationem. his ergo divisis quosdam contra Persas misit, quosdam vero ad obsidionem Edessae contra Narsem cum Leontio spadone et magnate suo direxit. Chosroes autem collectis potentatibus p. 452
apud Daras efficitur. porro Narses egressus Edessam Hierapolim fugit. interea Chosroes cum Romanis fit penes arda-

Digitized by Google

mum, et munitione de elephantibus constructa bellum iniit, et victoria magna potitus est, captis Romanis non paucis, quos et capitis recisione punivit. his ita gestis Chosroes ad terram suam reversus est, Zongoi potentatibus derelictis. hoc comperto Phocas contra Leontium furit, et manicis ferreis cum ignominia Byzantium ducit, et creat praetorem Domentiolum nepotem suum, et curatorem palatii facit.

Anno imperii Phocae tertio misit Chosroes Cardarigam et Rusmaizan, qui depopulati sunt nonnullas Romanorum civitates. Domentiolus vero verbo dato Narsi, iuramentisque non paucis, credere persuasit quod nullam iniuriam apud Phocam esset passurus, et direxit eum ad Phocam. at vero Phocas verbum hoc minime servans igne cremavit eum. Romani ergo hinc plurimum tristes effecti sunt, eo quod timorem magnum in Persas idem Narses haberet, adeo ut filii Persarum audito eius nomine tremerent. porro Persae gavisi sunt gaudio magno.

p. 453 Anno imperii Phocae quarto scholasticus eunuchus, vir gloriosus palatii, media nocte Constantinam dominam cum tribus filiabus eius accipiens, ad magnam confugit ecclesiam consilio Germani patricii desiderantis imperium. fit igitur in urbe seditio magna. Germanus autem dimarcho Prasinorum talentum auri misit, ut cooperaretur eis. primores autem vulgi id admittere noluerunt. at vero tyrannus in ecclesiam ad abstrahendum mulieres destinavit. sane patriarcha tunc Cyriacus tyranno restitit, minime passus e templo tyrannice abduci mulieres. verum iuramentis certo eo reddito a Phoca quod non laederet eas, educuntur e templo sancto et clauduntur in monasterio. praeterea Persae eodem anno ceperunt Daras, in tota Mesopotamia et Syria capti-
p. 454 vatione multa, cuius non est numerus, facta. porro patriarcha obeunte Cyriaco Thomas pro eo consecratur, diaconus et sacellarius eiusdem ecclesiae.

Mundi anno 6099, divinae incarnationis anno 599, anno vero imperii Phocae quinto Isacius Hierosolymitanus, Theodorus Alexandrinus et Anastasius Antiochenus habentur antistites. Phocas vero tyrannus filiam suam Domentiam Prisco patricio et comiti excubitorum iunxit, et factis in palatio Marinae nuptiis iussit fieri ludum equestrem. demarchi autem utriusque partis apud quattuor columnas cum imperialibus signis statuerunt Prisci et Domentiae signa. quibus auditis imperator iratus est, et mittens adduxit demarchos, Theophanem scilicet ac Pamphilum, et statuens nudos iussit eos decollari. cum enim misisset protocursorem, ut interrogaret eos quo praecipiente fecerint hos, dixerunt quia se-

Digitized by Google

eandem consuetudinem lineatores hoc fecerunt. porro lineatores sive mensores, interrogati quamobrem hoc fecerunt, dixerunt quia cum imperatoris filii ab omnibus nominati sunt, a nobis ipsis hoc fecimus. sane Priscus timore tenebatur, ne forte in imperatoris iram incideret. turbis p. 455
autem clamantibus misericordiam concedi sibi, veniam dedit Phocas. ex tunc ergo Priscus indignationem passus non erat recte cum Phoca. interea quaedam mulier Petronia nomine fit imperatrici Constantinae ministra, quae ad Germanum ab ea responsa faciebat. porro cum fama dilataretur quod Theodosius Mauricii filius viveret, spem bonam super hoc tam Constantina quam Germanus habebat. at vero scelesta Petronia haec tyranno manifesta fecit. at tyrannus Constantinam Theopempto exarcho ad torquendum prodidit, quae dum torqueretur, Romanum patricium nosse interlocutiones suas confessa est. qui comprehensus atque discussus etiam alios fore in insidias tyranni sibi cooperatores perhibuit. comprehensus est autem et Theodorus Orientis praefectus, quem tyrannus verberans interemit, Helpidiique manus ac pedes recidens hunc tradidit igni, Romanumque decollavit. porro Constantinam cum tribus filiabus, in loco ubi et Mauricius interemptus est, gladio trucidavit. p. 456
Germanum autem et eius filiam ore machaerae *) occidit; similiter et Ioannnem et Gizan et patricium, et Theodosium, qui subadiuvae **) dignitate habebatur insignis, et David chartophylacem Hormisdae. eodem anno Persae, transmeantes Euphratem, totam Syriam et Palaestinam et Phoenicen depraedati sunt, multo in Romanis excidio perpetrato.

Mundi anno 6100, divinae incarnationis anno 600, anno vero imperii Phocae 6, Priscus intueri non sustinens tam iniusta homicidia quam mala cetera, quae a Phoca perpetrabantur, scripsit ad Heraclium patricium et praetorem Africae, quo Heraclium filium suum et Nicetam filium Gregorae patricii, subpraetorem suum, mitteret, quatinus contra Phocam venirent tyrannum. audiebat enim in Africa in eum meditari rebellionem, unde nec navigia hoc anno Constanti-

*) ore machaerae] ut Lucae 21 24: *πεσοῦνται στόματι μαχαίρας.* vetus versio: cadent in ore gladii. Gregor. Tur. hist. 2: ne universa multitudo in ore gladii rueret. et 2 7: in ore gladii trucidantes. Fabr.

**) subadiuvae] concilium Chalcedonense act. 3: *διὰ τοῦ καθωσιωμένου μαγιστριανοῦ Σεβήρου τοῦ γενομένου σουβαδιουβᾶ τῆς σχολῆς τῶν καθωσιωμένων μαγιστριανῶν.* Breviculus historiae Eutychianistarum: superveniente Uranio subadiuva. Fabr.

nopolim conscenderunt. occidit autem Phocas omnem cognationem Mauricii et Commentiolum praetorem Thracae et alios multos. facta est autem in anno isto etiam mortalitas p. 457 et inopia omnis speciei. praeterea Persae una cum Cardariga egressi ceperunt Armeniam et Cappadociam, pugnantesque Romanorum verterunt militias, ceperuntque Galatiam et Paphlagoniam, et venerunt usque Chalcedonem, sine parcitate depopulantes aetatem. et quidem Persae foris portam Romanis tyrannidem inferebant, Phocas vero intrinsecus his peiora patrabat, occidens atque captivans.

Anno imperii Phocae septimo Sergius Constantinopolitanus, Zacharias Hierosolymitanus et Ioannes Alexandrinus habentur antistites. Antiocheni vero Hebraei simultate inquiete *) commissa contra Christianos occidunt Anastasium magnum patriarcham Antiochiae, mittentes naturam **) eius in os eius, et post hoc trahentes eum in plateam urbis. interfecerunt autem et civium multos, et incenderunt eos. Phocas vero fecit comitem Orientis Bonosum, et Cotyn magistrum militum, et transmisit eos adversus illos, et non valuerunt sedare inquietudinem eorum. coacervantes vero exercitus irruerunt in illos, et plurimos occiderunt, et quosdam eorum detruncatis artubus ab urbe reddiderunt extorres. Phocas autem fecit Circensem ludum, et Prasini conviciis eum lacessere praesumpsere, clamantes "iterum in gabata bibisti, iterum sensum perdidisti." et iussu Phocae Co- p. 458 smas praefectus urbis multos ex eis detruncavit, quosdam decollavit, nonnullos autem in saccos missos mari necavit. porro Prasini coacervati miserunt ignem in praetorium, et incenderunt curiam et scrinia et carceres, ex quibus egressi vincti fugerunt. hinc iratus Phocas non militari Prasinos iubet. porro Heraclius praetor Africae, molestiam perpetiens a senatu, vocavit filium suum Heraclium contra Phocam tyrannum mittendi; verum et subpraetor eius Gregoras misit per aridam Nicetam filium suum, statuentes, ut quicunque ex his praeveniret superaretque tyrannum, imperium sumeret. hoc vero anno hiems enormis efficitur, ita ut maris mollities in glaciei duritiem verteretur. tunc Phocas Macrobium scribonem iussit sagittari apud Septimum, pendentem in lancea, in quo tirones exercebantur, quasi conscium insidiarum suarum. Theodorus enim praefectus

*) inquieta] apud Gruterum.

**) naturam] Apuleius l. 7: non tantum naturam, verum etiam caput quoque ipsum pessimo isti asino demere. Fabr.

Digitized by Google

Cappadox et Helpidius praepositus armamenti et alii diversi consilium fecerunt in Hippodromio Phocam occidendi, et p. 459
facto prandio Theodorus praefectus praetorium coepit eis tegere intentionem suam. contigit autem illic inveniri Anastasium comitem largitionum. prandio ergo facto, et enarratis his quae insidiarum erant, poenituit Anastasium illic se repertum, et non dixit quae cordi suo inerant, sed siluit. at vero Helpidius perdurabat, dicens "non vultis ut, cum sederit in solio super Hippodromium, hunc comprehendam, et evellam oculos eius, et sic eum interficiam?" et pollicebatur eis dare currus. re propterea Phocae nota ex proditione Anastasii facta, iussit praefectum et Helpidium ac primores, qui sciverant rem, cum omni diligentia discuti. cumque discuterentur, quae insidiarum fuerant fassi sunt, et quod Theodorum voluerint facere principem. porro Phocas iussit decollari Theodorum Helpidium Anastasium et omnes, qui insidias suas cognoverant.

Mundi anno 6102, divinae incarnationis anno 602, anno vero imperii sui primo venit Heraclius ab Africa cum navibus castellatis, habentibus intra se arculas et imagines dei matris, quemadmodum Pisides quoque Georgius perhibet, p. 460
ducens exercitum copiosum ab Africa et Mauritania. similiter et Niceta, filius Gregorae patricii, per Alexandriam et Pentapolim, habens secum populum multum pedestrem. desponsaverat autem Heraclius Eudociam filiam Rogati Afri, quae illo tempore Constantinopoli erat una cum Epiphania Heraclii matre. audiens autem Phocas quod mater Heraclii esset in civitate, necnon et Eudocia, quae sibi fuerat desponsata, tenuit eas et observavit in dominico monasterio, quod cognominatur novae poenitentiae. cum autem adiisset Heraclius Abydum, invenit Theodorum comitem Abydi, et sciscitatus didicit ab eo quae Constantinopoli movebantur. at vero Phocas misit fratrem suum Domentiolum magistrum ad custodiendos muros longos. cumque comperisset Heraclium Abydum adiisse, muris dimissis fugit Constantinopolim. porro Heraclius apud Abydum recepit omnes exules principes, quos ibidem Phocas exilio relegaverat, et ascendit cum eis in Heracliam. Stephanus autem Cyzici metropolites acceptum stemma ab ecclesia sanctae dei genitricis Heraclio detulit. propterea cum Constantinopolim pervenisset, divertit ad portum Sophiae; initoque bello vincit gratia Christi p. 461
tyrannum. vulgus autem hunc comprehensum interfecerunt et igne apud Boi cremaverunt. ingressus vero Heraclius regalia coronatus est a Sergio patriarcha in oratorio S. Stephani in palatio sito. coronata est vero eadem die sponsa

Digitized by Google

quoque ipsius Eudocia in Augustam, et accepit uterque a Sergio patriarcha nuptiarum coronas, et uno eodemque die simul imperator et sponsus ostenditur. mense vero Maio castra moverunt Persae contra Syriam, et ceperunt Apamiam et Edessam, et venerunt usque Antiochiam. porro Romani occurrentes eis superati sunt, et periit omnis populus Romanorum, adeo ut valde pauci ex eis evaderent.

Mundi anno 6103, divinae incarnationis anno 603, anno vero imperii Heraclii 2 ceperunt Persae Caesaream Cappadociae, et plurima ex ea captiva duxerunt milia. Heraclius autem imperator invenit dissoluta rei publicae negotia, siquidem Eu-
p. 462 ropam Avares reddidere desertam, Asiam vero Persae totam exterminaverunt et civitates desolaverunt et Romanum in bellis exercitum interemerunt. quibus visis haesitare coepit quid ageret: scrutans enim exercitus, si forte salvi existerent, duos tantum invenit ex omnibus his qui cum Phoca contra Mauricium in tyrannide militarunt. eodem anno natus est imperatori filius de Eudocia, Heraclius minor, qui et novus Constantinus appellatus est. et mortua est Augusta eadem decima quinta indictione.

Tertio imperii Heraclii anno coronata est Epiphania filia Heraclii a Sergio patriarcha in Augustam, in oratorio palatii. eadem vero prima indictione coronatus est Heraclius iunior, filius Heraclii, qui et Constantinus, a praedicto patriarcha. eodem anno Saraceni aciem contra Syriam direxerunt, et exterminatis nonnullis vicis reversi sunt.

p. 463 Anno imperii Heraclii quarto ceperunt Persae Damascum, et captivum duxerunt populum multum. Heraclius autem imperator legatis ad Chosroen missis rogavit eum ut parceret hominum sanguinem immisericorditer effundendi et diffiniret tributa. qui legatos inefficaces dimisit, nulla eis reddita ratione, sperans comprehendere Romanorum modis omnibus principatum. porro Heraclius eodem anno duxit inceste Martinam neptem suam uxorem, et pronuntiavit eam Augustam, coronatam a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii quinto ceperunt Persae Iordanem bello et Palaestinam et sanctam civitatem, et multos in ea per Iudaeorum manus interfecerunt, id est, ut quidam aiunt, milia 90. isti enim ementes Christianos, prout unusquisque pretium habere poterat, occidebant eos. Zachariam vero Hierosolymitanum praesulem comprehensum et pretiosa et vivifica ligna cum multa praeda in Persidem abduxerunt. eodem anno natus est imperatori Constantinus alius, et baptizatus est in Blachernis a Sergio patriarcha.

Digitized by Google

Anno imperii Heraclii sexto ceperunt Persae totam Aegyptum et Alexandriam et Libyam usque ad Aethiopiam, multaque praeda sumpta et exuviis quamplurimis et pecuniis p. 464
ad propria remearunt. Carthaginem autem capere minime valuerunt, sed custodia dimissa obsidendi eam recesserunt.

Anno imperii Heraclii septimo castra metati sunt Persae contra Carthaginem, quam et bello ceperunt. eodem anno consul factus est Constantinus iunior, qui et Heraclius, et Heraclii filius, et provexit in Caesarem Constantinum minorem fratrem suum, ex Heraclio genitum et Martina.

Anno imperii sui octavo rursus Heraclius misit in Persidem legatos ad Chosroen, postulans pacem. ast Chosroes iterum eos sprevit, asseverans "non parcam vobis, donec crucifixum abnegetis, quem deum esse fatemini, et adoretis solem."

Anno imperii Heraclii nono aciem direxerunt Avares contra Thracem, et missis Heraclius legatis ad eos poscebat pacem. cumque chaganus hanc facere spopondisset, exiit imperator foras murum longum cum omni obsequio regio ac muneribus multis et magnis ad suscipiendum chaganum, recepturus ab eo iuramenta faciendi invicem sponsiones pacificas. at vero barbarus ille tam sponsionibus quam quae iurata fuerant spretis, subito tyrannice contra imperatorem profectus est. stupefactus ergo imperator super insperatae rei molimine, fuga lapsus in civitatem reversus est. barbarus p. 465
autem omni regio apparatu adempto et suppellectili, et quotquot ex hominibus capere potuit, subvertit villas multas, depopulans ex improviso spe pacis deceptos.

Mundi anno 6111, divinae incarnationis anno 611, anno vero imperii Heraclii decimo Georgius Antiochenus habetur antistes. Heraclius autem ad chaganum Avarum legatis missis queritur super his quae nequiter acta fuerant ab eo, et ad pacem hortatur. acies quippe disponens contra Persidem dirigendas pacisci cum chagano volebat. qui reveritus dilectionem imperatoris se poenituisse pollicebatur et pacem facere repromisit; pangentesque foedera legati in pace reversi sunt. eodem anno ceperunt Persae Ancyram Galatiae bello.

Anno imperii Heraclii 11 durum Chosroes iugum suum super omnes homines fecit in effusione sanguinis et ratione tributi: elatus enim trimpho nullatenus ultra in constantia esse poterat. tunc Heraclius zelo dei suscepto, et cum Avaribus pace, ut putabat, contracta, transtulit militias Europae in Asiam, et cogitabat dei cooperatione contra Persidem properare.

Digitized by Google

p. 466 3 Anno imperii sui 12, mense Aprili, die 4, indictione 10,
imperator Heraclius celebrata solennitate paschali, mox se-
cunda feria vesperi motus est contra Persidem. sumptis au-
tem mutuo venerabilium domorum pecuniis aporia *) coar-
tatus, accepit etiam ecclesiae magnae multas candelas feren-
tia, simul et alia vasa ministratoria. quibus conflatis exa-
rari fecit ex his nummos aureos et argenteos plurimos, di-
misitque filium suum cum Sergio patriarcha in urbe dispo-
nendi negotia una cum Bonoso patricio, viro sagaci et per
cuncta prudenti atque perito. scripsit autem ad chaganum
Avarum preces curam agendi super Romanorum negotiis,
tanquam qui secum amicitiam fuerit pactus, tutorem filii sui
hunc appellans. motus autem a regia urbe exivit super locum
qui dicitur Portae, navigio iter agens. illinc vero per ceteras
regiones sibi subiectas profectus elegit exercitus, et addidit
illis novam militiam. hos autem exercere orsus in hostilibus
operibus erudivit: dupliciter enim diviso exercitu acies et
p. 467 congressiones invicem sine sanguine fieri iussit, clamoremque
bellicum et carmina et iubilum et impetum in alterutrum in-
surgendi habere hos docebat, ut in bello reperti nil mira-
rentur, sed fidenter tanquam ad iocum proficiscerentur in
hostem. accipiens vero imperator in manibus dei virilem
figuram, quam manus non depinxerunt, sed in icona verbum
quod omnia format atque componit sine pictura formam,
velut sine semine partum, eduxit, et in hac fisus a deo picta
figura coepit agones, iuramenta dans populo quod cum ipsis
usque ad mortem foret certaturus et eis tanquam filiis pro-
priis adhaesurus: volebat enim potestatem non timore quan-
tum amore possidere. cumque invenisset exercitum in desi-
dia multa et formidine, inquietudine ac dedecore constitu-
tum, et per multas terrae partes disseminatum, actutum in
unum collegit. et omnes quasi ex una consonantia laudave-
runt imperium et fortitudinem principis. ipse vero verbis
hos corroborans perhibebat "videte, fratres et filii, quot
inimici dei conculcaverint regionem nostram, et urbes exter-
minaverint, et altaria concremaverint, et mensas incruento-
rum sacrificiorum sanguinibus homicidiorum repleverint, et
p. 468 ecclesias, quae flagitia non admittunt, flagitiosissimis reple-
verint voluptatibus." itaque cuneos rursus ad bellicum ex-
ercitium armat, agmina duo armata ordinans, tubas quoque
ac clipeorum phalanges efficiens. et populus thorace indutus
astabat. nam cum acies cautius statuissent, congressionem

*) aporia] vide Spelmanni glossarium in *aporiare* et Vossium de vitiis sermonis. Fabr.

Digitized by Google

invicem agere iussit. impulsiones autem vehementes ac per-
cussiones in alterutrum efficiebantur, et habitus belli osten-
debantur, eratque horribile visu spectaculum, sine timore
periculum, et ad strages impetus sine sanguine, sed ante ne-
cessitatem necessitatis modi, quatinus unusquisque percepta
occasione caedis innocuae tutior permaneret. taliter autem
armatis omnibus praecepit ab iniustitia penitus abstinendum
et pietatem sectandum. porro cum pervenisset ad partes
Armeniae, praecurrere iussit electos. Saracenorum vero tunc
sub pactis Persarum constitutorum multitudo equitum clam
in imperatorem irruere meditabatur. viri autem imperato-
ris, qui praecurrerant, his occurrentes praetorem ipsorum
vinctum ad Heraclium adduxerunt, illisque in fugam versis
multos interemerunt. quia vero hieme accedente imperator
ad Ponticum clima divertit, visum est barbaris obsidere illum
in hoc hiemantem. at ille Persas latens atque divertens Per- p. 469
sidem properat. hoc barbari cognito in rancorem causa
insperati aditus devenerunt. Sarbarus vero, Persarum prae-
tor, accepto potentatu suo venit in Ciliciam, quatinus in
Romaniam egressus hunc dare dorsum compelleret. timens
autem ne per Armeniam in Persidem imperator ingressus
hanc turbaret, coactus est sequi post Romanum exercitum,
furari curans bellum, et per obscuram aggredi noctem. sed
e contra plenae lunae tota nocte luce fulgente, cavillatione
frustratus est, et lunam, quae sibi prius in cultu fuerat, in-
famabat, quae videlicet eclipsim ex accidente tulisset. ex
hoc ergo formidabat Sarbarus cum imperatore conflictum
aggredi, et montem conscendit quasi dorcades, intuitus ab
excelso bonam et sapienti compositam arte militiam Roma-
norum. Comperta vero imperator horum formidine in lo-
cis morabatur requietione refertis, hunc ad bellum instigans.
descendentes autem clam de monte saepe conflictus concita- p. 470
bant, sed in cunctis Romani primatum tenebant, et fiduciam
peramplius exercitus obtinebat, videntes imperatorem profi-
cientem in omnibus et audacter belligerantem. Persa vero
quidam ante breve tempus profugus inter imperatoris exer-
citum annumerabatur. hic fugiens ad Persas abiit, existi-
mans eos Romanorum exterminaturos exercitum. cum autem
formidinem eorum vidisset, post decimum diem iterum ad
imperatorem venit, et omnem liquido barbarorum pavorem
edixit. at vero Sarbarus ultra commorationem non ferens
a monte coactus est ad praelium proficisci. in tres autem
partes divisis exercitibus descendit repente illucescente die,
ante solis ascensum, praeparatus ad bellum. at imperator,
praesciens hoc, ordinat exercitus in tres aeque phalanges ad

Digitized by Google

pugnam. orto autem sole, et imperatore ad Orientem reperto, Persas obtenebravit radius quem adorabant ut deum. imperator autem finxit populum suum quasi in fugam versum. at illi solventes phalanges hos sine retentione persequi existimabant. conversi ergo Romani hos aequo animo ver-
p. 471 terunt, ex his multis peremptis. insequentes autem eos in montem, in praecipitia et loca devia immiserunt, cunctis illis contritis. inter ea praecipitia vero instar caprarum silvestrium morabantur. multos autem etiam viventes comprehenderunt. ceperunt quoque et horum exercitum et omnem suppellectilem ipsorum. porro Romani extensis in excelsum manibus deo gratias referebant, et pro imperatore, qui se bene portaverat, indeficienter orabant. qui enim antea nec Persicum audebant videre pulverem, nunc immota eorum inventa tabernacula spoliant. quis enim speravit Persarum inexpugnabile genus dorsa daturum unquam Romanis? itaque imperator exercitu cum praetore ad hiemandum in Armenia derelicto ipse Byzantium rediit.

Mundi anno 6114, divinae incarnationis anno 614, anno imperii sui 13 Heraclius profectus, a regia urbe celeriter in Armeniam properavit. Chosroes autem Persarum rex misit
p. 472 Sarbanazan cum exercitu suo in Romanorum terram intrandi. Heraclius autem scribebat ad Chosroen ut aut pacem amplecteretur, aut se sciret cum exercitu suo Persidem ingressurum. Chosroes autem nec pacem amplectebatur nec verum Heraclii sermonem arbitrabatur: non enim audere illum Persidi appropinquare putabat. sane imperator 12 calendarum Maiarum ingressus est Persidem. quo Chosroes comperto Sarbanazan reverti iussit, et collectis ex tota Perside militiis suis, et traditis eis Sain, velociter adunari eas Sarbanazae iussit, et ita contra imperatorem procedere. Heraclius autem advocato exercitu suo verbis exhortatoriis incitabat eos, dicens "viri fratres, dei timorem in mentem sumamus; iniuriam eius requirere satagamus. stemus fortiter adversus inimicos, qni multa dira in Christianis operati sunt. revereamur Romanorum imperium, quod sui ipsius et non alterius est domini, et stemus adversus hostes impiis telis armatos. induamus fidem interemptionum interemptricem. recogitemus quia intra Persarum terram consistimus, et ingens fuga periculum fert. vindicemus corruptiones virginum. recisa
p. 473 commilitonum membra nostrorum videntes cordibus doleamus. non sunt haec nullam *) mercedem habentia, sed vitae perennis praemia. stemus viriliter, et dominus deus nobis cooperabitur, et perdet inimicos nostros." cumque impera-

*) nullam F pro ullam.

Digitized by Google

tor his et aliis quamplurimis commonitionibus populum exhortatus esset, respondit ei unus pro omnibus "expandisti angustiam cordis nostri, domine, os tuum in admonitione dilatans. acuerunt sermones tui gladios nostros, et hos animatos operati sunt. expeditos nos tuis verbis exhibuisti. erubescimus te aspicientes nos in pugnis praecedere, et iussiones tuas in omnibus sequemur." imperator autem sumptis militiis mox ad Persidem interiorem accessit, igne comburens urbes et castra. fit etiam hic terribile quoddam miraculum: in aestivali quippe solstitio aër sudore factus est madidus, animos Romanorum exercitus recreans, adeo ut hinc spem optimam sumerent. audiens praeterea Heraclius quod Chosroes apud Gazaco civitatem cum quadraginta milibus bellicosorum esset virorum, impetu adversus illum perrexit; et praemissi quidam ab eo Saracenorum sibi subiugatorum Chosrois occurrunt vigiliae, et horum quosdam occiderunt, quosdam vero compedibus vinctos cum praetore ipsorum imperatori praesentaverunt. hoc comperto Chosroes, derelicta tam civitate quam militia, fuga usus est. ast p. 474
vero Heraclius insecutus quosdam praeoccupatos occidit: ceteri autem hac illacque palantes dissipati sunt. cumque pervenisset imperator ad Gazacensium civitatem, in suburbanis huius reficiebat exercitum suum. Persae vero, qui confugerant ad eum, perhibebant quod Chosroes fugiens igne consumpserit omnia sata in locis illis, et pervenerit ad civitatem Thebarman in Oriente sitam, in qua erat templum ignis atque pecuniae Croesi Lydorum regis et error prunarum. his acceptis ad partes Dastagerd iter agebat. imperator autem profectus a Gazacensium civitate pervenit Thebarmeso, et ingressus in eam igne consumpsit templum ignis, et tota civitate igne combusta persecutus est post Chosroen in angustiis regionis Medorum. Chosroes autem in his duabus regionibus de loco in locum peragrans latitabat, et Heraclius hunc persequens multas civitates devastavit et regiones. hieme vero accedente consilium faciebat ubinam hiemaret cum populo; et quidam in Albaniam perhibebant, quidam vero contra ipsum properare Chosroen. ast imperator iussit populum tribus diebus divinum oraculum praestolantem caste ac pariter conversari, sicque responso accepto in Albania hieme commorari. dum vero illuc abiens iter ageret, habens secum copiosam Persarum praedam, haud paucos incursus a Persicis cuneis pertulit. ipse vero divina coope- p. 475
ratione triumphum de omnibus tulit. praeterea cum vehemens tempestas super eum cecidisset in via, et hunc gelu praeoccupasset in Albania, haberetque quinquaginta milia

Digitized by Google

vinculatorum, compatienti corde suo misertus vincula dissolvit, diligentiam tribuit et requiem impertitus est, ita ut omnes cum lacrimis exorarent etiam Persidis eum fieri liberatorem, mundi exterminatorem trucidantem Chosroen.

Anno imperii Heraclii quarto decimo Chosroes Sarablaggan praetorem constituit, virum facinorosum et typho multum elatum, tradensque ei exercitum, eos videlicet qui dicuntur Chosrohegetae ac Perozitae, in Albaniam direxit adversus Heraclium. cumque ingressi essent in fines Albaniae, non sunt ausi ad bellandum ante faciem imperatoris stare, sed clausuras tenuerunt quae ducunt in Persidem, extimantes ei obsidendo insidiari. at vero Heraclius, cum mox ver accessisset, profectus de Albania per Yptios campos et escis largiter affluentes transitum in Persidem faciebat, licet longinquitas multae spatium viae transegerit. Sarablaggas
p. 476 vero per Arotum iter ut pote compendiosum satagebat, ut praeoccuparet eum in Persidis regione. Heraclius autem monebat populum dicens "novimus, fratres, quod militia Persarum in deviis locis pererrans tam equum eorum dissolvat quam ipsos enervet. nos autem festinemus contra Chosroen properare valde celeriter, ut ex improviso irruentes in eum turbemus illum." at vero populus huiusmodi spernebat consilium, et maxime Lazorum et Habasgorum atque Hiberorum concertatores. hinc in aerumnas incidunt: pervenit enim et Sarbarazas cum populo suo, quos omni armavit virtute Chosroes et destinavit per Armeniam adversus Heraclium. Sarablaggas vero sequebatur post tergum Heraclii, et non est cum eo in conflictum egressus, expectans uniri Sarbarazae et ita constituere praelium. cognito autem Romani Sarbarazae impetu ad metum conversi sunt, et ad pedes imperatoris cum lacrimis prociderunt, scientes quale malum sit non cedere servum domini voluntatibus, et poenitentiam agentes super inobedientia sua, quam nequiter perpetraverant. et dicebant "manum tuam da, domine, priusquam pereamus miseri: cedimus enim tibi in quibuscunque praece-
p. 477 peris." tunc imperator acceleravit congredi cum Sarablagga, priusquam uniretur populo Sarbari; et multis incursionibus adversus eum factis nocte ac die hunc in formidinem pepulit, et retro utrisque dimissis contra Chosroen velociter insecutus est. duo vero ex Romanis se ad Persas conferunt, et persuadent eis credere Romanos ex formidine fugere. contigit autem eis et alium audire rumorem, Sain scilicet praetoris Persarum adventum cum alia militia in auxilium. et hoc comperto Sarablaggas et Sarbarus decertabant Heraclium instigare ad praelium, priusquam perveniret Sain et in

Digitized by Google

se transferret victoriae gloriam. credentes quoque ex profugis properarunt adversus Heraclium, et appropinquantes ei castra metati sunt, volentes in eum simul cum mane irruere. ast Heraclius profectus a vespera iter fecit per totam noctem, et procul effectus ab eis, invento herbifero campo, castra metatus est in eo. porro barbari existimantes eum ex formidine fugere, incomposite sequebantur, ut comprehenderent illum. ipse autem occurrens eis bellum iniit adversus illos, et apprehenso colle quodam nemoroso, coacervatoque populo in ipse, cooperatione dei barbaros vertit, et per fauces hos in- p. 478
secutus multitudinem ex his copiosam occidit. cadit autem et Sarablaggas ense vulneratus in dorso. et cum hi inter agones essent, pervenit etiam Sain cum exercitu suo. et hoc verso imperator, et ex his multis occisis, reliquos fugientes dispersit. cepit quoque et apparatum sarcinae ipsorum. porro Sarbarazas unitus Sain collegit barbaros, qui salvati fuerant, et iterum disponebant contra Heraclium proficisci. ast imperator in regione Hunnorum et per horum loca difficilia festinabat in asperis locis ac deviis, barbari vero sequebantur post eum. porro Lazi una cum Abasgis formidantes subduxerunt se ab auxilio Romanorum, et in regionem suam reversi sunt. Sain autem hoc advertens furore multo una cum Sarbaro persequebatur Heraclium. sane imperator caterva collecta verbis hos exhortatus est et monimine delinivit, inquiens "multitudo vos, fratres, inimicorum non turbet: deo quippe volente unus persequetur mille. mactemus ergo nosmet ipsos pro salute fratrum nostrorum; sumamus coronam martyrum, quo et futurum nos tempus p. 479
laudet et deus reddat mercedes." his et aliis pluribus verbis audaciam exercitui conferens, hilari vultu praelium ordinat. et distantes ab invicem intervallo pusillo a mane usque ad vesperam aggressi non sunt in alterutrum. vespere vero arrepto imperator itinere pergebat. barbari vero post eum iterum sequebantur, et commutantes viam hunc praeoccupare volentes incidunt in loca palustria, et aberrantes in magnum discrimen deveniunt. imperator vero transiens fines Persarum per Armeniam peragrabat. cum autem terra illa teneretur a Persis, multi cum Sarbaro concurrerunt, ac per hoc crevit populus eius. praeterea hieme accedente dispersit multitudinem per loca ipsorum, ut requiescerent in domibus suis. quo comperto Heraclius noctu furari meditabatur bellum. cumque turbo tempestatis adesset et Sarbaro suspicio nulla incumberet, electis robustissimis equis et fortioribus ab exercitu, dupliciter hos armans, quosdam ex his praecedere contra Sarbarum iussit, ipse vero cum aliis post eos subse-

Digitized by Google

cutus est. accelerantibus ergo per noctem, et pervenienti-
p. 480 bus ad praedium cui vocabulum erat Lasbanum, hora noctis nóna, Persae, qui in eo erant et impetum cognoverant, insurrexerunt in eos. ipsi autem hos interfecerunt, uno excepto, qui hoc Sarbaro nuntiavit. at vero Sarbarus surgens ascendit equum, et nudus atque discalceatus fuga salutem mercatus est. huius autem mulieres et omnem Persicum florem, principesque ac satrapas cum electis militibus, qui in domorum tecta conscenderant et bellum contra se praeparaverant, per ignem deposuit, et alios quidem occidit, alios vero igne consumpsit, alii autem manicis et compedibus colligati sunt, ita ut pene nullus ex his qui Sarbari fuerant salvaretur. acceperunt autem et arma Sarbari, aureum videlicet clipeum, machaeram etiam et lanceam aeque auream et comptam pretiosis lapidibus zonam, nihilominus et calceamenta eius. his ita omnibus sumptis procedit contra dispersos per villas, qui scilicet comperta Sarbari fuga sine retentione fugiebant. ipse autem insecutus multos eorum occidit et vinctos accepit: reliqui cum confusione in Persidem repedarunt. porro imperator exercitu suo collecto cum gaudio in locis illis intrepidus hiemavit.

p. 481 Mundi anno 6116, divinae incarnationis anno 616, anno imperii Heraclii 15 Arabum princeps Muamet habebatur. Heraclius autem coacervato exercitu suo consilium faciebat quanam via pergeret: duae namque viae sibi adiacebant, angustae ac deviae, altera quidem Tarantum ducens, altera vero in terram Syriorum. verum illa quae Tarantum tendebat, differentior quidem erat, sed egestatem cunctarum habebat escarum: quae vero in terram ducit Syrorum, Taurum transit et abundantiam ac dapsilitatem praestat alimentorum. hanc praeferunt omnes, licet abruptior esset et nive multa severior. hac itaque labore multo transacta in septem diebus pervenerunt ad fluvium Tigrin, et hunc cum transmeassent, veniunt Martyropolim et Amidam, et quiescunt tam exercitus quam captivitas. hinc et litteras imperator Byzantium potuit mittere, et quae circa se erant omnia indicare, et ingens facere gaudium civitati. Sarbarus autem populo suo, qui fuerat dispersus, collecto insurrexit in illum. electam vero imperator alam militum ad custodiendas misit clausuras, quae ad se ducebant, et aditus, qui ad Orientem erant. ipse discurrens in faciem efficitur Sarbaro. cumque
p. 482 transmeasset Nymphion amnem, ad Euphratem pervenit, in quibus erat pons nexus ex funibus simul et navibus. at vero Sarbarus dissolutis funibus pontis ab altera ripa in alteram totum transtulit pontem. cumque imperator venisset nec va-

Digitized by Google

luisset transire per pontem, discurrens invenit meatum, et hunc inopinate Martio mense sine discrimine transfretavit, et Samosàta pervenit. rursusque cum Taurum praeteriisset, in Germaniciam est profectus, et cum transiisset ad Adana, venit ad amnem Saron. Sarbarus autem ponte rursus in proprio loco extenso absque obstaculo transfretavit Euphratem, et sequebatur post eum. ast imperator cum transisset pontem Sari, inventa requie tam exercitus quam animalium circa ipsum castra metatus est, reficiens eos. pervenit autem et Sarbarus in partem quae in contra esse ex altera parte videbatur. invento vero ponte, et propugnaculis quae in ipso erant a Romanis obtentis, castra metatus est. excurrentes autem multi Romanorum per pontem inordinate cum Persis contulerunt conflictum, multa in ipsis caede commissa. verum imperator hos inordinate prohibebat discurrere, ne forte iter fieret adversariis cum illis conveniendi ad pontem et pariter commeandi. populus autem p. 483
non acquiescebat imperatori. porro Sarbarus, quibusdam exercitus sui clam in locis abditis collocatis, ostendit se quasi fugientem, ac sic abstraxit multos Romanos praeter votum imperatoris ad insecutionem sui transeuntes. reversus autem, et his in fugam conversis, quotquot extra pontem occupavit occidit, vindictam perpessos inobedientiae. imperator vero cum barbaros vidisset insecutione ordines dissolvisse, et ex Romanis stantibus in antemuralibus *) multos extinctos, contra eos profectus est. porro quidam vir Persa giganteus imperatori occurrens hunc in medio pontis aggreditur. ast imperator hoc percusso in amnis fluenta proiecit. hoc uno ruente in fugam barbari versi sunt, et prae angustia pontis ut ranae se in flumine iaciebant; alii autem etiam gladiis trucidabantur. porro multitudo barbarorum per fluminis ripas diffusa sagittabat ac resistebat, non sinens transmeare Romanos. verum imperator transiens viriliter barbaris resistit, cum paucis quibusdam societatis suae superagonizans, ita ut etiam super hoc Sarbarus obstupesceret, et p. 484
ad Cosmam quendam iuxta se stantem, Romanorum profugum ac magaritam, diceret, "vides" inquiens "Caesarem, o Cosma, quam audax ad pugnam stet, et contra tantam multitudinem solus decertet, et velut incus iacula renuat:" ex rubris enim ocreis agnoscebatur, multasque imperator plagas, licet nullam in hoc praelio periculosam, accepit. tota vero die cum in hoc bello pugnassent, accedente vespera ab

*) antemuralibus] Matth. Par. hist. Angl. in Willielmo II: antemuralibus confractis cogerent defensores intra muros interiores se recipere. Fabr.

Digitized by Google

invicem separati sunt. et Sarbarus quidem timens per noctem retro reversus est, imperator autem populo suo coacervato ad urbem properavit Sebastiam, et cum Alyn fluvium transmeasset, in hoc gaudio totius hiemis tempore commoratus est. porro Chosroes furens misit, et tulit thesauros cunctarum ecclesiarum regionis quae sub Persis est constituta, et cogebat Christianos Nestorii fieri sectatores ad perstringendum sive percellendum imperatorem.

Anno imperii Heraclii 16 Chosroes Persarum rex novam fecit militiam, praelium initurus, peregrinos ac cives et servos ex omni natione facta electione coacervans; qua ele-
p. 485 ctione Sain tradita praetori, alia 50 milia ex phalange Sarbari electa tollens huic sociavit, nominavitque illos aureos camulos, et hos adversus imperatorem direxit. porro Sarbarum cum reliquo exercitu suo contra Constantinopolim misit, quatinus Hunnos, qui essent in Occidente, quos Avares vocant, cum Vulgaribus et Sclavis atque Gipedibus concordia sociaret, sicque adversus urbem properarent, et hanc unanimiter obsiderent. cum autem hoc didicisset imperator, exercitum suum triplici parte divisum transmisit ad custodiendum urbem, quibusdam autem traditis Theodoro fratri suo contra Sain bellare praecepit; humiliori vero parte ipse accepta in Lazicam properat, et in ipsa degens Turcos ab Oriente, quos Chazaros nuncupant, in auxilium advocat. Sain vero una cum noviter electo exercitu perveniens ad fratrem imperatoris Theodorum ad bellum armavit. deo autem per intercessiones semper laudabilis dei genitricis opitulante, bello commisso, grando mirabiliter contra barbaros cecidit eorumque plurimos perculit. at vero acies Romanorum tranquillitate potita est. vertunt autem Romani Persas, et interficiunt multitudinem copiosam. hoc comperto Chosroes ira-
p. 486 scitur contra Sain, qui ex multo animi defectu in languorem incidens moritur; cuius corpus iussu Chosrois salitum ad eum delatum est; quem ille mortuum multis submisit verberibus. porro Chazari disruptis Caspiis portis Persidem adeunt in regionem Adrahigae una cum praetore suo Zihebil, qui dignitate secundus a chagano; et in quaecunque loca peragrabant, tam Persas deprehendebant quam civitates et villas igni tradebant. profectus vero imperator a Lazica his occurrit. Zihebil autem hoc viso accelerans complectitur collum eius et adorat eum, Persis civitatis aspicientibus: universus autem Turcorum populus in terram cadentes, ac proni super faciem extenti, imperatorem honorant honore qui est apud gentiles extraneus. similiter principes eorum supra saxa conscendentes eodem schemate procidunt. obtulit autem

Digitized by Google

Zihebil imperatori etiam filium suum primogenitum, huius sermonibus delectatus, et eius tam vultum quam prudentiam admiratus. electisque Zihebil quadraginta milibus virorum fortium dedit ea in auxilium imperatori. porro ipse reversus est in regionem suam. his autem acceptis imperator contra Chosroen procedit. at vero Sarbarus Chalcedonem p. 487
properans, Avaresque a Thrace urbi propinquantes, hanc depopulari volunt, et multis machinis adversus eam commotis, et navium sculptarum ex Istro multitudine infinita seu innumerabili delata, sinum cornu repleverunt. decem sane diebus urbem obsidentes, bellumque terra marique gerentes, dei virtute pariter et cooperatione, nec non et intemeratae dei matris et virginis intercessionibus superati sunt. quin et multitudine copiosa suorum tam in terra quam in mari deposita, cum ingenti confusione ad loca sua reversi sunt. porro Sarbarus Chalcedonem obsidens non emigravit, sed ibidem hiemavit, tam incursiones agens quamque depraedans confinales partes, et civitates igne disperdens.

Anno imperii sui 17 Heraclius a mense Septembrio ingressus Persidem una cum Turcis inopinate propter hiemem in ecstasim misit Chosroen, cum hoc didicisset. at vero Turci tam hieme quam frequentibus Persarum incursibus contemplatis, non ferentes pariter cum imperatore, laborare coeperunt paulatimque diffluere, et omnes eo dimisso reversi sunt. ast imperator allocutus est populum suum dicens "scitote, fratres, quia nemo nobis vult auxiliari nisi so- p. 488
lus deus, et quae hunc peperit sine semine mater, ut ostendat potentiam suam, quoniam non in multitudine populorum seu armorum est salus, sed in eos qui sperant super misericordia eius, mittit adiutorium suum." at vero Chosroes coacervatis cunctis militiis suis praetorem provehit super illas Rhazantem, virum bellicosissimum ac fortissimum, et hunc adversus Heraclium destinat. at imperator civitates Persidis atque castella igni tradidit, et accedentes Persas rhomphaea consumit. septima vero idus Octobris pervenit in regionem Chamaitha, et refocillavit populum per integram hebdomadam. Rhazates autem veniens Ganzachum post eum factus est et secutus, Romanis ante pergentibus et consumentibus escas. ipse vero post tergum, ut canis famem patiens, vix de micis eorum nutriebatur; et cum non inveniret sumptus, multa ex animantibus ipsius consumpta sunt. kalendis autem Decembribus venit imperator ad fluvium magnum Zaban, et cum hunc transiisset, castra metatus est iuxta Ninive civitatem. venit autem Rhazates penes vadum secutus eum, et cum descendisset tribus miliariis, reperit aliud vadum et

p. 489 transivit. ast imperator misso Bahani magistro militum cum paucis electis militibus, invenit bandum Persarum, et cum eius comitem occidisset, detulit caput eius et totam auream spatham ipsius, nonnullisque peremptis vivos duxit ad imperatorem sex et viginti. in quibus erat et spatharius Rhazati, qui et nuntiavit imperatori quod pugnare contra eum Rhazates vellet, sic a Chosroe iussus, et tria milia in auxilium armata miserit ei, quae tunc nondum pervenerant. his compertis imperator praemisit sarcinam ante se, ipseque subsecutus est, tractans qualiter inveniret locum in quo pugnare deberet, priusquam unirentur eis illa tria milia. repertoque campo apto ad praelium, allocutus populum aciem ordinavit. Rhazates vero cum pervenisset, et ipse praelium dirigit in cuneis tribus, et contra imperatorem processit. pridie sane idus Decembris gestum est bellum, et ante omnes prosiliens imperator principique Persarum occurrens, divina virtute deique genitricis opitulatione hunc deiecit, et qui cum ipso erant exilientes antea fugerunt. rursusque imperator alii occurrens et hunc quoque deposuit. irruit autem
p. 490 adversus eum etiam tertius, qui dedit ei cum mucrone in labium et hoc illi plagam inflixit. ast imperator et hunc extinxit. et tubis clangentibus congressae sunt in invicem partes utraeque. et cum pugna valida gereretur, plaga vulneratus est a peditibus Phalba imperatoris equus, qui dicebatur Dorcon, in femore lanceae ictu percussus. multas autem et spatharum in facie percussiones accepit, sed ferens tegmen ex nervis contextum plagam mortiferam non sumebat. cadit autem in hoc bello Rhazates et tres turmarchae Persarum et principes fere cuncti atque pars maior exercitus ipsorum. occisi autem sunt etiam Romani numero quinquaginta, et vulnerati nonnulli, ex quibus scilicet mortui sunt decem. porro bellum gestum est a mane usque ad horam nonam. tulerunt interea Romani banda Persarum viginti octo, exceptis his quae confracta sunt, et dispoliatis mortuis acceperunt loricas eorum et cassides, nec non et omnes currus ipsorum. et manserunt ab invicem sequestrati quantum est duplex sagittae iactus: fuga namque facta non est. verumtamen Romani animantia sua nocte et adaquaverunt et acceperunt.
p. 491 equites vero qui ultra erant, steterunt usque ad septimam horam noctis super tabernacula mortuorum Persarum, ac octava hora noctis moti repedaverunt ad castra sua, et his acceptis abierunt, et castra metati sunt ad pedem montis asperi metuentes. multas praeterea spathas auro circumclusas et zonas aureas cum gemmis et scutum Rhazati totum auro respersum acceperunt, habens petala centum viginti, et

Digitized by Google

loricam ipsius ex auro contextam, et scaramaggin eius detulerunt cum capite ipsius, atque dextralia *), et sellam totam ex auro fabrefactam. porro tentus est vivus Barzamuses princeps Hiberorum sub Persis degentium. nemo autem recolit huiusmodi bellum inter Romanos et Persas, quod videlicet per totum diem habuit statum, viceruntque Romani. verum hoc factum est solo dei iuvamine. imperator vero a se confortatum exercitum contra Chosroen minabat **), quatinus hunc deterreret. porro 13 kalendas Ianuarias comperto imperator quod populus Rhazati, qui ex hoc bello evasit, unitus fuerit tribus milibus quae a Chosroe destinata fuerant, p. 492
et sequeretur post se, ceperintque Ninive, transmeans magnum Zaban, mittit Georgium turmarchen cum mille militibus, quo curreret ad retinendum pontes minoris Zaban priusquam id Chosroes cognosceret. cumque cucurrisset Georgius noctu miliariis quadraginta octo, tenuit quattuor pontes minoris Zaban, et inventos in castellis Persas obtinuit. decimo praeterea kalendarum Ianuariarum perveniens imperator ad pontes transfretavit, et divertit in domos Hiesdem, et refecit tam exercitum quam animantia, fecitque nativitatis Christi festivitatem in eodem loco. comperto vero Chosroes quod Romani tenerent pontes minoris Zabae, misit ad Persicum populum, cui Rhazates praeerat, ut oppido festinantes praevenirent imperatorem et ad ipsum pergerent. accelerantes autem illi, et transmeantes minorem Zaban in aliis locis, praevenerunt imperatorem atque praeibant. cumque imperator palatium quod dicebatur Dezeridan cepisset, hoc destruxit atque combussit. at vero Persae cum pontem Tornae fluminis pertransissent, ibidem castra metati sunt. ast imperator comprehenso alio palatio Chosrois, quod vocabatur Rusa, et hoc subvertit. ceterum verebatur quod in ponte Tornae fluminis hostes forent contra se bellaturi. sed hoc illi scientes relicto ponte fugerunt. interea imperator cum sine impedimento transiisset, apprehendit aliud palatium cogno- p. 493
mento Bechal, ubi et hippodromium aedificaverat. sed et illud casui dedit. sane quidam Armeniorum, qui cum Persis aderant, venerunt ad imperatorem noctu dicentes "Chosroes cum elephantibus et exercitu suo quinque milibus citra palatium suum, vocabulo Dastagerd, in loco nuncupato Barasrach castra metatus est, et mandavit totum illic exercitum convenire, ut adversus te praelietur: est enim illic et

*) dextralia] Glossae Isidori: dextralia brachialia. adde Flodoard. hist. Rem. 2 6. Fabr.

**) minabat] Act. Apost. 18 16: et minavit eos. utitur vetus Iuvenalis schol. v. Papiam in abigeus. Fabr.

Digitized by Google

fluvius meatibus carens, qui artum pontem habet et angustias prae habitationibus multas, nec non et foetidi rivi." imperator ergo consilio cum principibus inito et exercitu sedit in palatio Bechal: reperit quippe in una ex porticibus eius saginatas aves trecentas, et in alia porticu capreas saginatas quingentas, porro in alia saginatos agnos centum, quae populo cuncta donavit. et kalendas Ianuarias illic fecerunt. denique inventis ovibus et porcis et bobus, quorum non erat numerus, requievit populus universus, epulantes et glorificantes deum. praeterea comprehensis eis qui ista conferebant, didicerunt ab illis liquidius quod Chosroes a 23 die Decembris mensis, comperto quod imperator transiisset
p. 494 pontem Tornae, confestim motus fuerit de palatio quod erat in Dastagerd, cum magna Ctisiphontem celeritate petiturus, onustis ex omnibus pecuniis, quas habebat in palatio, tam elephantibus quam camelis atque burdonibus *) ministerii sui, scribens et populo Rhazat ut ingrederentur idem palatium et principum domos, et quicquid in his inveniretur auferrent. itaque imperator dimidium quidem exercitum misit ad Dastagerd, ipse vero per aliam viam abiit ad aliud palatium quod cognominabatur Bebdarach. et his ruinis et igni traditis gratias egere deo, qui per intercessiones dei genitricis talia miracula patrat: quis enim speravit unquam fugere Chosroen a facie Romani principis de palatiis suis quae erant in Dastagerd, et petere Ctisiphontem, dum a viginti quattuor annis passus Ctisiphontem videre non fuerit, sed in Dastagerd regalia eius erant. invenerunt autem populi Romanorum in palatiis eius apud Dastagerd 300 Romanorum banda, quae per diversa ceperunt tempora. invenerunt etiam et species, quae remanserant, multas, aloes scilicet multam, et ligna aloe magna, ex quibus unumquodque 70 pondus habebat vel 80 librarum, et sericum copiosum, ac piper, et chalbasias **) camisias multas, sachar quoque atque zingiber et alias species ultra mensuram vel numerum; quidam vero et argentum et holoserica vestimenta, lectisternia seu acu tapetia contexta, quorum erat copia multa, eruntque omnia bona valde, quae propterea quod gravia essent,

*) burdonibus] utitur Ulpianus in leg. 49 de legat. 3 Chrysostomus ep. 14: *εἶτα ὁ βόρδων ὁ φέρων ἡμῶν τὸ λεκτίκιον.* Theophanes: *ὅταν εἰς βουρδώνην καθέζωμαι.* Constantinus Tact. p. 12: *ἔχε δὲ καὶ βορδόνια καὶ ἱππάρια.* adde Ioannem Moschum Limon. 101 et 125, Hist. Trip. 7 5. Fabr.

**) chalbasias] v. Hieronymi epistolam ad Fabiolam et gloss. ad Cedren. Fabr.

Digitized by Google

penitus incenderunt. sed et tentoria Chosrois atque corti-
nas, quas in modum tendebat porticuum, quando in campo
castra metabatur, cuncta cremarunt, quin et statuas eius mul- p. 495
tas. invenerunt autem et in his palatiis aviaria et dorcades
et asinos agrestes et pavones et fasianos infinitae multitudi-
nis, nec non in vivario eius leones ac tigrides mirae ma-
gnitudinis vivos. de cetero confugerunt ad imperatorem
plurimi ex captivis, Edesini scilicet et Alexandrini, sed et ex
aliis urbibus multitudines copiosae. fecit interea imperator
festivitatem luminum penes Dastagerd laetatus, et recreans
tam populum quam iumenta, quin et Chosrois palatia de-
struens, aedificia videlicet quae erant comptissima et admi-
randa, domosque stupendas, quas usque ad pavimentum de-
posuit, quatinus Chosroes edisceret quam durum habuerint
Romani dolorem urbibus suis desolatis ab eo nihilominus et
incensis. tenti autem sunt et ex aulicis palatii multi, qui inter-
rogati quando discesserit Chosroes a Dastagerd, asseruerunt
"ante 9 dies prius quam vos veniretis. audito adventu vestro
latenter pertuso muro civitatis, qui est iuxta palatium, temere
per hortos exivit, ipse et uxor et filii eius, ne fieret tumul-
tus in civitate." et neque militiae ipsius cognovere neque
principes eius, usquequo miliariis quinque perrexit, siquidem
tunc mandavit quo se sequerentur Ctisiphontem tendentes. p. 496
et is qui non poterat quinque miliaria facere per diem, fu-
giens fecit viginti quinque, mulieresque ac filii eius, qui se
prius alterutros non videbant, tunc mixtim fugiebant invicem
impellentes. cumque nox accessisset, introivit Chosroes in
domum agricolae nihili, in cuius ostio vix manere praeva-
luit; quod videns postmodum Heraclius admiratus est. per
tres autem dies adiit Ctisophontem. sane Chosroes respon-
sum acceperat a maleficis et astrologis ante quattuor et vi-
cenos annos, quando Ducas depopulatus est temporibus Pho-
cae Romani principis, quod tempore quo adiret Ctisophon-
tem periret. et idcirco non est passus a Dastagerd extunc
in partem illam uno saltem miliario pergere, sed hinc fu-
giens ad hanc abiit. verum nec in ipsa persistere ausus est,
sed transiens pontem Tigridis fluminis civitatem ultra posi-
tam adiit, quae quidem apud nos Seleucia, apud Persas vero
Guheser vocitatur, in qua omnes pecunias reposuit. sedit-
que illic cum Sirem uxore sua et aliis tribus mulieribus,
quae et filiae ipsius erant; reliquas vero mulieres suas mul- p. 497
tosque liberos suos quadraginta milibus longe transmisit ad
interiorem partem Orientis in munitissimum locum. quidam
sane Persarum derogaverunt Sarbaro penes Chosroen, quod
cum Romanis sentiret et illi detraheret; et misit spatharium

Digitized by Google

suum cum iussione ad Cardarigam, compraetorem Sarbari, Chalcedonem, scribens ei ut Sarbarum interficeret, et ipse populo Persarum recepto acceleraret in Persidem in auxilium sui. is autem qui litteras deferebat circa Galatiam comprehenditur a Romanis; quo comprehenso, et nescientibus Persis, hunc Byzantium deduxerunt et imperatoris filio tradiderunt. ast imperator a misso cognita veritate protinus Sarbarum accessit: qui cum introisset, astitit imperatori. imperator autem huic epistola, quam Chosroes ad Cardarigam miserat, tradita, missoque ostenso, legit epistolam. at ille certus veritate rei effectus, continuo conversus foedera cum filio principis et patriarcha fecit; qui falsa Chosrois epistola facta, addit in ea etiam alios quadringentos satrapas et prin-
p. 498 cipes et tribunos et centuriones interimendos, et imposito ingeniose adiuvento signaculo, congregatisque ducibus et ipso Cardariga, et lecta epistola, dixit ad Cardarigam "perspicis ut hoc facias." at vero principes furore referti, abdicato Chosroe, imperatori pacifica pacta patrarunt, et mutuo inito consilio placuit ut Chalcedone discederent et ad propria repedarent, nihil exterminaturi. praeterea Heraclius scripsit Chosroi "ego persequor et ad pacem curro: non enim voluntarius igne consumo Persidem, sed vim passus abs te. proiiciamus ergo saltem nunc arma, et pacem amplectamur. extinguamus ignem priusquam universa inflammet." cumque Chosroes hoc non admisisset, magnopere odium populi Persidis crevit adversus eum. movit ergo Chosroes homines principum suorum et omne obsequium suum atque mulierum suarum, et hos armatos cunctos direxit exercitui uniendos Rhazati, et staturos apud Narbam fluvium duodecim milibus a Ctisophonte distantem, et iussit eis ut dum amnem
p. 499 transiret imperator, inciderent pontes. ast imperator septimo idus Ianuarias motus a Dastagerd, cum abiisset tribus diebus, castra metatus est duodecim milibus pocul a Narba flumine, ubi erat Persarum exercitus, inter quos habebant etiam et elephantes ducentos. et misit imperator Georgium turmarchen Armeniacorum, ut iret usque ad flumen, et disceret utrum Narbas vadum haberet. et cum invenisset quod pontes incidissent et vadum non esset, ad imperatorem reversi sunt; qui motus Siazuron adit, et circuibat incendens regionem et urbes per totum Februarium mensem. Martio vero mense cum venisset in praedium quod dicebatur Barzan, facere *) septem dies, et misit Mezeticum praetorem in cursum, et adiun-

*) facere] Papinianus in l. miles ad leg. Iul. de adult.: ne sibi computarentur dies quos in custodia fecisset. Lupus epist. 20:

Digitized by Google

ctus est ei Gundabundas chiliarchus militiae Sarbari cum aliis quinque, tribus quidem comitibus, duobus vero axiomaticis*), et duxit eos ad imperatorem. qui, videlicet Gundabundas, res necessarias imperatori annuntiavit, dicens "quando fugit Chosroes a Dastagerd et adiit Ctisophontem atque Seleuciam, dysenteriae languorem incurrit, et voluit filium suum Merdasan, quem genuit ex Sere, coronare. atque regressus iterum amnem transivit, et secum duxit Merdasan p. 500
atque Serem et alium filium eius Aak; primogenitum autem filium Sirohen et fratres eius, nec non et mulieres suas, dimisit ultra flumen. compertoque Sirohes quod Merdasan coronare vellet, turbatus est, et misit collactaneum suum ad Gundabundan, mandans ei ac dicens 'veni cis flumen, ut loquar tecum.' at ille timuit Chosroen, et non transivit, sed mandat ei, 'scribe' inquiens 'mihi per collactaneum meum quidquid volueris.' et scripsit ei Sirohis quoniam nosti qualiter res publica Persarum per nequam hominem istum Chosroen pereat, et vult coronare Merdasan, et me primogenitum suum contempsit. et si allocutus fueris exercitum ut recipiant me, et rogas eorum augebo, et pacem cum Romanorum imperatore ac Turcis faciam, et bene vivemus. et stude cum populo tuo ut ego regnem, et omnes vos proveham et auxiliabor, et praecipue te. Gundabusas autem remisit ei per collactaneum suum dicens 'quicquid possum loquar cum praetore, et sollicitus fui, et locutus sum cum viginti duobus comitibus, et feci eos meae voluntatis esse; sed et alios principes et milites multos.' et haec quidem p. 501
Gundabusas mandavit Sirohi. at ille remisit ei dicens ut decimo kalendarum Apriliarum sumeret iuniores, et apud pontem ei Tigridis occurreret fluminis, ut susciperent eum in exercitum et moverentur adversus Chosroen. referebat autem quod cum Sirobi essent etiam duo filii Sarbarazan et

facere nobiscum dies aliquot valeas. Rufinus interpres Eusebii H. E. 10: quinque annos inter catechumenos faciant. Acta Fructuosi episc. Tarracon.: et fecerunt in carcere dies sex. Vetus inscriptio: cum qua fecit annos 9 menses 6 dies 25. alia: cum marito fecit m. 5 d. 20. S. Athanasius in vita S. Antonii: *ἔξω πολλάκις ἡμέρας καὶ νύκτας ποιοῦντες*. v. Acta apost. 18 23 et epist. Iacobi 4 13. Fabr.

*) axiomaticis] Glossarium: *ἀξιωματικός* honorarius, qui honorem gerit. aliud Glossarium: dignitosus *ἀξιωματικός*, qui in dignitate constitutus est. utitur postremo verbo Aldhelmus de laud. virginit. c. 28: propter dignitosam innocentiae palmam, i. e. dignatione venerandam. Fabr.

Digitized by Google

filius Hiesdem et alii multi principum filii atque filius Aram, omnes electi, et quod siquidem potuerint Chosroen perimere, bene et optime: sin autem, omnes cum Sirohi confluent ad imperatorem. et misit me Sirohis ad te, domine: veretur enim imperium Romanorum, quoniam, inquiens, Chosroen quondam salvavit, et multa ex eo mala Romanorum terra perpessa est, et quia propter illius ingratitudinem nec mihi credere habet imperator. verum ille hunc ad Sirohin rursus absolvit, mandans ei ut carceres aperiret, et retentos in eis Romanos educeret, et arma eis tribueret, sicque contra Chosroen sese moveret. porro Sirohis obediens imperatori,
p. 502 retrusis eductis, properavit contra patricidam patrem, Chosroen scilicet. cumque ille fugere tentasset nec valuisset, tentus et valide vinctus ferreis est compedibus tam post tergum manibus quam pedibus colligatis; cui et circa collum pondera ferrea imponunt, et mittunt eum in domum tenebrarum, quam ipse munivit a novitate construens ad recondendas pecunias, panisque parum ei et aquae tribuentes hunc fame necabant: ait enim Sirohis "comedat aurum, quod incassum collegit, et propter quod etiam multos fame necavit mundumque delevit." porro misit Sirohis ad eum satrapas hunc iniuriis impetendum et conspuendum. et adductum Merdasan filium eius, quem coronare volebat, ante se occidit, et reliquos filios eius cunctos in conspectu eius interemerunt, et misit omnem inimicum eius iniuriis cumulare et percutere et conspuere illum. denique per quinque dies hoc facto, iussit Sirohis hunc arcubus interficere; sicque paulatim in malis nequissimam suam tradidit animam. tunc Sirohis scripsit ad Heraclium evangelizans ei scelerati Chosrois interitum, pacemque iugem cum eo ac firmissimam pe-
p. 503 pigit, omnibus Christianis, qui in carceribus et in omni Perside captivi tenebantur, ei remissis, una cum Zacharia Hierosolymitano praesule ac pretiosis et vivificis lignis, quae fuerant ex Hierosolymis a Sarbarazan, cum Hierusalem cepisset, ablata.

Anno imperii Heraclii decimo octavo rex habetur Persarum Sirohis, qui anno regnavit uno, quando et Moamed Arabum seu Saracenorum princeps sub Persis degens sextum agebat annum, perventurus ad nonum. interea facta pace cum Persis atque Romanis, direxit imperator Theodorum fratrem suum cum litteris et hominibus Sirohis regis Persarum, quatinus Persae, qui in Palaestina et Edessa et Hierosolymis et ceteris urbibus Romanorum essent, cum pace reverterentur in Persidem et innocue terram Romanorum transirent. postremo imperator cum sex annis Persidem ex-

Digitized by Google

pugnasset, septimo anno pace percepta cum ingenti gaudio Constantinopolim remeavit, mysticam in hoc quandam theoriam adimplens. in sex quippe diebus deus universa condita creatura septimam requiei diem vocavit: ita et ipse in sex annis, multis impensis laboribus, septimo anno reversus ad urbem cum pace ac tripudio requievit. porro populus civitatis, adventu ipsius audito, intolerabili cuncti desiderio in p. 504
Hieriam obviam illi una cum patriarcha et Constantino imperatore filio eius egressi sunt, portantes ramos olivarum et lampades, laudantes cum gratulatione ac lacrimis. accedens autem filius eius cecidit ad pedes ipsius, et cum amplexatus esset eum, infuderunt ambo lacrimis terram. hoc autem populus inspecto, universi deo hymnos gratificos retulerunt. sicque demum suscepto imperatore urbem exultantes ingressi sunt.

Anno imperii Heraclii 19 Persis rex Adesir septem mensibus praefuit. imperator autem profectus a regia urbe, cum mox ver accessisset, Hierosolymam tendit, pretiosa illuc et vivifica ligna reportans ad gratiarum deo actiones reddendas. cumque Tiberiadem adiisset, accusavere Christiani Beniamin quendam nomine quasi mala sibi facientem: erat enim admodum opulentus; qui suscepit imperatorem et exercitum eius. ast imperator damnavit eum, "quamobrem" inquiens "molestus es Christianis?" qui ait "ut inimicis fidei meae." p. 505
tunc imperator admonitum hunc et ad credendum suasum baptizavit in domo Eustachii Neapolitani, qui et ipse, cum Christianus esset, imperatorem excepit. ingressus itaque imperator Hierosolymam, restituto tam Zaccharia pontifice quam almae crucis honorandis ac vivificis lignis in proprium locum, plurimas deo grates egit, pulsisque ab urbe sancta Hebraeis iussit non habere illos potestatem propius almae civitati quam tribus milibus appropinquandi. cum autem pervenisset ad Hedessam, orthodoxis ecclesiam reddidit, quae a Nestorianis a Chosrois tempore tenebatur. et veniens Hierapolim audivit quod Sirohis rex Persarum diem clausisset extremum, et Adesir huius filius ei in regni regimine successisset, qui cum septem mensibus tenuisset principatum, insurrexit adversus eum Sarbarazas, qui eo percusso imperavit Persis mensibus duobus. hoc autem Persae interfecto Baranin praetulerunt in regem, filium Chosrois, qui regnum Persarum septem tenuit mensibus. porro huic successit Hormisdas, quo a Saracenis pulso factum est regnum Persarum sub Arabibus usque in hodiernum diem.

Mundi anno 6121, divinae incarnationis anno 621, anno p. 506

Digitized by Google

imperii Heraclii 20 Hormisdas regnat in Persis. cum autem Heraclius esset apud Hierapolim, venit ad eum Athanasius patriarcha Iacobitarum, vir acris et nequam ingenii, Syrorum inditas versutias possidens: et moto de fide ad imperatorem sermone, repromisit ei Heraclius, si Chalcedonensem synodum suscepisset, patriarcham illum Antiochiae se fore facturum. at ille simulate suscepit synodum, confitens duas unitas in Christo naturas. interrogavit autem imperatorem de operatione ac voluntatibus, qualiter oporteret in Christo dici duplas aut simplas. tum imperator vocis novitate consternatus, scribit Sergio Constantinopoleos episcopo. advocat etiam et Cyrum Phasidis antistitem, et hoc interrogato reperit eum consentientem Sergio in unam voluntatem et unam operationem. Sergius enim, utpote Syrus genere ac parentibus Iacobitis existens, unam naturalem voluntatem et unam operationem in Christo rescripsit atque confessus est. ast imperator utriusque acquiescens consilio reperit et Atha-
p. 507 nasium eis consentientem: noverat enim quod ibi una operatio reperitur, ubi et una natura cognoscitur. certus autem imperator super hoc factus scribit ad Ioannem papam Romanum praedictorum sententiam; qui eorum nequaquam sectam admisit. porro Georgio Alexandrino defuncto mittitur Cyrus episcopus Alexandriae praeferendus, qui unitus Theodoro episcopo Faran fecit decoloratam hydram illam unitatem, imo vanitatem, unam et ipsi scribentes in Christo naturalem operationem. his ita prosequentibus in ingens opprobrium Chalcedonense concilium et catholica corruit ecclesia: gloriabantur enim Iacobitae ac Theodosiani, perhibentes quia synodo Chalcedonensi non nos, sed potius Chalcedonensis synodus nobis communicavit, per unam operationem unam confitendo naturam Christi. inter haec Sophronius consecratur episcopus Hierosolymitanus, qui congregatis sub se degentibus episcopis impium monothelitarum, id est unam voluntatem dogmatizantium, dogma mucrone anathematis perculit, et synodica Sergio Constantinopolitano et Ioanni Romano papae transmisit. his ergo auditis Heraclius confusus est, et destruere quidem propria nolebat, et rursus opprobrium non ferebat. tunc ergo Heraclius, ut magnum quidem facere arbitrans, exponit scriptum illud quod nuncupatur edictum, continens neque unam neque duas in Chri-
p. 508 sto operationes dicendas. quo lecto hi qui quae Severi sunt sapiunt, in popinis et balneis catholicae detrahebant ecclesiae, perhibentes "primum quidem quae sunt Nestorii Chalcedonitae sentientes resipuerunt, ad veritatem conversi, et uniti nobis per unam operationem et unam Christi naturam.

Digitized by Google

nunc autem poenitentes super bene se habente sensu amiserunt utrumque, neque unam neque duas in Christo confitentes." post mortem vero Sergii Pyrrhus Constantinopolitanum suscepit thronum, qui quae praedicta sunt a Sergio ac Cyro impie roboravit. Heraclio autem mortuo, cum Constantinus filius eius imperaret, Pyrrhus una cum Martina veneno hunc interfecit, et imperat Heraclonas Martinae filius. porro senatus et tota civitas Pyrrhum ut impium cum Martina et filio eius repulerunt. et imperat Constans filius Constantini, et consecratur Paulus episcopus Constantinopoleos, et ipse haereticus. Ioannes autem Romanus praesul collecto episcoporum concilio monothelitarum haeresim anathematizavit. similiter et in Africa, penes Byzacium videlicet Numidiam et Mauritaniam diversi episcopi convenientes monothelitas anathemate perculerunt. Ioanne sane dormiente p. 509
Theodorus consecratur pro eo papa. Pyrrhus vero cum pervenisset ad Africam, mutuis cum sanctissimo Maximo videtur aspectibus, abbate videlicet religiosissimo in monachicis correptionibus, nec non et divinorum illic consistentium pontificum praesentatur obtutibus, qui hunc redargutum et persuasum Romam ad papam Theodorum direxere; qui orthodoxiae libello tradito papae ab eo receptus est. interea cum Roma discessisset Ravennamque pervenisset, ut canis ad vomitum suum conversus est. quo papa Theodorus comperto, plenitudine convocata ecclesiae ad sepulcrum verticis apostolorum accessit, et divino calice postulato ex vivifico sanguine atramento stillavit, et ita propria manu depositionem Pyrrhi et ei communicantium facit. praeterea Pyrrhus cum Constantinopolim pervenisset, obeunte Paulo audaces haeretici Pyrrhum denuo throno Constantinopolitano praeficiunt. Theodoro autem papa defuncto Martinus sanctissimus Romae consecratur antistes. cum autem Maximus ab Africa Romam pervenisset, papamque Martinum ad aemulationem accendisset, synodo centum et decem episcoporum collecta Sergium et Pyrrhum et Cyrum et Paulum anathe- p. 510
matizarunt, duasque voluntates et operationes Christi dei nostri expressius praedicarunt atque firmarunt. ceterum nono anno imperii sui Constans nepos Heraclii, indictione octava, his agnitis furore repletus, SS. Martinum et Maximum Constantinopolim ductos et cruciatos apud Chersonam et alia climata exilio relegavit, multos etiam Hesperiarum episcoporum punivit. qui *) motus zelo dei, synodo sacra et ipse

*) qui] exciderunt haec: μετὰ δὲ τὴν ἐξορίαν Μαρτίνου Ἀγάθων χειροτονεῖται πάπας Ῥώμης. Fabr.

Digitized by Google

convocata, monothelitarum haeresim abdicavit, duas voluntates et operationes explanans. taliter ergo ecclesia tunc per imperatores et impios sacerdotes turbata, surrexit desolatorius Amalec feriens nos populum Christi, et fit prima ruina terribilis Romani exercitus, illa scilicet quae secundum Gabatan et Hermuchan ac Dathemitarum *) effusione sanguinis est effecta, post quam Palaestinarum et Caesariensium ac Hierosolymarum excidia, dein Aegyptius interitus, ac deinceps mediterraneorum et insularum, totiusque Romaniae **) captiva-
p. 511 tio, sed et patrata in Phoenice omnimoda Romani exercitus et classis perditio, omniumque Christianorum praelium atque locorum destructio, quae non cessavit donec ecclesiae persecutor in Sicilia male peremptus est.

Mundi anno 6122, divinae incarnationis anno 622, anno imperii Heraclii 21 Ioannes papa Romanus habetur. hoc etiam anno Maometh Saracenorum, qui et Arabum princeps et pseudopropheta, moritur, promoto Abubacharo cognato suo ad principatum suum. ispoque tempore venit auditio eius, et omnes extimuerunt. at vero decepti Hebraei in principio adventus eius existimaverunt esse illum qui ab eis expectatur Christus, ita ut quidam eorum, qui intendebant ei, accederent ad ipsum et eius religionem susciperent, Moysis inspectoris dei dimissa. erant autem numero decem, qui hoc faciebant, cum ipso quoque degebant usque ad caedem eius. porro cum aspicerent eum comedentem de camelo, cognoverunt quod non esset quem existimabant, et baesitabant quid agerent, et religionem eius dimittere formidantes miseri docent eum contra nos Christianos illicita, et conversabantur cum ipso. necessarium autem reor enarran-
p. 512 dum de generatione eius. is ex una generalissima tribu oriundus erat, Ismahelis videlicet, filii Abrahae. Nizarus enim, Ismahelis pronepos, pater eorum omnium ducitur. hic gignit filios duos, Mudarum scilicet et Rhabian. Mudarum gignit Curasum et Chaison et Theominem et Asadum et alios

*) *Dathemitarum* factum esse videtur ex *τὴν ἄθεσμον*. Fabr.

**) Romaniae] Anna Comn. Alex. 8: *αὖθις τῇ Ῥωμανίᾳ ἐπανεσώσατο.* *Ῥωμανία* imperium Romanum, orbis Romanus. interdum imperium Orientale. Idatius in Fastis consul.: his coss. (Tusco et Annulino) Carporum gens universa in Romania se tradidit. item: his coss. (Valente Aug. et Valentiniano iun. Aug.) victi et expulsi sunt Gothi a gente Hunnorum, et suscepti sunt in Romania pro misericordia iussione Aug. Valentis. Balsamon ad can. 14 concilii Chalcedon. v. Io. Seldeni commentarium ad Eutychii Origines p. 153 et 159. Fabr.

Digitized by Google

ignotos. hi omnes habitabant Madianiten heremum, et in eo nutriebant pecora, in tabernaculis conversantes. sunt autem et his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum sed ex Lettam, videlicet hi qui vocantur Ammanitae, id est Homeritae. quidam sane ipsorum negotiabantur in camelis suis. cum autem inops et orphanus praedictus esset Maometh, visus est sibi ad quandam intrare mulierem locupletem et cognatam suam, nomine Chadigan, mercenarius ad negotiandum cum camelis suis apud Aegyptum et Palaestinam. paulatim autem fiducia penes ipsam percepta mulierem, quae vidua erat, et accepit eam uxorem, et habuit camelos ipsius atque substantiam. cumque veniret in Palaestinam, conversabatur cum Iudaeis et Christianis. capiebat autem ab eis quasdam scripturas. porro habebat passionem epilepsiae. quo comperto p. 513
huius coniux oppido tristabatur, utpote nobilis, et quae se huiusmodi copularit, egeno scilicet et epileptico. procurat vero ipse placare illam taliter, dicens quia visionem quandam angeli Gabrielis dicti contemplor, et haud ferens huius aspectum mente deficio et cado. ipsa vero cum haberet adulterum quendam propter infidelitatem ibidem exulem habitantem, amicum suum, indicavit ei omnia, et nomen angeli. at ille volens eam reddere certam dixit ei "veritatem locutus est: etenim iste angelus mittitur ad cunctos prophetas." ipsa ergo prima suscepto pseudomonachi verbo credidit ei, et praedicavit id aliis mulieribus contribulibus suis, prophetam eum esse; et taliter ex feminis fama venit ad viros, primo duntaxat ad Abubacharum, quem et successorem dimisit. et tenuit haeresis eius partes Ethribi, postremo per bellum. nam primum quidem occulte annis decem, et bello similiter decem, et manifeste novem. docuit autem auditores suos quod qui occidit inimicum vel ab inimico occiditur, in paradisum ingreditur. paradisum vero carnalis cibi ac potus p. 514
et commixtionis mulierum perhibebat, fluviumque vini ac mellis et lactis, et feminarum non praesentium sed aliarum, et mixturam multorum annorum futuram, et affluentem voluptatem, nec non et alia quaedam luxuria et stultitia plena, compati tamen invicem et auxiliari patienti. porro eodem anno natus est in Oriente David filius eius, eodemque die natus est Heraclius filius Heraclii iunioris, qui et Constantinus appellatus est et baptizatus est a Sergio patriarcha.

Anno imperii Heraclii 22 Modestus Hierosolymitanus habetur antistes et Abubacharus dux Arabum, qui tribus principatus est annis. Persae vero insurrexerunt invicem, et sese mutuo debellant. per idem quoque tempus rex Indorum mittit congratulatoria Heraclio in Persarum victoria,

Digitized by Google

margaritas scilicet et lapides pretiosos multos. mortuus autem Maometh erat, qui statuerat quattuor amireos expugnandi
p.515 Christianos, qui ex Arabum genere fuerant. et venerunt contra Mucheas castellum, in quo erat Theodorus Bigarius *), volentes irruere in Arabes die quo idolis immolaturi erant. comperto autem hoc Bigarius colligit omnes milites eorum qui heremum observabant, et diligenter sciscitatus a Saraceno diem et horam qua erant illos aggressuri, ipse irruens in eos in praedio quod dicebatur Mathus, occidit tres amireos plurimamque populi partem: exiliit autem unus amiras, Chaledus scilicet, quem gladium dei dicunt. erant autem quidam Arabum iuxta positorum, qui accipiebant ab imperatoribus rogas pauxillas ad custodiendum stomia eremi. eodem vero tempore venit quidam spado daturus militum rogas. et cum venissent Arabes secundum consuetudinem accepturi rogam suam, eunuchus impulit, dicens quia dominus vix dat militibus rogas, quanto minus canibus istis. videntes autem Arabes hoc abierunt ad sui generis viros, et ipsi duxerunt eos in regionem Gazae, quae aditus erat heremi contra Sinaeon montem locupletis valde.

p.516 Anno imperii Heraclii 24 cum misisset Abubacharus praetores quattuor, qui ducti fuerant, ut praetuli, ab Arabibus, venerunt atque ceperunt Ran et totam regionem Gazae. tandemque aliquando cum venisset a Caesarea Palaestinae cum militibus paucis, inito bello perimitur primus cum exercitu, qui trecentorum erat virorum, et multis captivis acceptis et exuviis plurimis reversi sunt cum victoria splendida. porro eodem anno terrae motus factus est in Palaestina, et apparuit signum, quod dicitur docetes, in caelo contra meridiem, praenuntians Arabum potentatum. perdu-

*) Bigarius] scribe *vicarius*, nisi forte nomen dignitatis pro cognomine Anastasius acceperit; quod non puto. S. Basilius epist. 264: *ἐγὼ τοῦ βικαρίου τῆς Θρᾴκης ἐπέστειλα τῇ θεοσεβείᾳ σου*. Glossarium Seguerianum: *βικάριος παρὰ Ῥωμαίοις διάδοχος*. eadem Suidas et Phavorinus. Metaphrastes m. sept. in Trophimo: *τὴν τῶν βικαρίων ἀρχὴν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἀττικὸς ἤνυεν*. Menologium Iunii 5: *τὸν βικάριον πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν ἐπεσπάσατο πίστιν*. concilium Florent. sess. 25: *ὁ ἀποστολικὸς θρόνος ὁ καὶ βικάριος τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ*. hinc *οἱ ἀπὸ βικαρίων* apud Chrysostomum epist. 14. Palladius Lausiacae c. 123: *ἀπὸ βρικίων*. sic legi aiunt in codice Veneto. *ἴσως ἀπὸ βικαρίων*, ut apud Heraclidem Paradisi c. 50 ex vicariis, de vicariis. v. Cuiac. in Parat. cod. de off. vicarii, et H. Valesii annotationes ad Ammianum p. 17. hunc Theodorum Cedrenus *κουβικουλάριον* vocat p. 429 b. Fabr.

Digitized by Google

ravit autem diebus triginta, extensum a mesembria usque ad arctum; erat autem in modum gladii.

Anno imperii Heraclii 24 Alexandrinus Cyrus et almus Sophronius Hierosolymitanus habentur antistites. quo anno Abubacharus moritur, qui principatus est annis duobus atque dimidio, et sumit principatum Hamarus, qui destinat exercitum adversus Arabiam, capitque Bostra civitatem una cum aliis civitatibus. profecti sunt autem usque Gabetha. p. 517
cum his bellum aggressus Theodorus imperatoris Heraclii frater victus est, et ad imperatorem Hedessam venit. ast imperator ordinat alium praetorem nomine Bahanem, et Theodorum sacellarium cum virtute romaica et adversus Arabes mittit. cumque venisset Emesan, occurrit multitudo Saracenorum, quibus occisis una cum eo qui principabatur in eis, reliquos abigit usque Damascum, et illic iuxta Bardanesium fluvium latebras fovet. Heraclius autem Syria derelicta in desperationem ruens, sublatis quoque pretiosis lignis ab Hierusalem Constantinopolim abiit. Bahanis autem a Damasco Hemesiam redit una cum Theodoro sacellario, cum haberet exercitus quadraginta milia; et insequuntur Arabes ab Hemesa usque Damascum.

Anno vero imperii Heraclii 25 Saraceni aciem direxerunt in Arabiam contra partes Damasci, cum essent multitudinis infinitae. quo Bahanes comperto ad imperialem sacellarium mittit, ut veniret cum exercitu suo in auxilium sibi, p. 518
cum plurima esset Arabum copia. venit ergo sacellarius ad Bahanem; qui profecti ab Hemesa occurrunt Arabibus. et consilio facto prima die, quae tertia feria hebdomadis erat, mensis Loi die vicesima tertia, superantur hi qui circa sacellarium sunt inventi. simultate autem facta, hi qui cum Bahane erant Bahanum provehunt imperatorem et Heraclium respuunt. tunc hi qui cum sacellario fuerant discesserunt, et Saraceni aditu reperto bellum ineunt. inter haec vento noto contra Romanos spirante, non valentes inimicis in facie occurrere propter pulverem, separantur, et semet ipsos immittentes in artas vias Hiermuchthi fluminis illic penitus perierunt. erant autem utriusque praetoris milia quadraginta. tunc Saraceni splendide triumphantes contra Damascum veniunt, et hanc capiunt et regiones Phoenicis, et habitant illic, et in Aegyptum aciem dirigunt. Cyrus autem Alexandrinus episcopus, cum horum impetum cognovisset, operam dedit, et pactis firmatis pollicetur, timens avaritiam eorum, ducenta milia denariorum per singulos annos collaturam illis Aegyptum, sed et diffinitarum eis indutiarum fore aurum

Digitized by Google

missurum; quibus praestitis per tres annos Aegyptum liberam ab exterminio statuit. accusatur interea Cyrus apud imperatorem, quod aurum Aegypti Saracenis tribuerit; qui cum iratus misisset, hunc accersivit, Manuelum autem quen-
p. 519 dam, Armenium genere, destinat Augustalem. cum autem annus adimpletus esset, Saracenorum actores venerunt aurum accipere. ast Manuel inefficaces eos expellit, "non sum" inquiens "Cyrus inermis, ut tributa vobis praebeam, sed ego armatus sum." cumque isti abiissent, confestim armantur Saraceni adversus Aegyptum, et Manuelo bello illato hunc abigunt. ipse vero cum paucis quibusdam Alexandriae salvus recipitur; tunc Saraceni Aegyptum sub tributo reddiderunt. ast imperator auditis quae gesta sunt, misit Cyrum ad persuadendum eis ab Aegypto sub priori placito recedendi. et abiens Cyrus ad castra Saracenorum rationem reddit, esse se perhibens praevaricationis innoxium, et si vellent, priorem concordiam iuramentis affirmaturum. porro Saraceni nullatenus his acquieverunt, dicentes episcopo "potes hanc maximam columnam devorare?" qui ait "non potest fieri." at illi "nec nobis" inquiunt "possibile est ulterius ab Aegypto recedere."

Anno imperii Heraclii 26 aciem direxit Humarus contra Palaestinam, et obsidens sanctam civitatem biennii tempore
p. 520 cepit eam verbo. Sophronius namque, Hierosolymitanus summus sacerdos, verbum accepit ad totius Palaestinae securitatem. cumque Humarus in sanctam fuisset civitatem ingressus, cilicinis ex camelis et sordidis indumentis amictus, simulationemque Satanicam ostentans, templum requisivit Iudaeorum, quod construxerat Salomon, ad faciendum scilicet id blasphemiae suae adoratorium. hoc advertens Sophronius ait "in veritate illud est abominatio desolationis, quae dicta est per Danielem prophetam," stans in loco sancto, multisque lacrimis hic pietatis propugnator Christianam deflebat plebem. dum vero illic Humarus esset, rogavit eum episcopus accipere a se sindonem cum indumento et indui. at ille non patiebatur ea portare. vix ergo persuasit his vestiri, donec sua lavarentur, et iterum reddit ea Sophronio, et vestitus est propriis. verum inter haec Sophronius obiit, qui verbo et actu Hierosolymitanam adornavit ecclesiam, et contra Heraclii et fautorum eius monothelitarum, Sergii scilicet et Pyrrhi, decertavit errorem. eodemque anno misit Humar Iiadum in Syriam, et subegit totam Syriam Saracenis.

p. 521 Anno imperii Heraclii 27 venit Ioannes cognomento Ca-

Digitized by Google

teas procurator Osroenae ad Hiad apud Chalcidem, et spoponderunt ei dare per singulos annos centum milia numismatum, ne transiret Euphratem, neque ad pacem neque ad bellum armatus, quousque quantitatem auri persolvant. praeterea Ioannes Hedessam rediit, et annuum censum delatum ad Hiadum transmisit. Heraclius autem hoc audito obnoxium indicavit Ioannem, quod absque imperiali hoc fecerit notione; quem accersitum exilio condemnavit. porro pro eo destinat Ptolomeum quendam magistrum militum.

Anno imperii Heraclii 28 ceperunt Arabes Antiochiam, et missus est Mauhias ab Humaro praetor et ameras totius regionis, quae sub Saracenis erat, ab Aegypto videlicet usque ad Euphratem.

Anno vero imperii Heraclii 29 transmeavit Iaidus cum omni militia sua Euphratem, et venit Hedessam. Hedesseni autem aperientes acceperunt verbum una cum regione magistroque militum ac Romanis, qui cum ipso erant. at illi Constantiam abeunt, depopulantesque illam accipiunt bello, et tre- p. 522
centos Romanos interimunt; et illinc abiere Dalas, et bello hanc comprehendunt, et in illa plurimos perdunt, taliterque totam Mesopotamiam Iahidus cepit.

Anno imperii Heraclii 30 Saraceni aciem direxerunt in Persidem, et ineunt cum eis bellum, potenterque vincentes omnes sibi Persas subditos reddunt. Hormisdas autem, qui Persis imperabat, ad interiores Persas fuga lapsus dimisit regalia. at vero Saraceni captivas duxere Chosrois filias cum omni regio apparatu, et detulerunt ad Humarum. eodemque anno iussit Humar universum describi orbem, qui sub ipso erat. facta est autem descriptio tam hominum quam iumentorum et frugum.

Anno imperii sui 31 Heraclius moritur imperator hydropicus factus, cum imperasset annis tricenis.

Imperat autem post eum Constantinus filius eius mensibus quattuor, venenoque propinatus a Martina noverca sua et Pyrrho patriarcha moritur, et imperat Heraclonas Martinae filius cum matre Martina.

Anno imperii Heraclonae primo capit Mauhias Caesaream p. 523
Palaestinae post septennium obsidionis eius, et occidit in ea septem milia Romanorum. eodem anno senatus repulit Heraclonam una cum Martina matre illius ac Valentino, lingua Martinae et naso Heraclonae abscissis; eisque in exilium destinatis ad principatum Constantem filium Constantini, nepotem Heraclii, provehunt, qui imperavit annis 27. sane Pyrrho

Digitized by Google

ab episcopatu deiecto, consecratus est Paulus Constantinopolitanus episcopus, qui presbyter fuerat et oeconomus ecclesiae, quique tenuit episcopatum annis 12.

Mundi anno 6133, divinae incarnationis anno 633, anno vero imperii sui Constans primo, cum videlicet regnare coepisset, dicebat ad synclitum "patris mei Constantini, qui me genuit quique in vita proprii genitoris, avi videlicet mei Heraclii, sufficienti cum eo tempore imperavit, post hunc vero etiam nimis brevi, suavissimam spem Martinae novercae ipsius invidia concidens vita privavit, et hoc propter Heraclonam,
p. 524 qui ex ea et Heraclio nefarie factus erat; quam maxime cum nato vestrum cum deo decretum iure ab imperio repulit, ne videret tam nequam Romanorum imperium, valde provida cum esset amplissima vestra et honesta magnificentia. propter quod rogo vos habere consiliarios et peritos ex communi subditorum obsequio." et his dictis dimisit senatum, donis dapsilibus hunc honorans.

Anno imperii Constantis secundo coepit Humar aedificare templum in Hierusalem; et non stabat, sed ruebat structura. sciscitanti autem ei causam, dixere Iudaei quia nisi crux, quae est supra templum montis olivarum, tollatur, haud stabit structura. et propter hanc causam sublata est crux illinc, et ita constitit illic aedificium. propter hanc etiam causam multas cruces deposuerunt hi qui oderant Christum.

Anno imperii Constantis tertio seditionem excitavit Valentinianus patricius, mittensque imperator hunc occidit, et populum ad sui reduxit benivolentiam. eodemque anno Petrus Alexandriae habetur antistes.

p. 525 Anno imperii Constantis quarto fraude occisus est Humar Saracenorum dux a quodam Persa magarita: denique inventum cum adoraret, pupugit eum in ventre gladio infixo, et sic vivere desiit, cum amiras fuisset annis 12. et post eum statuitur Huthman huius cognatus, filius Tuphan.

Anno imperii Constantis quinto Huthman Arabum princeps habetur, et simultatem concinnat Gregorius patricius Africae una cum Afris.

Anno imperii Constantis sexto factus est in terra ventus vehemens, qui multa germina evulsit arboresque ingentes radicitus extirpavit, atque multos columnatorum deposuit monachorum.

Eodem vero anno Saraceni hostiliter Africam adierunt, et conflictu agitato adversus tyrannum Gregorium hunc in

Digitized by Google

fugam vertunt, et eos qui cum ipso erant interimunt, et hunc ab Africa pellunt, atque tributis cum Afris ordinatis et pactis reversi sunt.

Anno imperii Constantis septimo exercitum movit Mauhias per mare adversus Cyprum. habebat autem scaphas mille septingentas, et cepit Constantiam cum insula tota. cum p. 526
vero hanc cepisset, exterminavit eam. porro audiens Cacorizum cubicularium contra se cum plurima virtute Romana venientem, navigavit adversus Aradum, et applicans cum navigio suo apud municipium insulae castrum conabatur capere, variis machinamentis abusus. cum autem nihil agere valuisset, mittit ad eos episcopum quendam Thomaricum nomine, deterrens eos, quo dimitterent civitatem et sub foedere suo essent exirentque ab insula. cum itaque ad eos episcopus ingressus fuisset, tenuerunt eum. porro Mauhiae cedere noluerunt. igitur obsidione, quam adversus Aradum construxerat, nullius momenti effecta, Damascum reversus est: nam hiems accesserat.

Anno imperii Constantis 8 movit Mauhias exercitum valenter adversus Aradum praeliaturus, et hanc obtinuit verbo ad inhabitandum cives ubicumque voluissent. civitatem vero muris dissolutis incendit, et insulam usque in praesens inhabitabilem statuit. eodem anno facta est Romae synodus a Martino papa contra monothelitas.

Anno imperii Constantis 9 Busur princeps exercitus una cum Arabibus acies direxit adversus Isauriam, et occisis mul- p. 527
tis cum quinque milibus captivorum reversus est. mittit autem imperator Constans Procopium quendam ad Mauhiam, quaerens pacem; quod et factum est annis duobus, Gregorium filium Theodori sumente Mauhia loco pignoris in Damascum.

Anno imperii Constantis 10 simultatem excitavit imperatori Pasagnathes Armeniorum patricius, et foedera pepigit cum Mauhia, dans ei et filium suum. quo audito imperator venit usque Caesaream Cappadociae, et desperatus ab Armenia rediit.

Mundi anno 6144, divinae incarnationis anno 644, anno vero imperii Constantis 11, cinis e caelo descendit, et timor magnus super homines cecidit. Paulo quoque obeunte Pyrrhus restituitur mensibus quattuor et diebus 23.

Anno imperii Constantis 12 Mauhias Rhodum adiens destruxit colossum eius, post 1360 stabilitatis ipsius annos; quem cum Iudaeus quidam Emesinus negotiator emisset, 900 camelos ex eius aere oneravit. p. 528

Eodem anno Abidus Arabum praetor adversus Armeniam exercitum movit, qui consecutus Maurianum praetorem insecutus est eum usque ad Caucaseos montes, et regionem depraedatus est.

Anno imperii Constantis 13 praecepit Mauhias armaturam fieri navium magnam, quo ascenderet urbem regiam classis eorum. omnis autem apparatus apud Tripolim Phoeniciae consistebat. verum hoc viso duo fratres quidem Christi amici, Tripoli manentes, filii bucinatoris cuiusdam, zelo dei sauciati ad carcerem civitatis cum impetu abierunt. habebat autem multitudinem Romanorum vinculatorum, et diruptis portis vinctisque solutis in amiram irruerunt. quo perempto una cum his qui cum eo erant, praeparaturaque omni igni mandata, in Romaniam navigio transierunt. verumtamen nec sic illi ab eadem praeparatura construenda cessaverunt. sed Mauhias quidem militat contra Caesaream Cappadociae, Abulathar vero fabrum navalis structurae constituit, qui veniens in locum vocabulo Foenicem Lyciae, ubi
p. 529 erat Constans imperator atque Romaicus stolus, navaliter cum eo pugnavit. cumque futurum esset ut imperator cum ipso navigio praeliaretur, contemplatur nocte illa visum, esse videlicet apud Thessalonicen. porro narravit cuidam coniectori somniorum expergefactus visionem, qui ait "imperator, utinam nec dormisses nec somnium aspexisses: nam esse Thessalonicae θὲς ἄλλῳ νίκην innuit, quod interpretatur, pone alii victoriam, id est ad inimicum tuum victoria vertitur." sane imperator nihil inveniens ad praelium navalis pugnae, Romanorum classes praestruxit ad bellum. quibus in alterutram irruentibus superantur Romani, et commixtum efficitur mare sanguine Romanorum. induit autem imperator alium veste sua, et insiliens praedictus filius bucinatoris in regiam scapham imperatorem arreptum et in aliam navim transductum inopinate salvavit. porro ipse fortissimus viriliter insistens imperatoriae navi multos occidit, morti semet ipsum pro imperatore contradens. hunc praeterea hostes circumdantes et in medio retinentes putabant ipsum esse imperatorem. postquam autem multos interfecerunt hostes, occiderunt et ipsum una cum eo qui portabat vestem imperato-
p. 530 riam. ast imperator taliter in fugam versus salvatur, et derelictis omnibus navigavit Constantinopolim.

Anno imperii Constantis 14 dolo necatus est Huthman Arabum dux, cum amiras decem fuisset annis. fit interea perduellio in medio ipsorum: quotquot enim penes heremum erant, Ali volebant consobrinum, generum existentem quon-

Digitized by Google

dam Maometh. hi vero qui in Syria et Aegypto, Mauhiam cupiebant, qui et vicit et obtinuit annis 24.

Anno imperii Constantis 15 Arabum princeps Mauhias habetur, qui et exercitum movit adversus Halim, et congregantur ambo inter Barbalissum iuxta Euphraten. hi vero qui erant Mauhiae, cum essent validiores, aquam obtinuerunt. unde in sitim venientes hi qui erant Halim, defecerunt. porro Mauhias bellare noluit, sed sine labore victoriam tulit.

Anno imperii Constantis 16 exercitum movit imperator contra Sclaviniam, et captivos duxit plurimos, et subegit. eodem anno et illa gesta sunt quae contra S. Maximum et discipulos ipsius sunt acta, eis pro veritate contra monothe- p. 531
litas agonizantibus; quos Constans ad pravam opinionem suam transferre non valens, divinitus sapientem et peritissimam linguam cum dextera manu eius abscidit, eo quod plurimum contra impietatem suam una cum discipulis suis Anastasiis scripserit, quaeque per ordinem isti conscripsisse probantur, sicut amici discendi non nesciunt.

Anno imperii Constantis 17 conventio facta est inter Romanos et Arabes, Mauhia legationem mittente ob rebellionem, ut tribuant Romanis Arabes per singulos dies numismata mille et equum et servum. eodem vero anno exilio ductus est Martinus sanctissimus papa Romanus, pro veritate fortiter agonizans, et confessor factus in climatibus Orientis defunctus est.

Mundi anno 6151, divinae incarnationis anno 651, anno imperii sui 18 Constans occidit Theodosium proprium fratrem suum. cum autem essent Arabes apud Saphin, dolo necatus est praedictus Halim, et singulariter imperat Mauhias, regio more Damascum inhabitans et pecuniarum illic thesauros recondens.

Anno imperii Constantis 19 apparuit haeresis Arabum, eorum videlicet qui dicuntur Charurgitae. Mauhias autem p. 532
hos aggressus eos qui erant in Perside humiliavit, eos vero qui in Syria erant exaltavit, et alios quidem vocavit Hisamitas alios autem Heraclitas, et Hisamitarum quidem donativa sublimavit usque ad ducenta numismata, porro Heraclitarum deposuit usque ad tricena.

Anno imperii sui 20 Constans derelicta Constantinopoli abiit Syracusam, civitatem Siciliae, volens imperium in urbem Romam transferre, et mittit ad adducendam uxorem suam et tres filios, Constantinum Heraclium et Tiberium. porro Byzantii non dimiserunt eos.

Digitized by Google

Anno imperii Constantis 21 exercitum moverunt Arabes contra Romaniam, et multos depraedati sunt, et loca nonnulla depopulati.

Anno imperii Constantis 22 praedae patuit Siciliae pars, et habitaverunt Damasci voluntate sua.

Anno imperii Constantis 23 factus est error ieiuniorum, et exercitum movit Abderachman Chaledi adversus Romaniam, et in ea hiemavit, et multas demolitus est regiones. porro Sclavini ad hunc confluentes cum ipso descenderunt
p. 533 in Syriam, numero quinque milia, et habitaverunt in Apamiensium regione in castello Seleucobori.

Anno imperii Constantis 24 Thomas Constantinopolitanus habetur antistes. Busur autem exercitum in Romaniam movit, et mortuus est Thaumaricus episcopus Apamiae, et incensus est episcopus Emisenus.

Mundi anno 6158, divinae incarnationis anno 658, anno vero imperii Constantis 25 exercitum rursus armavit Busur contra Romaniam, et exterminavit partes Hexapolcos et Phadalae, illicque hiemavit.

Anno imperii Constantis 26 Armeniacorum praetor Saborius, Persa genere, tumultuatus est contra Constantem imperatorem, mittitque ad Mauhiam Sergium magistrum militum, pollicens Mauhiae subiugare Romaniam, si ipse sibi auxiliaretur adversus imperatorem. quo comperto Constantinus filius imperatoris mittit et ipse ad Mauhiam Andream cubicularium cum muneribus, ne rebelli cederet. cumque venisset Andreas Damascum, reperit Sergium praevenisse. at vero Mauhias simulabatur imperatori compati *). sedebat autem Sergius ante Mauhiam, et cum ingressus fuisset Andreas, intuitus eum
p. 534 Sergius surrexit. at vero Mauhias Sergium reprehendit, dicens "quid formidasti?" qui respondit se iuxta morem fecisse. conversus praeterea Mauhias dicit Andreae "quid quaeris?" qui ait "ut des auxilium contra rebellem." at ille "ambo" inquit "inimici estis, sed ego ei qui plus praebuerit dabo." et Andreas ad eum "ne ambigas" infit, "amira, quoniam pauca tibi imperatoris meliora sunt quam plura rebellis. veruntamen, quod amabilius tibi fuerit, age." et his dictis Andreas tacuit. at vero Mauhias ait "tractabo super hoc," et utrumque iussit exire. porro advocato Sergio dixit

*) compati] Glossarium: *συμπάσχω* compatior. item, compatitur *συμπάσχει*. Flodoardus 3 20: compatiens tribulationibus ipsius. compati est misericordia moveri. Fabr.

Digitized by Google

ci "ne ulterius adores Andream: alioquin nihil proficies." in
crastinum itaque praeveniens Sergius Andream coram Mau-
hia sedebat, et ingresso Andrea non ei assurrexit ut heri:
Andreas vero intuitus Sergium hunc conviciis laceravit et
comminatus est, dicens "si vixero, demonstrabo tibi quis sim."
cui Sergius "non" inquit "assurgo tibi, quia non es vir ne-
que femina." porro Mauhias utrumque compescens Andreae
dixit assentire dare quemadmodum Sergius dat. "et quan-
tum est?" ait Andreas. Mauhia vero illationem publicorum
praebere Arabibus. ast Andreas "veh tibi" ait, "Mauhia. p. 535
consilium tribuis corpus dandi et solam umbram retinen-
di. quomodocunque volueris, cum Sergio conveni: ego
enim hoc minime facio. veruntamen te dimisso ad deum,
qui te potentior est, ut Romanis opituletur confugimus, et
in eo spem nostram posuimus." his dictis Mauhiae infit
salve, et exivit a Damascensium civitate, et abiit Melitenem,
eo quod tyrannus esset in partibus illis, ad quas et Sergius
erat iturus. cumque adiisset Arabessum, incurrit clausura-
rum custodem: non enim cohibebat *) tyranno. huic ergo
praecepit observare Sergium redeuntem, ut adduceret illum
ad se. ipse vero non immemor pergebat, Sergium praesto-
lans; quae vero gesta sunt, nuntiavit imperatori. interea
Sergius cum Mauhia, quae visa fuerant peractis **), accepit
Phadalam praetorem Arabum cum ope barbarica concerta-
turum et auxiliaturum Sabor. cum autem praecederet Ser-
gius Phadalam et ad Sabor gratulanter abiret, devenit ad
clausuras et incidit in Andreae turbas, et hunc retinentes
vinctum ad Andream adducunt. at vero Sergius viso Andrea
iactat semet ad pedes eius, obsecrans parcere sibi. ille au- p. 536
tem ad eum "tu" inquit "es Sergius, qui gloriabaris in viri-
libus coram Mauhia, meque mulierculam appellabas. ecce
amodo ***) virilia tua tibi nihil proderunt, quin potius et
morte afficient." his dictis praecepit virilia eius abscidi, et

*) cohibebat] Auctor Miscellae, consentiebat. Facundus Hermianensis l. 2: sancta illa synodus haeresi Nestorianae cohibuit. et cohibentia apud eundem passim occurrit. Gregor. Tur. h. 4: habentes conniventiam. ms cohibentiam. Glossae Dosithei: conibere consentire. conibentia consensus. Hincmarus Rem. de Praedestin.: timeo ne conhibere sit hoc tacere. Fabr.

**) peractis] lege *pactus*. στοιχεῖν est pacisci. vide lectiones Theocriticas Casauboni c. 10. Fabr.

***) amodo] Gregorius Tur. h. 35: plange amodo, qui per consilium nequam factus es parricida saevissimus. Onomasticon: amodo ἀπὸ τούτου. utitur interpres Vet. Testamenti et Novi. Fabr.

Digitized by Google

suspendit eum in ligno. Constantinus autem audito Phadaidis adventu in Saboris auxilium Nicephorum destinat patricium cum Romana virtute resistendi Saborio. erat autem Sabor Hadrianopoli degens, et cum Nicephorum ad se venire comperisset, exercebat semet ad praelium. verum die quadam contigit hunc secundum consuetudinem suam de civitate super equum sedentem exire. cumque portae civitatis appropinquasset, equum flagello percussit; qui iactanter saliens et eius caput in portam allidens hunc male vita privavit, et sic deus imperatori victoriam contulit. Phadalas autem veniens in Exapolim et haec omnia discens turbatus est, et misit ad Mauhiam postulans adiutorium, eo quod Romani ad concordiam convenissent. mittit autem ei Mauhias filium suum Hirid, armans eum cum multitudine Romanorum. con-
p. 537 venerunt autem utrique apud Chalcedonem, et captivos duxerunt multos: ceperunt autem et Amorium Phrygiae, et quinque milibus armatorum virorum dimissis in custodiam eius diverterunt in Syriam. cum autem hiems accessisset, mittit imperator eundem Andream cubicularium; et cum nix esset multa, noctu venit, et per lignum ascendunt in murum, et ingrediuntur Amorium, et omnes interficiunt Arabes, ita ut ex quinque milibus illic nullus penitus remaneret.

Mundi anno 6160, divinae incarnationis anno 660, anno vero imperii sui 27, Constans occisus est dolo in Sicilia apud Syracusam in balneo, cui nomen erat Daphne: fuerat autem causa haec. post interemptionem Theodosii fratris ipsius odio habitus est a Byzantiis, et maxime quia et Martinum sanctissimum papam Romanum ignominiose Constantinopolim duxit et exilio relegavit penes Chersonis climata, et Maximi sapientissimi et confessoris linguam manumque truncavit, et multos orthodoxorum verberibus et exiliis et proscriptionibus, eo quod haeresi suae nullatenus acquiesce-
p. 538 rent, condemnavit; quin et duos Anastasios, qui discipuli fuerant Maximi confessoris et martyris, tormentis et exiliis tradidit. propter talia ergo exosus cunctis effectus est. cum autem valde metueret, voluit imperium in urbem Romam transferre, unde et imperatricem tresque filios suos tollere a Byzantio voluit, nisi Andreas cubicularius et Theodorus Coloniae huius prohibuissent consilium. sane in Sicilia fecit annos sex. cum autem praedictum balneum ingressus fuisset, introivit cum eo quidam Andreas filius Troili, obsecundans illi; et cum coepisset sapone Gallico *) deliniri, sumens An-

*) saponis Gallici, quo utebantur in balneis, meminit Theomnestus Hippiatr. 1 20. Fabr.

Digitized by Google

dreas situlam dedit eam in verticem imperatoris, et protinus fugit. ast imperator cum tardaretur in balneo, insiliunt hi qui foris erant, et reperiunt imperatorem occisum. quo sepulto Mizium quendam Armenium imperatorum fecerunt, vi cogentes hunc: erat enim valde decorus et speciosus. audito praeterea Constantinus patris obitu cum multo navigio in Siciliam venit, et aggressus Mizium hunc interfecit cum occisoribus patris sui, et ordinatis Hesperiis Constantinopolim rediit, et Romanis una cum Tiberio et Heraclio fratribus imperat.

Anno primo imperii Constantini decem et septem annis p. 539 10
imperantis moverunt Saraceni exercitum in Africam, et captiva duxerunt milia, ut ferunt, octuaginta. porro hi qui Orientalium erant provinciarum, Chrysopolim venerunt dicentes "si in trinitatem credimus, tres etiam coronemus." turbatus ergo est Constantinus eo quod ipse solus redimitus esset; fratres autem eius nullam dignitatem habebant. et misso Theodoro pratricio Coloniae mitigavit eos, superlaudans illos, et assumptis ex eis maioribus natu, ut urbem ingrederentur et cum senatu inirent consilium, ut fieret voluntas eorum. imperator taliter hos deceptos confestim in patibulo suspendit, trans fretum in Syces. at illi hoc viso confusi abierunt dolenter ad propria: imperator autem fratrum suorum continuo nasos abscidit.

Anno imperii Constantini secundo tempestas magna ef- p. 540 4
fecta est, et multi periclitati sunt tam homines quam bestiae. Phadalas autem hiemem apud Cyzicum fecit.

Anno imperii Constantini tertio Busur cum hostili profectus est apparatu, et plurimis captivis ductis reversus est.

Mundi anno 6164, divinae incarnationis anno 664, anno vero imperii Constantini quarto apparuit Iris in caelo mense Martio, et tremuit omnis caro, ita ut dicerent omnes quod consummatio est. eodem anno stolo magno constructo negatores Christi Muamed et Caisus navigaverunt in Ciliciam, et hiemaverunt penes Smyrnam Ciliciam et Lyciam, et facta est mortalitas in Aegypto. missus autem est saevus amireus cum alio quoque stolo in auxilium ipsorum, utpote congruentissimus et audax ad praelium. at vero praelatus Constantinus, huiusmodi deum impugnantium adversus Constantinopolim motu comperto, construxit et ipse bieres mirae magnitudinis, ignem ferentes, atque dromones.

Anno imperii Constantini quinto praedictus deum impu- p. 541 3
gnantium stolus ascendens applicuit in Thracensibus partibus,

Digitized by Google

a summitate videlicet Septimi, quae vergit ad Occidentem, id est a domo quae Magnaura dicitur, et rursus usque ad arcem quam Cyclobium dicunt, quaeque spectat ad Orientem. per totum itaque diem congressio belli tenebatur, id est a mane usque ad vesperam, a Brachialio aureae portae usque ad Cyclobium, invicem utraque parte nunc impulsa nunc impellente. in his igitur deguerunt ab Aprili mense usque ad Septembrium, et reversi Cyzicum pergunt, et hac comprehensa illic hiemabant, et omni vere ascendens similiter per mare conflictum cum Christianis habebat. per septem sane annos his eisdem gestis, et divina deique genitricis ope multitudine virorum bellicosorum amissa, et vulneratione maxima in eis effecta, confusi reversi sunt cum ingenti maestitia. cum autem discessisset idem demergendus a deo stolus, ad hiemali aestu et spiritu procellarum circa partes
p. 542 Syllaei comprehenditur, et contritus totus omnimodis periit. Suphiam autem filius Hauph, secundus frater, commisit bellum cum Floro et Petrona et Cypriano habentibus virtutem Romaïcam, et occiduntur Arabum triginta milia. tunc Callinicus architectus ab Heliopoli Syriae ad Romanos profugus venit, qui marino igne confecto vasa Arabum exussit et una cum animabus prorsus incendit. ita Romani cum triumpho reversi sunt, igne adinvento marino.

Mundi anno 6166, divinae incarnationis anno 666, anno vero imperii Constantini sexto Constantinus habetur, qui Constantinopolitanae per duos annos ecclesiae fuit antistes; Abdelasque filius Caisi et Phadalas hieme apud Cretam morati sunt.

Anno imperii Constantini septimo apparuit signum in caelo die sabbato.

Anno imperii Constantini octavo Theodorus Constantinopolitanus habetur antistes, qui duobus annis ecclesiae praefuit. quo anno facta est locusta magna per Syriam et Mesopotamiam.

Anno imperii Constantini nono ingressi sunt Mardaitae Libanum, et tenuerunt a Mauro monte usque ad sanctam civitatem, et ceperunt cacumina Libani, et multi servi et
p. 543 captivi pariter et indigenae confugerunt ad eos, ita ut in brevi tempore in multa milia fierent. quibus compertis Mauhias et consiliarii eius timuerunt valde, colligentes quod imperium Romanorum divinitus muniretur. et dirigit legatos ad principem Constantinum, postulans pacem, et pollicitus annualia se imperatori pacta laturum. ast imperator huiuscemodi legatis susceptis, eorumque petitione audita, desti-

Digitized by Google

navit cum eis in Syriam Ioannem patricium, cognomento Pitzigaudin, tanquam antiquae prosapiae rei publicae virum et negotiorum multorum expertem, atque magnam consecutum prudentiam ad disputandum aptissime cum Arabibus, et quae pacis sunt consonae praestruendum. qui cum venisset in Syriam, coacervatione Mauhias tam Amiraeorum quam Corasinorum effecta suscepit eum cum honore magno. multis ergo inter eos pacificis verbis edictis, convenit inter utrosque in scriptis fieri pacis cum iureiurando sermonem super consonantia annui pacti, praebendi videlicet Romanae rei publicae ab Agarenis auri librarum tria milia, viros captivos quinquaginta, et equos nobiles quinquaginta. his ex communi placito inter utramque partem firmatis, et in triginta annis servandis mutuo repromissis, amplissima pax inter Romanos et Arabes est effecta; sicque generalibus duobus p. 544
inscriptis verbis ad alterutrum cum iureiurando patratis et invicem traditis, saepe dictus famosus vir ad imperatorem cum muneribus quoque multis reversus est. cum autem haec didicissent hi qui Hesperias partes inhabitant, tam videlicet chaganus Avarum et ulteriores reges quam exarchi et castaldi, nec non et principes nationum ad Orientem sitarum, per legatos muneribus imperatori transmissis pacificam erga se dilectionem poposcere firmandam. annuens itaque imperator postulationibus eorum, confirmavit etiam circa illos donatoriam pacem; et facta est securitas magna in Oriente, nec non in Occidente.

Anno imperii Constantini decimo factus est terrae motus magnus per Mesopotamiam, quo ruit Hedessenae ascensus et trullus ecclesiae; et construxit eam Mauhias studio Christianorum.

Anno imperii Constantini undecimo mortuus est Mauhias Saracenorum protosymbolus, qui fuit praetor annis 20 et amirae functus officio annis 24; et principari coepit Hirid filius eius. hoc quoque anno Vulgarum gens supervenit in Thraciam. verum inter haec necessarium est dicere de p. 545
antiquitate quoque Onogundurensium Vulgar et Contrag. in septemtrionalibus namque partibus Euxini Ponti, quae meabiles sunt, in paludibus quae dicuntur Maeotides, in quas videlicet immittitur fluvius maximus ab Oceano per Sarmatarum terram delapsus, nomine Atel, Tanais amnis et ipse ab Hibericis portis exiens, quae in Caucaseis montibus esse feruntur, in eundem Atel fluens infertur. a mixtura vero Tanaidis et Atel, quae fit supra iam dictas Maeotides paludes, dum scinditur Atel, venit is qui dicitur Cucheis fluvius in Maeotides paludes, et redit in terminum Pontici maris iuxta

Digitized by Google

Necropyla in acroma, quod dicitur arietis facies. a praesignatis vero paludibus simile flumini mare est, et fertur in Euxini Ponti mare per terram Bosphori Cimmerii, ex quo flumine capitur id quod dicitur Murzulin et huic similia, et in partibus quidem adiacentium paludum, quae spectant ad Orientem usque ad Phanoriam seu Hebraeos, qui ibidem sunt, plurimae nationes consistunt. ab eisdem autem paludibus usque in amnem qui dicitur Cuphis, ubi xistus capitur, qui est Vulgarius piscis *), antiquitus Vulgaria est magna, et
p. 546 hi qui dicuntur Contragi, eiusdem cuius et ipsi tribus existunt. temporibus autem Constantini, qui in Occidente regnavit, cum Crobatus dominus iam dictae Vulgariae seu Contragorum vitam commutaret, ac filios quinque relinqueret, testatus est ne ullo modo a mutua cohabitatione separarentur, propter quod universitati dominarentur ipsique nulli alteri nationi servirent. post breve autem tempus mortis illius in divisionem venientes quinque filii eius altrinsecus **) sequestrati sunt una cum populo, quem unusquisque ipsorum suae dicioni habebat subactum. et primus quidem filius eius, qui dicebatur Bathaias, mandatum proprii custodiens patris in progenitorum suorum terra permansit usque in praesens. secundus vero huius frater, nomine Contragus, Tanahin transiens amnem ex adverso primo habitavit fratri. quarto autem et quinto Histrum, id est Danubium, fluvium transmeantibus, alter eorum in Avariae Pannonia, chagano Avarum se subdens, mansit illic cum potentatu suo, alter vero haud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim veniens sub Christianorum imperio factus est. deinde horum tertius, Asparuch
p. 547 dictus, Danaprin et Danastrin transiens et Onglon adiens, boreos interiores Danubio fluvios, inter hunc et illos habitavit, tutum et difficilem ad expugnandum locum hinc inde conspiciens: dum enim esset palustris, et hinc coronatus illincque fluminibus, copiosam genti propter hostium partitionem humilitate praestabat quietem. his autem ita in quinque divisis et ad paucitatem devenientibus, exivit magna gens Chazarorum ex interiori profundo Berziliae primae Sarmatiae, et dominata est omni perviae terrae usque ad mare Ponticum, et primum fratrem Bathaiam primae Vulgariae principem substituit, ordinatis vectigalibus, quae ab eo defe-

*) piscis] *δψάριν* pro *δψάριον*. hodie *ψάριν ψάριον* vel *ψάρη* dicunt. Auctor Graeco-Barbarus *εἶδες τὸ ψάριν*. idem *καὶ μέγα λύκον ἔχετε, χάσκει ὡσὰν τὸ ψάρη*. Cyrillus patriarcha Cp. contra Iudaeos: *νὰ χωρεύει ἡ θάλασσα μὲ τὰ ψάρια τῆς*. FABR.

**) altrinsecus] Dositheus magister: altrinsecus ad invicem. FABR.

Digitized by Google

runtur usque nunc. ast imperator Constantinus comperto quod extemplo gens sordida et immunda ultra Danubium apud Hoglon tabernaculum fixerit et appropinquantia Danubio discurrat, id est regionem quae nunc tenetur ab illis quaeque tunc a Christianis possidebatur, tristatus est vehementer, et iubet transire omnes exercitus in Thracem, et construens classem tam per terram quam per mare contra eos motus est, hos p. 548
bello persequi volens, et contra Hoglon atque Danubium per Hepirum pedites in aciem dirigens, et per appropinquans littus navem adesse praecipiens. porro Vulgares hac celeritate seu maxima multitudine visa super salute sua desperati ad praedictum praesidium confugiunt, et sese circumquaque muniunt. per tres autem et quattuor dies ex huiuscemodi munitione nec illis exire audentibus, nec Romanis propter adiacentium paludum occasionem praelium construentibus, animadvertens polluta gens remissos Romanorum animos recreata et alacrior facta est. porro cum imperator pedum dolorem acriter pateretur, et ad meridiem cogeretur ob balnei usum una cum quinque dromonibus et propriis hominibus suis reverti, deseruit magistratus et populum, iubens cum lanceis vibrantibus exercitari, et impetum in eos facere, et post se illos attrahere a munitione, et bellum in eos movere, si fortassis exirent: sin autem, vel obsiderent eos et observarent in munitionibus. at vero hi qui erant equestris militiae, imperatorem fugisse diffamantes metuque oppressi, eadem tergiversatione abusi sunt, nemine persequente. porro p. 549
Vulgares hoc viso insequebantur post terga ipsorum, et plures quidem gladio peremere, multos vero vulneravere, persecuti eos usque Danubium. quem transeuntes, et venientes usque ad eam quae dicitur Barnan, circa fines Odyssi, et mediterraneo illic posito loco perspecto, quod in multa cautela consisteret, in posterioribus quidem propter Danubium fluvium, in anterioribus autem et ex lateribus ob clausuras et Ponticum mare, praesertim cum dominarentur et adiacentium Sclavinorum generationibus, quae dicebantur septem, Severes quidem locaverunt ab anteriore clausura Veregaborum ad partes Orientales, in locis autem quae sunt ad meridiem et occidentem usque ad Avariam, residuas septem generationes, quae sub pacto erant. ergo cum in his delati fuissent, elati sunt, et coeperunt ea quae sub Romana re publica erant castra seu praedia destruere atque praedari. unde vi coactus imperator pacem fecit cum eis, annua illis praebere pacta pollicitus, in confusionem Romanorum ob multitudinem delictorum. mirabile quippe ipso auditu erat his qui longe et his qui prope degebant, quod is qui omnes tri-

Digitized by Google

p. 550 butarios sibi statuerat, tam scilicet eos qui ad eoum et occasum quam illos qui ad arctum et meridiem commorabantur, ab ista detestabili gente fuerit superatus. verum imperator ita quidem et providentia dei hoc Christianis contigisse credens, evangelice tractans pacem fecit, et fuit usque ad obitum suum quietus a cunctis hostibus, studium habens praecipuum uniendi universas ecclesias dei quae ubique divisae fuerant a temporibus Heraclii principis proavi sui et Sergii vesani ac Pyrrhi, qui indigne throno Constantinopoleos praefuerunt, unam voluntatem et unam operationem in domino deo ac salvatore nostro dogmatizantium. quorum nequam opinionem subvertere satagens idem Christianissimus imperator concilio universali Constantinopolim convocato 289 episcoporum, tam dogmata quae in antecedentibus quinque sanctis et universalibus conciliis fuerant confirmata roboravit, quamque pium duarum voluntatum et operationum promulgari dogma decrevit per eandem sanctam et subtilissimam universalis concilii synodum; cui praeerant tam ipse piissimus imperator Constantinus quam pii principes sacerdotum. porro per idem tempus Azid coepit esse Arabum princeps, qui tribus his praefuit annis.

p. 551 Anno imperii Constantini duodecimo collecta est sancta et universalis sexta synodus Constantinopoli ducentorum octuaginta novem sanctorum patrum, praeceptione pii principis Constantini.

Mundi anno 6173, divinae incarnationis anno 673, anno vero imperii sui 13, repulit Constantinus ab imperio fratres suos Heraclium et Tiberium, et solus regnavit cum Tiberio filio suo.

Anno imperii Constantini 14 Muchtar mendax dum tyrannidem exercuisset, obtinuit Persidem. vocabat autem se ipsum prophetam, et conturbati sunt Arabes.

Anno imperii Constantini 15 Arabum princeps Maruban anno uno praefectus est, siquidem defuncto Azid turbati Arabes Aethribi insurrexerunt, constituentes ducem sibi Abdelam quendam filium Zebur, et congregati Phoenices et Palaestini Damascum veniunt, sed et usque Gabitham et Asan Amiram Palaestinae, dantque manus dexteras Marsuban et sistunt eum ducem, qui amirae administratione fungitur mensibus novem. quo mortuo Abimelech filius ipsius suscipit
p. 552 principatum, cum amiras fuisset annis 21 atque dimidio, aggrediturque tyrannos, et interfecit Abdellam filium Zuber, nec non Dodacum.

Digitized by Google

Anno imperii Constantini 16 facta est fames atque mortalitas magna in Syria, gentemque Abimelech obtinuit. cumque Mardaitae partibus incumberent Libani, et pestilentia teneret et fames, idem Abimelech pacem, quae a Mauhia fuerat quaesita, petivit, missis ad imperatorem legatis, eademque 365 milia numismatum auri praebere pollicitus, et illos 365 servos, parique modo nobiles totidem equos.

Anno imperii sui 17 requievit pius imperator Constantinus, cum imperasset annis 17, et imperavit Iustinianus filius eius. et sciendum quia frustra delire *) garriunt quidam dicentes, post quattuor annos factas fuisse sex synodi capitulares, quae diffamatae sunt, formas: sicut enim in omnibus cum falsa praedicent arguuntur, ita et ex his ostenduntur nihil dicere veritate suffultum. vera quippe chronica annotatio sanctam universalem sextam synodum, quae contra monothelitas celebrata est 12 anno imperii Constantini nepotis p. 553
Heraclii, convenisse refert anno a conditione **) mundi 6170; et quia post hoc regnavit idem Constantinus annis 5, quo mortuo monarchiam tenuit Iustinianus filius eius annis 10. abiecto praeterea Iustiniano imperavit Leontius annis 3, et post Leontium Tiberius, qui et Apsimarus, annis 7, et rursus Iustinianus, qui pulsus fuerat, annis sex, ut inveniri facile est ex ipsis editis formis, quae secundo anno extremi imperii eiusdem Rinocopemeni Iustiniani expositae fuisse referuntur; quae scilicet in tertia suarum forma his et huiusmodi dictionibus habent "conspicimus eos qui se duabus nuptiis inseruerunt, et usque ad decimum octavum kalendas Februarias praeteritae quartae indictionis, quae fuit anno a creatione mundi 6199, servierunt peccato et nec resipiscere proposuerunt, depositioni canonicae submittendos." itaque ex ipsa p. 554
Chronicae annotatione patenter apparet quod collecti a sancta universali sexta synodo usque ad editas formas anni 27 sunt, patriarcha Constantinopoleos in sancta universali synodo sexta Georgio reperto annum agente patriarchatus sui tertium, et post synodum patriarcha manente annis aliis tribus. post hunc vero anni fuere Theodori 3, et Pauli 7, et Callinici 12, et Cyri anni 2; ita ut colligantur etiam ex ipsis patriarchis anni 27, ab editis autem formis usque ad quartum annum Philippici anni 5; eodemque primo anno imperii Philippici factum sit insanum concilium contra sanctam et universalem

*) *delire*] Fabrotus pro eo quod erat *laedere*.

**) conditione] Gregor. Tur. hist. 1: a primi hominis conditione. Fabr.

sextam synodum, et pulso Cyro sexto anno patriarchatus sui fieret Ioannes patriarcha Constantinopoleos et Andreas metropolita Cretensis et Germanus metropolita Cyzici, qui subscripserunt evidenter et anathematizaverunt, cum omnibus qui per eadem tempora fuere, praedictam contra monothelitas celebratam sanctam universalem sextam synodum; post annos vero tres defuncto Ioanne translatus fuerit Germanus a Cyzico et patriarcha fieret Constantinopoleos, et decimo tertio anno imperii Leonis expelleretur, et fieret Anastasius, et patriarchatu fungeretur annis 24, et post eum Constantinus annis 12, et Paulus 5, et Tarasius 21.

p. 555 Mundi anno 6178, divinae incarnationis 678, anno vero imperii Iustiniani primo Abimelech principatur Arabibus, qui praefuit his annis 22. Theodorus autem Constantinopolitanus annis tribus et Alexander Antiochenus habentur antistites. hoc autem anno mittit Abimelech ad Iustinianum confirmare pacem, et convenit inter eos huiuscemodi pax, ut scilicet imperator deponeret Mardaitarum agmen a Libano et prohiberet incursiones eorum, et Abimelech Romanis tribueret per singulos dies numismata mille et equum et servum, et ut haberent in commune per aequalitatem tributa Cypri et Armeniae ac Hiberiae. et direxit imperator Paulum magistrianum ad Abimelech ad confirmandum ea quae placita fuerant, et facta est in scriptis securitas sub testium stipulatione. qui liberaliter honoratus reversus est. et mittens imperator assumpsit Mardaitarum 12000, Romaica virtute
p. 556 recisa: omnes enim quae nunc habitantur ab Arabibus in confinibus positae civitates a Mopsuestia et usque ad quartam Armeniam, infirmae, et inhabitabiles erant propter impetum Mardaitarum, quibus repressis omnia dira Romania passa est usque in praesentem diem. eodem anno mittit Abimelech Ziadum fratrem Mauhiae in Persidem contra Muctartem mendacem atque tyrannum, et interemptus est Ziadus a Muctarte. quo audito Abimelech venit in Mesopotamiam, et tyrannidem patitur a Saido, quem supergressus verbo Damascum aperire fecit a se praeventam, et post haec fraudulenter occidit eum.

Iustinianus autem cum esset iunior, quasi annorum 16, et sua quaeque inconsulte disponeret, misit Leontium praetorem in Armeniam cum Romaico potentatu, et Saracenis illic existentibus interemptis subegit hanc Romanis, similiter et Hiberiam et Albaniam, Bucandam quoque atque Mediam, et sub tributo regionibus actis plurimas pecunias imperatori transmisit. at vero Abimelech his cognitis adit Cercesium, et Theopolim subiugavit.

Digitized by Google

Anno imperii Iustiniani secundo Paulus habetur antistes, p. 557
qui septem annis throno Constantinopolitano praesedit; factaque est fames in Syria, qua de re multi Romaniam sunt ingressi. et veniens imperator in Armeniam illic suscepit Mardaitas, qui in Libano fuerant, aeneo muro destructo. destruxit autem et pacem cum Vulgaribus fixam, perturbans typos qui a patre proprio ordinabiliter facti sunt, et iubet transire in Thracem equestres militias, volens tam Vulgares quam Sclavinias praedari.

Anno imperii sui tertio movit exercitum Iustinianus contra Sclaviniam et Vulgariam, et Vulgares quidem ad praesens sibi occurrentes impulit. exurgens autem usque Thessalonicen copiosas multitudines Sclavinorum partim bello percepit, partim cum ad se confluerent in partibus Obsequii, cum per Abydum transfretasset, constituit. dum autem reverteretur, in itinere praepeditus a Vulgaribus in arto clausurae cum caede proprii populi et vulneratione multa vix remeare praevaluit. eodem anno et Adelatzuber Musabum fratrem suum mittit contra Muctar, et inito Marte cum eo vertitur
Muctar, et fugit in Syriam; quem praeoccupans interfecit. p. 558
porro Abimelech militat contra Musabum, et victum occidit, et subiugavit Persidem totam.

Mundi anno 6181, divinae incarnationis anno 681, anno vero imperii Iustiniani quarto misit Abimelech contra Zubehir chagan in Macca, et occidit eum ibidem chagan, et subdita regione chagan adversante sibi concremavit domum idoli eius una cum idolo culturae ipsorum. quam ob causam ille chagan praetorem Persidis promovit, et subacta est Abimelech tam Persidis regio et Mesopotamiae quam Armenia magna Aethribi, et per id intestina eorum bella quieverunt.

Anno imperii Iustiniani quinto finem habuit et liberatus est ab omni bello Arabum principatus, et pace potitus est Abimelech, cunctis sibi subactis.

Anno imperii sui 6 Iustinianus pacem, quam ab Abimelech habuit, ex amentia dissolvit. etenim Cypriorum insula populum irrationabiliter voluit transmigrare, et characterem, qui missus ab Abimelech fuerat, cum noviter visus esset et nunquam antea factus, non admisit. multitudo ergo Cyprio-
rum dum transmeare niteretur, submersa est, et ex languore p. 559
peribat, reliqui vero in Cyprum reversi sunt. et auditis his Abimelech satanice simulatus rogabat ne pax solveretur, sed susciperet monetam suam, cum Arabes non susciperent Romanorum incisionem in suis nummis. verum dato pondere auri ait "nullum Romanis damnum efficietur," ex eo quod

Digitized by Google

Arabes nova cuderent. at ille precem ex timore arbitratus effectam, non perpendit quod studium eorum esset ut Mardaitarum solum compesceret primum incursus, et ita per putativae rationis obtentum pacem dissolveret. quod et factum est, et misit Abimelech ad aedificandum templum Machan, et voluit auferre columnas sanctae Getsemanis, et rogaverunt eum Sergius quidam vir Christianissimus, qui erat generalis Mansur logotheta et valde familiaris eidem Abimelech, atque patricius socius eius, Christianis qui erant in Palaestina praepositus, qui cognominabatur Clausus, postulantes ne fieret hoc, sed per supplicationes suas persuaderet Iustiniano mittendi sibi alias pro eis; quod et factum est.

Anno imperii sui Iustinianus septimo elegit ex Sclavis,
p. 560 qui se iubente migraverant, milites triginta milia, et armatis eis cognominavit illos populum acceptabilem, principemque in eis Nebulum nomine statuit. fisus autem in illis scripsit Arabibus non se permansurum in pace, quae scripto convenerat. et assumpto populo acceptabili et cunctis equestribus militiis abiit Sebastopolim maritimam. Arabes autem dissimulantes, et pacem solvere minime proponentes, sed imperatorio excessu atque procacia hoc agendi violentiam patientes, armati et ipsi veniunt Sebastopolim, protestantes ne imperator, quae invicem cum iuramentis consono pacto placita fuerant, solveret; alioquin deus vindex et iudex culparum foret. sane cum imperator nec auditu ipso huiuscemodi verba percipere pateretur, illi pacis et verbi scriptum solventes et in excelsa hasta pro vexillo procedendi gratia suspendentes, contra Romanos impetu irruunt, Muamed ducem habentes, bellumque taliter inierunt. et prius quidem superati sunt Arabes. suggerens interea Muamed auxilianti Romanis Sclavorum duci mittit ei marsupium numismatibus plenum, multisque repromissionibus hunc seducens persuadet
p. 561 ad se fugere cum viginti milibus Sclavorum, et sic fugam Quiritibus acquisivit. tunc imperator occidit horum residuos una cum liberis et uxoribus trans praecipitii locum Leucatium dictum, qui maritimus erat iuxta Nicomediensem sinum positus.

Anno imperii Iustiniani octavo Sabbas patricius Armeniae, comperta superatione Romanorum, Armeniam Arabibus tradidit, et subiecta est eis interior Persis, quae dicitur Cherasa. et oritur ibidem insidiator nomine Sabinus, qui multos Arabum interfecit, sed et ipsum chaganum prope modis omnibus in amne necavit. ex tunc ergo per amplius Agareni temerarii facti Romaniam depopulabantur.

Digitized by Google

Mundi anno 6186, divinae incarnationis anno 686, anno vero imperii Iustiniani 9 Callinicus habetur Constantinopolitanus antistes, qui 12 praefuit annis ecclesiae. hoc etiam anno defectio est solis effecta hora diei tertia, ita ut quaedam clarae stellae parerent. et exercitum movit Moamed contra Romaniam habens secum profugos Sclavos utpote expertes Romaniae, et multos duxit captivos. porro Iustinianus diligentiam circa palatii habens negotia construxit tricli- p. 562
nium, quod Iustiniani vocatur, constituitque Stephanum Persam, sacellarium suum et spadonum primum, dominum et arbitrum, nimis insidiantem sanguini atque crudelem, qui immisericorditer exteriores quosque verberare, sed et lapidare tam ipsos quam horum praelatos *) penitus non cessabat. cumque imperator quadam die profectus fuisset, praesumpsit agrestis illa bestia et matrem quoque ipsius Anastasiam Augustam habenis more pueri flagellare. in his autem et in omnem civilem copiam multis malis ostensis exosum fecit cunctis imperatorem. similiter et in generalis logothesii rebus constituit monachum quendam, Theodorum nomine, qui prius inclausus fuerat in Thracensibus angusti partibus, sed et ipsum saevissimum et crudelem nimium existentem, qui plurimos rei publicae principes et illustres viros, non tantum ex ordinatoribus sed ex urbis habitatoribus, frustra et in vanum et inexcusabiliter exactiones et functiones ex proscriptione exsolvere faciens funibusque hos suspendens palearum fumo afficiebat. insuper et praefectus imperatoria iussione plurimos viros carceribus tradens per aliquot annos servari p. 563
mandavit. haec omnia crescere fecerunt odium populi circa imperatorem. praeterea imperator exigebat a Callinico patriarcha orationem faciendi, ut destrueret ecclesiam sanctae dei genitricis, quae metropolitae dicebatur, iuxta palatium sitam, volens in loco sistere phialam et bases construere vulgi Venetorum, ut illic imperatorem susciperent. at vero patriarcha dicebat "orationem quidem ad statuendam ecclesiam habemus, in destructionem vero ecclesiae non suscepimus." cogente autem eum imperatore, et omnimodis exigente orationem, dixit patriarcha "gloria deo, qui iugiter sustinens patitur, nunc et semper et in saecula saeculorum. amen." quo audito destruxerunt ecclesiam et fecerunt phialam. porro iam dictam ecclesiam metropolitae fecerunt apud Petrin.

*) praelatos] qui eis praeerant. hinc praelatio προστασία apud vet. int. epist. ad Antiochenos, quae S. Ignatio adscribitur. Fabr.

Digitized by Google

Anno imperii Iustiniani decimo aciem direxit Muamed
adversus quartam Armeniam, et captivatis multis reversus
est. eodem quoque anno Iustinianus ab imperio pulsus est
hoc modo. iussit Stephano patricio et praetori, cognomento
p. 564 Rufio, noctu interficere vulgus Constantinopolitanum, a pa-
triarcha inchoaturo. Leontius vero patricius et quondam
magister militum Orientalium, qui in bellis saepe probabili-
ter gesserat et tres in custodia transegerat annos, accusatus
extemplo revocatus et praetor Helladis promotus est, iussus
autem est in tres immitti dromones eademque die ab urbe
moveri. nocte vero penes Iulianesium portum Sophiae, iuxta
ea quae dicuntur Mauri situm, ad iter agendum ab urbe motus
statione fixa vale dicebat amicis, qui ad se veniebant. inter
quos ad eum venere germani quoque sodales eius, Paulus scili-
cet monachus Callistrati, qui et astronomus, et Georgius Cap-
padox, qui et clusiarches extiterat, deinde monachus factus et
hegumenus Flori, qui in custodia frequentius illum visitantes
affirmabant eum imperatorem Romanorum futurum. at vero
Leontius dixit ad eos "vos certum in custodia super imperio
me fecistis, et nunc vita mea in malis finitur, postmodum
quippe meam ero per singulas horas praestolans mortem."
qui dixerunt "ipse ne pigriteris, et hoc protinus adimpletur.
p. 565 audi nos tantum, et sequere nos." et assumptis Leontius
hominibus suis, et armis quotquot habuit, ascendit in prae-
torium silentio multo; et pulsantes portam imperatorem ve-
nisse fingebant ad disponendos quosdam, qui illic esse nosce-
rentur. cumque hoc nuntiatum fuisset praefecto, qui tunc
erat, et ille concite venisset et portas aperuisset, capitur a
Leontio, et alapis caesus ligatur manus et pedes. ingressus
autem Leontius, et carceribus reseratis, solutisque viris re-
trusis multis et fortibus, qui sex et octo annis in vinculis
fuerant, quorum plures milites erant, hos armavit, et in fo-
rum exivit cum eis clamans "quotquot Christiani, ad S. So-
phiam." et mittens per omnem regionem voce sua clamare
praecepit. multitudo vero civitatis tumultuata celeriter ad
luterem ecclesiae congregata est. ipse vero cum duobus
monachis amicis suis et quibusdam ex clarioribus viris, qui
ex custodia sunt egressi, patriarchium ascendit ad patriar-
cham. inveniens autem et ipsum propter illa quae iussa sunt
patricio Stephano Rufo turbatum, persuadet et descendere
p. 566 ad luterem, et clamare sic "haec dies quam fecit dominus."
universa vero multitudo levaverunt vocem "effodiantur ossa
Iustiniani," et ita in hippodromium omnis cucurrit populus.
cumque dies facta fuisset, educunt Iustinianum in hippodro-
mium, nasoque ipsius et lingua recisa exulem faciunt apud

Digitized by Google

Chersonam. porro comprehensum turba Theodotum monachum et generalem logothetam atque Stephanum sacellarium Persam, funibusque retrorsum hos ligatos trahunt per mediam plateam, et ad bovem deductos incenderunt, et ita Leontium imperatorem laudaverunt.

Anno imperii sui primo Leontius cum regnare coepisset, undique pacifice mansit, tribusque annis imperium rexit.

Anno imperii Leontii secundo movit exercitum Senalidus in Romaniam, et multis ductis captivis reversus est; seditioneque Sergius concitata, patricius Lazicae, hanc Arabibus subdit.

Anno vero imperii Leontii tertio acie Arabes in Africam mota hanc obtinuerunt, et ex proprio exercitu taxatos in ea quosdam constituerunt. quibus compertis Leontius mittit Ioannem patricium, virum idoneum, cum omnibus Romaicis classibus. p. 567 qui cum Carthaginem pervenisset, et bello catenam portus eius aperuisset, inimicosque in fugam vertisset, hos viriliter insecutus universa liberavit Africae castra, relictisque propriis observatoribus haec imperatori suggessit, ibidemque hiemavit iussionem praestolatus ab eo. at vero protosymbolus his compertis copiosum et potentiorem adversus eos stolum transmittit, et praedictum Ioannem cum stolo ipsius bello a portu depellit, et exterius hostiliter castra metatus est: praedictus vero Ioannes ad Romaniam repedavit, maiorem virtutem ab imperatore accipere volens, et venit usque ad Cretam, principem aditurus. exercitus autem per maiores suos ad imperatorem ascendere nolens (obtinuerat enim eos timor atque confusio) ad consilium sese nequissimum contulit. et huic maledixerunt, eligentes imperatorem Apsimarum drungarium Cibyraeotorum apud Curiositas habitum, hunc Tiberium nominantes. itaque Leontio apud Constantinopolim posito et Neoresium portum emundante, bubonis pestis urbi incubuit, et in quattuor mensibus multitudinem plebis consumpsit. p. 568 venit autem Absimarus una cum stolo, qui secum erat, et applicuit ex adverso civitatis in Syces. per aliquantum sane temporis civitate prodere nolente Leontium, proditio facta est per singularem murum Blachernarum a principibus exteris, quibus claves terreni muri cum horribili iureiurando creditae fuerant: isti namque per insidias tradiderunt urbem. porro ingressi classium milites civium domos, denudaverunt in his habitantes. at vero Apsimarus Leontium quidem naso reciso in monasterium Dalmati sub custodia fore praecepit, principes autem et amicos eius, utpote commorientes ei, caesos atque proscriptione damnatos exilio relegavit. Heracliumque germanum fratrem suum,

Digitized by Google

ut virum vehementer idoneum, singularem praetorem omnium exteriorum equestrium exercituum promotum in partes Cappadociae ac clausurarum discurrere contraque hostes curam et dispositionem facere misit.

p. 569 Mundi anno 6191, divinae incarnationis anno 691, anno vero imperii Absimari primo, qui septem circiter imperavit annis, tumultuatus est Abderachman in Perside, et dominatus est ei, et persecutus est ab ipsa chagan.

Anno imperii Absimari secundo Romani per Syriam peragrantes, et venientes usque ad Samosatum, et depraedantes circumquaque regionem, multos occiderunt, milia videlicet Arabum, ut ferunt, ducenta, plurimisque spoliis sumptis et captivatione Arabum multa reversi sunt, timore magno in eos patrato.

Anno imperii Absimari tertio exercitum movit Abdelas in Romaniam, et expugnans Tarentum nihilque proficiens rediit, ac aedificavit Mopsuestiam, et posuit in ea custodes.

Anno imperii Absimari quarto Baanes cognomento Eptademon quartam Armeniam Arabibus subdidit. Absimarus
p. 570 vero Philippicum, filium Nicephori patricii, in Cephalleniam exulem misit ut imperandi somnio venundatum: asserebat enim se in somnis vidisse quod caput suum obumbraretur ab aquila. quibus imperator auditis hunc protinus exilio relegavit.

Anno imperii Absimari quinto seditionem concitaverunt principes Armeniae contra Saracenos, et eos qui erant in Armenia peremerunt, et iterum ad Absimarum mittunt, et Romanos in regionem suam adducunt. porro Muamed acie adversus eos directa multos occidit, et Armeniam Saracenis submittit, optimatesque Armeniorum coacervatim in uno loco viventes incendit. per idem vero tempus exercitum movit Azar in Ciliciam cum decem milibus; cui cum obvius occurrisset Heraclius frater imperatoris, plurimos eorum occidit, residuos vero vinctos imperatori transmisit.

Anno imperii Absimari sexto Azidus Cunei aciem contra Ciliciam movit, expugnansque Sisvi castrum . . . . Heraclius imperatoris frater obtinuit, et bellum in eum aggressus Arabum duodecim milia necat. interea Iustinianus cum penes Chersonam degeret et se iterum imperaturum concionatus
p. 571 denuntiaret, accolae locorum eorundem discrimen ex imperio provenire metuentes, consiliati sunt hunc interficere vel certe imperatori transmittere. ipse vero cum id sensisset,

Digitized by Google

potuit effugere, et Daras adiens Chazarorum se poposcit chagani obtutibus praesentari; qui cum rei circumstantiam didicisset, suscepit eum cum honore ingenti, et tradidit illi in uxorem Theodoram germanam sororem suam. post modicum vero temporis prece oblata chagano descendit in Phenagoriam, et illic degebat cum Theodora. his auditis Absimarus mittit ad chaganum, promittens ei praebere munera multa, si Iustinianum sibi duntaxat vivum transmitteret, sin autem, caput eius. cedens ergo chaganus huiuscemodi petitioni, custodiam ei misit, ne quasi a contribulibus suis insidias pateretur, mandans Papatzin, qui erat illic in personae suae vice *) deputatus, et Balgitzin principem Bosphori, ut cum renuntiatum foret, eundem trucidarent Iustinianum. his autem per servum chagani Theodorae nuntiatis et Iustiniano patefactis, convocatos iam dictos Papatzin et Balgitzin principem ad colloquendum secreto chorda strangulari curavit, confestimque Theodoram in Chazariam mittit, et ipse a Phe- p. 572
nagoria clam fugiens Tomen descendit, et inventa nave parata ascendit in eam, et navigans iuxta littora venit usque ad Symbolum iuxta Chersonam; ad quam mittens occulte tulit Basbacurium et fratrem eius, Saliban quoque ac Stephanum et Moropaulum una cum Theophilo. qui cum navigasset cum eis, Chersonis pharum transivit, sicque demum transfretantes Necropyla seu ostia Danapri et Danistri tempestate facta super salute sua desperati sunt omnes. Myaces vero, familiaris homo ipsius, dixit ei "ecce morimur, domine. vove deo pro salute tua, ut si deus imperium tibi tuum reddiderit, in nullum tuorum ulciscaris inimicorum." at ille respondens in furore dixit "si pepercero cuiquam ipsorum, hoc in loco deus me demergat." et sine periculo ab aestu illo exivit, et introivit in Danubium amnem. cum autem misisset Stephanum ad Terbellin dominum Vulgariae, ut sibi auxilium praestaret ad obtinendum parentale imperium suum, repromisit ei plurima se dona daturum et filiam eius in mulierem accepturum ipsique in cunctis obediturum et concursurum, iureiurando pollicitus. quo ille cum ingenti honore suscepto, commovet universum sibi suppositum populum, Vulgarum scilicet, atque proximo anno ad regnantem urbem venerunt.

Anno imperii Absimari septimo mortuus est Abimelech p. 573 4

*) in personae suae vice] ἐκ προσώπου αὐτοῦ. Glossarium Nomicum: βικάριος ὁ ἐκ προσώπου. Anastasius in Collat. S. Max.: ex persona, ut dixit, Petri Cpolitani praesulis missus. Hist. tripart. 7 3: convenientes ex persona episcoporum. Fabr.

Arabum princeps, et tenuit Vhaled filius eius principatum. eodem quoque anno cum Iustinianus ad regiam civitatem venisset una cum Terbelli et subiectis Vulgaribus, castra metatus est ad portam Charsii et usque Blachernas. et per tres dies alloquentes eos qui erant in urbe, conviciis dehonestabantur ab illis, qui eorum saltem nec verbum admittebant. at vero Iustinianus cum paucis contribulibus, bello excepto, per aquaeductum ingressus et tumultum excitans fodiendo urbem obtinuit, et post paululum tabernacula in palatio Blachernarum tetendit.

Imperat itaque denuo Romanis Iustinianus annis sex: Arabum vero princeps efficitur Vhalid annis novem. Constantinopolitanus episcopus habetur Cyrus, qui sex praesedit annis ecclesiae; de quo dicetur inferius.

Igitur anno imperii sui primo idem, quo imperium suum recepit Iustinianus, multa dona Terbelli tribuens, simul et regalia vasa, dimisit eum in pace. ceterum Absimarus urbe relicta Apolloniadem fugiens adit: insecutionem tamen perpessus apprehenditur et ad Iustinianum deducitur. porro
p. 574 Heraclius a Thrace vinctus adductus est cum omnibus qui ei opitulabantur; quos in muro omnes suspendio interfecit. cum autem et ad mediterranea destinasset, plurimos ex eis inventos, tam actores quam privatos, similiter interemit. porro Absimarum atque Leontium vinctos catenis per totam urbem pompis fecit dehonestari. cumque ludi equestres agerentur ipseque in solio resideret, ducti sunt publice tracti et proiecti proni ad pedes eius; quorum ille colla usque ad solutionem primi bravii *) calcavit, universa plebe clamante "super aspidem et basiliscum ascendisti, et conculcasti leonem et draconem." et ita hos destinatos in vivario animantium capitis animadversione punivit. Callinicum vero patriarcham ablatis oculis apud Romam exilio relegavit, et pro eo Cyrum, qui in insula fuerat inclusus Amastridis, tanquam eum qui praenuntiaverat sibi prioris restitutionem imperii, surrogatum provexit. innumerabilem quoque multitudinem, tam ex civili quam ex militari catalogo, perdidit. multos etiam in saccos missos amara fecit morte necari. alios autem, cum ad prandium vel cenam accubitaret, mox surgebat, partim suspendio partim occisione perdebat. et hinc magnus timor
p. 575 obtinuerat omnes. misit interea classem ad ducendam a Chazaria uxorem suam, et multae cum suis viris scaphae de-

*) bravii] βαΐου. fortasse legerat Anastasius βραβείου. est autem βραβεῖον palma. Fabr.

mersae sunt. quo audito chaganus significat ei dicens "o insensate, nonne oportebat te in duabus vel tribus scaphis accipere mulierem tuam, et non tantam occidere multitudinem? an putas quod et hanc Marte percipias. ecce peperit tibi et filium. mitte ergo et accipe illos." at ille misso Theophylacto cubiculario duxit Theodoram et filium eius Tiberium, et coronavit eos, et imperavere simul cum ipso.

Anno imperii Iustiniani secundo Ioannes Hierosolymitanus, qui per triginta annos ecclesiae praefuit, habetur antistes; eodemque anno Vhalid surripuit ecclesiam catholicam Damasci livore pestifero in Christianos habito, stimulatus propter eminentem tanti pulcritudinem templi, et prohibuit scribi graece publicos logothesii codices, sed in Arabicis annotari sine computo, quoniam impossibile est illorum lingua monadem vel dualitatem aut trinitatem aut octo et dimidium aut tria scribi, propter quod et usque hodie sunt cum eis notarii Christiani.

Mundi anno 6200, divinae incarnationis anno 700, anno imperii sui tertio Iustinianus pacem inter Romanos et Vulgares evertit, et equestres militias in Thracem transire fa- p. 576
ciens classibus constructis contra Vulgares et Terbellin properavit. cum autem venisset ad ripam, navigium quidem ante castrum applicare fecit, equites vero in superioribus campis sine custodia et omni suspicione castra metari praecepit. populo autem sicut ovibus per campos ad legendum fenum disperso, viderunt exploratores Vulgariae vanam Romanorum dispositionem, et coacervati ut ferae subito irruerunt, et vehementer consumpserunt Romaicum ovile, multam praedam, et equos et arma, exceptis his qui perempti sunt, accipientes. porro Iustinianus cum ad castrum fugisset cum his qui evaserant, per tres dies portas clausit et obseratas tenuit, vidensque Vulgarum perseverantiam, ipse primus equi sui nervos incidens omnes id ipsum facere iussit. armis autem bellicis supra murum positis, noctu in scaphas ascendens latenter enavigavit, et cum confusione venit ad urbem.

Anno imperii Iustiniani quarto exercitum movit Masalmas adversus tyrannum propter indignationem exercitus una cum Mauhina per Maurinianum occisi; et hanc ob- p. 577
sidentes hiemaverunt ibidem. ad quos mittit imperator duos praetores, Theodorum Carterucam et Theophilatum Saliban, cum exercitu et agresti populo rusticam operam daturo ad debellandum eos et insequendum. ipsi vero ad contentionem in alterutrum venientes, et inordinate in eos congressi, vertuntur, et multa milia perierunt, et captivi multi ducti

sunt. at illi sarcina eorum et escis abreptis obsederant, quousque civitatem ceperunt: defecerant enim illis escae, ac per hoc recessuri erant. porro viri Tyanenses his visis desperati acceperunt verbum indemnitatis suae, et exierunt ad eos, et derelicta est civitas deserta usque in praesentem diem. verum illi non servantes verbum hos in eremum exules transmiserunt, et multos ex his servos retinuerunt.

Mundi anno 6200, divinae incarnationis anno 700, anno vero imperii Iustiniani quinto movit exercitum Abas contra Romaniam, et multis in captivitatem ductis rediit, et coepit aedificare Garis in regione Eupoleos.

Anno imperii Iustiniani sexto movit exercitum Uthman contra Ciliciam, et multa castra verbo accepit. proditum
p. 578 autem est ei et Camachum cum adiacentibus sibi locis. interea Iustinianus stolo copioso armato Maurum patricium misit Chersonem una cum Stephano patricio cognomento Asmicto, malorum memoria succensus insidiarumque recordatus contra se a Chersonitensibus et a Bosphorianensibus ac reliquis climatibus effectarum, omnes naves, dromones videlicet, trieres et scaphas, chimeras ac lintres usque ad chelandia, per collationem ab unoquoque habitantium urbem, senatorum scilicet et ergasteriacorum et plebeiorum ac omnis officii, collegit. quibus missis praecepit omnes habitantes in castris illis gladio interficere et neminem vivificare, tradens eis et Heliam spatharium, qui deberet princeps Chersonis constitui. qui Chersonem pervenientes, nemine sibi resistente, castra ceperunt et omnes gladio interfecerunt, exceptis infantibus, utpote parvulis his parcentes et sibi hos in servitium reservantes. Tudunum autem principem Chersonis, qui ut ex persona chagani erat, et Zoelum, qui ex linea et genere primus civium habebatur, atque alios quadraginta illustres seu primores Chersonis una cum familia ipsorum vinctos ad imperatorem miserunt. alios vero septem ex primoribus Chersonis
p. 579 in verubus ligneis igni applicantes assaverunt; alios etiam viginti post tergum horum brachiis vinctis ad lora navis alligantes, et lapidibus hanc implentes, in profundum miserunt. his autem Iustinianus compertis, pro salute puerorum saeviens, iussit eos ad se quantocius advenire. cum autem stolus mense Octobrio motus et in pelago praeoccupatus esset in astri ortu quod Artura dicitur, pene totus demersus est. sane numerata sunt eorum qui naufragio periere milia septuaginta tria. at vero Iustinianus his agnitis non est tristatus, quin potius gaudio repletus, et huiusmodi adhuc vesaniae deditus, clamore magno minitans iterum alium stolum

Digitized by Google

mittit, et arari atque ad paviventum illidi universos usque ad mingentem ad parietem iussit. audierunt haec qui erant ex castris illis, et sese munierunt, coactique contra imperatorem sapere miserunt ad chaganum in Chazariam, petentes populum ad custodiam sui. verum inter haec erigitur et Helias spartharius et Bardanes exul, qui tunc fuerat a Cephallenia p. 580 revocatus eratque cum classe apud Chersonem. porro imperator his cognitis misit cum paucis dromonibus Georgium patricium cognomento Syrum, et generalem logothetam, et Ioannem praefectum, atque Christophorum turmarchen Thracensium cum tercentum armatis, tradens eis Tudunum ac Zobelum, qui deberent Chersoni restitui, secundum quod antea fuerant, ad rationem reddendam chagano per apocrisiarium, ducendosque ad se Heliam atque Bardanium. quibus transmeantibus in Chersonem, his Chersonitae rationem reddere dedignati sunt. in crastinum vero solos hos cives ingredi exhortati portas clauserunt, et generalem quidem logothetam una cum praefecto gladio trucidarunt, Tudunum vero cum Zobelo et iam dicto turmarcha una cum trecentis militibus Chazaris tradiderunt et ad chaganum mittere curaverunt. Tuduno autem in itinere mortuo, Chazari in susceptionem eum occiderunt turmarchem una cum 300 militibus. tunc hi qui Chersonis erant ceterorumque castrorum, Iustiniano quidem mala imprecati sunt, Bardanium vero Philippicum, qui illic fuerat exilio relegatus, etiam ut imperatorem laudibus extulerunt. his compertis Iustinianus, et peramplius insaniens, p. 581 filios quidem Heliae spatharii in matris sinu peremit, hanc autem coegit coniungi proprio coquo, qui erat genere Indus. sicque alio navigio constructo Maurum patricium Besum dirigit, traditis eis ad civitatum expugnationem machinis et ariete omnique ad urbis exterminium instrumento, mandans illi muros quidem Chersonis omnemque urbem ad terram prosternere, nullam vero animam ex ipsa vivificare, crebriusque quae a se agerentur suggestionibus intimare. hoc autem transmeante, perque arietem turrem quae dicebatur Centinarisia, simul et proximam eius Syagrum vocatam deponente, Chazarisque pervenientibus factae sunt indutiae belli. Bardanius autem fugiens ad chaganum pergebat. cum vero inefficax stolus effectus ad imperatorem remeare minus auderet, Iustinianum quidem execrati sunt, Bardanium autem ut imperatorem et ipsi laudibus extulerunt. praeterea petierunt a chagano uti daret sibi Philippicum. porro chagano verbum ab illis exigente, ne proderetur ab eis et deferretur ei per unumquemque virum numisma unum, illi protinus his datis acceperunt Philippicum imperatorem. cum p. 582

autem classis moraretur et suggestio nulla veniret, sensit Iustinianus causam, sumptisque secum his qui erant Obsicii, et parte Thracesiensium, ascendit usque Sinopem ad discenda quae Chersonae fuerant gesta. cumque intueretur interiores partes, videt classem ad urbem vela moventem, frendensque ut leo, et ipse ad urbem reversurus, impetum demonstravit. verum Philippico perveniente ipse ad Damastrim veniens castra metatus est. at vero Philippicus continuo mittit contra Tiberium quidem Maurum patricium cum Ioanne spathario cognomento Strutho, Heliam vero similiter cum incursione militari contra Iustinianum in Damastrim, iterumque alium contra Barisbacurium, qui fuga fuerat usus. et Maurus quidem una cum iam dicto Strutho cum ad Blachernas abiisset, invenit Tiberium altera tenentem manu columellam sanctae mensae dei genitricis altaris et altera pretiosa ligna, et in collo phylacta, extra tribunal autem residentem Anastasiam, patris eius matrem, quae Mauri pedibus provoluta flagitabat ne suus occideretur nepos Tiberius, utpote qui nihil gesserat
p. 583 pravum. cumque illa pedes eius teneret et cum lacrimis supplicaret, ingressus est Struthus intra tribunal, et vi arripuit illum, et pretiosa quidem ligna ab eo sublata supra mensam posuit, phylacta vero in collo suo suspendit. puero autem foras educto atque dispoliato supraque limen expanso, guttur eius instar ovis secarunt, et hunc in templo SS. Anargyrorum, quod Paulinae vocatur, sepeliri mandarunt. comprehensus vero praeterea et Barisbacurius, primus patricius et comes obsequii, interemptus est. porro Helia una cum eo qui secum erat ascendente in Damastrin, et ad sermones cum eo qui illic erat exercitu veniente, verbumque impunitatis populo qui erat cum Iustiniano praebente, sequestrati sunt universi et discesserunt a Iustiniano, solum hunc deserentes et ad partes Philippici confluentes. tunc praedictus Helias spatharius furore currens, collo eius apprehenso, pugione, quo erat accinctus, amputavit caput ipsius, et per Ro-
p. 584 manum spatharium ad Philippicum misit. at vero Philippicus per eundem spatharium hoc ad Occidentales partes usque Romam transmisit.

Praeterea priusquam imperaret erat quidam inclausus in monasterio Callistrati praevisor et haereticus, qui ascendenti ad se Philippico dixit "imperium est tibi repositum." at ille turbatus est. et ait inclausus "si deus iubet, tu quamobrem contradicis? hoc autem dico tibi, quia sexta synodus male facta est. si ergo imperaveris, hanc proiice, et efficietur imperium tibi forte atque longaevum." qui cum iuramento spopondit ei se hoc facturum. cum autem Leontius

Digitized by Google

Iustiniano successisset, ascendit Philippicus ad inclausum, qui dicit ei "ne festines: fiet tibi." cumque et Absimarus imperasset, rursus ascendit ad eum, cui ille iterum ait "ne acceleres: illud enim praestolatur te." porro cum Philippicus hoc quibusdam amicis suis fidenter fuisset confessus, ab eis Absimaro nuntiatum est, qui caesum ac tonsum ac ferreis vinculis alligatum hunc in Cephalleniam exulem misit. cum autem Iustinianus imperium suscepisset, revocavit eum, et cum regnaret, fecit pseudosynodum episcoporum iuxta pseudo- p. 585
monachi et inclausi sermonem, et abiecit sanctam et universalem sextam synodum. eodemque anno vanus oculorum caecitatem incurrit; quique cum in multa positus securitate in regalibus degeret, multitudinemque pecuniarum et splendidissimarum substantiarum illic, ex multis retro temporibus ab his qui antea imperaverant, ex proscriptionibus et diversis occasionibus, maximeque a praedicto Iustiniano collectarum invenisset, haec frustra et incassum ac sine dolore dispersit. et in disputationibus quidem suis rationabilis et prudens extimabatur, in actibus autem inhoneste ac indigne vitam consummans improbabilis ubique demonstrabatur: erat autem haereticus et adulter. porro Cyro patriarcha pulso Ioannem communicatorem suum atque haereticum in patriarcham promovit.

Mundi anno 6204, divinae incarnationis anno 704, imperat Romanis Philippicus, qui imperavit annis duobus. Arabibus praeest Hualid, qui ducatum novem tenuit annis. Ioannes quoque Constantinopolitanus atque Ioannes Hierosolymitanus habentur antistites, quorum alter tribus alter vero triginta praefuit annis ecclesiae.

Anno igitur imperii sui Philippicus primo Armenios de terra sua pellens in Armenia quarta et Melitene habitare coëgit. porro non praevaluit saevius moveri contra sanctam p. 586
et universalem sextam synodum, subvertere studens divina, quae ab ea roborata sunt, dogmata. reperit autem sui sensus Ioannem, quem episcopum Constantinopoleos fecit, deposito Cyro praesule huius, quem exilio relegavit in monasterio Choras, Nicolaumque a diacono cauсum effectum, qui cum medicinali esset disciplina sophista, tunc quaestor erat, Agelpidiumque diaconum magnae ecclesiae, atque Antiochum chartophylacem, et alios morum eorundem, qui etiam scripto anathematizaverunt sanctam sextam synodum. interea Vulgares per Philea clam in angustum incidentes, et magna caede facta usque ad urbem discurrentes, et multos transvehentes, nuptiisque opulentis et dapsilibus prandiis cum vario

Digitized by Google

argento ceteroque apparatu repertis usque ad auream por-
p. 587 tam discurrentes, totaque Thrace praeda evacuata, illaesi cum innumeris pecoribus ad propria sunt reversi. similiter et Arabes Misthiam ceperunt et alia castra, multa praeda familiarum plurimarum et pecorum innumerabilium facta.

Anno imperii Philippici secundo movit exercitum Habas contra Romaniam, et cepit Antiochiam Pisidiae cum multa praeda, et reversus est. factus autem est et terrae motus in Syria. biennio vero imperii Philippici in his transeunte, circoque natalicio consummato, cum Prasini vicissent, visum est imperatori sabbato pentecostes equitem cum susceptione ac organis ingredi, et lavari in publico balneo Zeuxippi, et cum civibus prosapiae antiquae prandere. cum autem meridie quiesceret, repente per auream portam introivit Rufus primus stratorum Obsequii, ... cognomento Burafi et Theodori patricii Myacii, cum taxatis quos habebat in Thrace thematis sui, et festinans in palatium invenit Philippicum meridie
p. 588 quiescentem, et comprehensum eum duxit sursum in oratorium Prasinorum, et illic eius oculos eruit, nullo sciente. in crastinum autem, id est pentecoste, coacervato in magna ecclesia populo coronatus est Artemius primus a secretis, mutato nomine Anastasius. sabbato vero post pentecosten oculis privatus et Theodorus Myaces, et secundo sabbato id ipsum pertulit Georgius Buramphus, et in exilium missi sunt apud Thessalonicen.

Mundi anno 6206, divinae incarnationis anno 706, anno vero imperii Artemii primo incursiones Masalmas adversus Romaniam movit, et dispoliata Galatia rediit cum praeda et spoliis multis. ast Artemius magistratibus in equestribus militiis idoneis, et rationabilibus in rebus civilibus ordinatis, iam requiem degebat adeptus. cumque Arabes contra Romaniam terra marique armarentur, misit imperator principes in Syriam ad Vualid, quasi pro his quae ad pacem pertinent locuturos, Danielem videlicet inter alios, Sinopiten, patricium et praefectum urbis, mandans ei diligenter investigare de motu eorum et virtute contra Romaniam construenda. qui cum abiisset et remeasset, nuntiavit impera-
p. 589 tori magnum contra regiam urbem per terram et mare instrumentum eorum. tunc ille praecepit quo unusquisque sumptus usque ad triennii tempus sollicite praepararet, qui autem hoc non possederit, ab urbe, inquit, discedat. constituit autem praepositos construentium naves, et coepit aedificare dromones et dieres igniferas et maximas trieres, et maritimos quidem renovavit muros, similiter autem et ter-

renos, sistens arcobalistas et mangana in turribus et argumentosas alias machinas; et secundum quod possibile sibi erat urbem munivit, frugesque plurimas in regalibus horreis posuit, atque munitas sibimet reservavit.

Anno imperii Artemii, qui et Anastasius dictus est, secundo mortuus est Vhalid Arabum dux, et Suliman in principatu succedit, qui tribus praefuit annis. Germanus quoque Constantinopolitanus habetur antistes, qui eidem throno quindecim praesedit annis. eodem quoque anno translatus est a Cyzico urbe metropoli Constantinopolim, in quo et commonitorium translationis, quod subinfertur, pronuntiatum est continens ita. "electione et approbatione religiosissimorum presbyterorum et diaconorum et totius venerabilis cleri sacrique senatus et amici Christi populi deo conservandae huius regiae urbis, divina gratia, quae semper infirma p. 590
curat et ea quae sunt adimplet, transtulit Germanum sanctissimum praesulem Cyzicensium metropoleos in episcopum huius deo conservandae ac imperatoriae civitatis. facta autem est praesens translatio in praesentia Michaelis sanctissimi presbyteri et apocrisiarii apostolicae sedis, et reliquorum sacerdotum ac praesulum sub Artemio imperatore." porro cum Artemius didicisset quod classis Saracenorum ab Alexandria in Phoenicen properasset ad incidendum lignamen cypressinum, electis ex proprio stolo velocibus scapbis misit taxatos ex themate Obsicio, et apud Rhodum omnes colligi iussit, praeposuitque praetorem eis et caput Ioannem magnae ecclesiae ministrum, qui dicebatur papa Ioannacis, quique generalis erat tunc logotheta. is ergo cum Rhodum adiisset et navigia convenissent, alloquebatur principes super motione ac itinere ipsorum in Phoenicen ad incidendum lignamen et praeparationem, quae inveniretur Agarenorum. cumque omnes alacriter obaudissent, hi qui erant Obsicii hoc nullatenus admiserunt, et imperatorem quidem detestati sunt, p. 591
diaconum vero Ioannem frameis peremerunt. hinc ergo stoli divisi ad sua navigaverunt loca. illi vero nequam operatores contra regiam ascenderunt urbem. cum autem Adramytium adiissent essentque sine capite, invenerunt illic hominem indigenam Theodosium nomine, qui publicorum erat tributorum exceptor, iners ac idiota, et hortati sunt eum imperare. at ille fuga usus in monte latebat; quem inventum ut imperatorem laudibus extulerunt, vi cogentes eum imperare. quibus Artemius cognitis, praefecit urbi domesticos homines suos principes una cum stolo, quem ipse construxerat, et armatis eis ipse Nicaeam ingressus abit in urbem, ibidemque se munit. rebelles autem ascendentes, et

Digitized by Google

commoto toto themate Obsicii et Gothograecis, comprehensisque multis pusillis et magnis negotiatoriis scaphis, per terram perque mare Chrysopolim currunt. cum autem urbis classis in portu S. Mamae stationem fixisset, singulis quibusque diebus per sex menses invicem expugnarunt. cum vero urbis stolus ad Neorii urbis portum profectus stetisset,
p.592 transiens Theodosius Thracenses obtinuit partes. proditione vero facta per portam singularis muri Blachernarum urbem cepit. ast iniqui Obsicii populi una cum Gothograecis noctu per domos civium discurrentes, maximum nulli parcentes excidium operati sunt. principes autem, qui in ea erant, Artemii una cum Germano sanctissimo patriarcha Constantinopolitano comprehensos duxerunt in casam Artemii et eorum qui cum ipso erant. porro Artemius his visis, desperatione sui fessus, semet ipsum tradidit, verboque impunitatis expetito monastico indutus est habitu. quem Theodosius illaesum reservans apud Thessalonicam exilio relegavit. porro Philippicus imperavit quidem annis duobus et mensibus novem, Artemius vero anno uno et mensibus tribus. Leo praeterea cum esset praetor Orientalium, quoniam auxiliabatur Artemio, non est subditus Theodosio. habebat autem conspirantem sibi et concurrentem Artabasdum Armenium, praetorem Armeniacorum, cui et spopondit filiam se suam in uxorem fore daturum; quod et fecit.

p.593 Mundi anno 6208, divinae incarnationis anno 708, Germanus Constantinopolitanus habetur antistes, qui ecclesiae novem praefuit annis. Theodosius vero imperat anno uno; cuius tempore Masalmas adversus Constantinopolim aciem dirigit, et praemisit Suhelimam cum exercitu per siccam, Humarum vero per mare. porro ipse post eos cum multo apparatu hostili venit. Suhelimam autem et Bacharum Amorium pervenientes scribunt ad Leonem praetorem Orientalium ita: "novimus quia imperium Romanorum te decet. veni ergo ad nos, et loquamur quae ad pacem sunt." intuens autem Suhelimam Amorium exercitum non habere, et inimicitiam penes magistratum iacere ob auxilium quod Artemio conferebat, obsedit illud, volens illic et Masalmam expectare. mox autem ut appropinquavit civitati, coeperunt Saraceni laudibus diffamare praetorem Leonem imperatorem, rogantes et hos qui intus erant, id ipsum efficere. videntes autem et hi qui erant Amorii, quod Seraceni hunc amore laudarent, laudaverunt et ipsi. cognoscens vero praetor quod taxatis ac principibus non existentibus periturum foret Amorium, significat Suheliman, "si vis" inquiens "ut veniam ad te et quae pacis sunt loquamur,. cur obsides civitatem?" at ille

Digitized by Google

"veni" inquit, "et recedo." et accepto praetor ab eo verbo p. 594
cum trecentis equitibus venit ad illum. videntes autem eum Agareni vestiti loricis suis venerunt ei obviam, qui manebat dimidio procul a castris eorum miliario. per tres sane dies eo procedente ad ipsum, quae ad pacem sunt, loquebantur, et ut a civitate recederent: at illi asserebant "sponde pacem, et recedimus." comperto vero praetor quod eum vellent retinere, vocavit multos ex illustribus Saracenis ad cenam, et vescentibus eis misit Suheliman tria milia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret, et servandum. quo cognito custodia nuntiavit ei quia multitudines equestrium Saracenorum in circuitu nostro stant. veniens autem unus ex eis eques, nomine Zuber, in praesentia stetit dicens "servus fugit furatus pecuniam multam, et propter illum equis insedimus." porro ipsorum agnita praetor deceptione, dixit ad eos "ne turbemini: nam quocunque perrexerit, in castris nostris reperiemus eum." tristatus autem potuit occulte per hominem suum innotescere his qui Amorii erant, dicens "ti- p. 595
mete deum, ne vosmetipsos prodatis. ecce enim et Masalmas appropinquat." et exiit etiam episcopus ad eum, et eadem ipsa dicit ei. cum vero Suheliman didicisset quod exisset ad eum episcopus, mittit ad praetorem, "da nobis" dicens "episcopum." qui maestus factus abscondit eum, cuidam hominum suorum praecipiens. "nobis" inquit "colloquentibus indue eum aliis stolis, et quasi propter ligna vel aquam missum sine ut vadat in montes." insistentibus autem pro episcopo Saracenis dicit praetor "non est hic. verumtamen pergite ad ameran, et venio etiam ipse, et de cunctis loquemur." ipsi autem cogitantes quod cum introiret ad ameram, in medio ipsorum retinerent eum, hunc dimiserunt. at ille cum equo insedisset, profecturus cum bis centum hominibus quasi venaturus, dedit in partem sinistram. Saraceni ergo, qui erant cum eo, dicunt illi "quo vadis?" "in pratis" ait "volo manere." at illi dixerunt "consilium tuum non est bonum, et non veniemus tecum." tunc dicit praetor suis "verbo nobis dato tenere nos voluerunt, p. 596
et propter nos Christianos perdere. verum ex hominibus nostris vel animantibus, quae remanserunt, nullum retinent." et cum isset milibus decem, mansit. postera vero die mittit stratorum suorum domesticum, et significat eis "quia verbum mihi dedistis et dolo me retinere voluistis, idcirco recessi." at vero Masalmas clausuras transierat, Suheliman autem hoc ignorabat. porro tumultuati sunt amerei et populus contra Suheliman, perhibentes "ut quid obsidemus muros, et incursiones non facimus?" repositisque tabernaculis discesserunt.

Digitized by Google

praetor autem Nicaeam turmarcham cum octingentis militibus in Amorium introduxit, emissis ex eo multis mulieribus et infantibus, et proficiscitur ipse in Pisidiam. cum autem Masalmas venisset in Cappadociam, desperati super se Cappadoces exierunt ad eum, ut se reciperet flagitantes. audita vero Masalmas inimicitia quam habebat Theodosius in praetorem, volens hunc decipere et pacisci cum eo ac per ipsum Romaniam sibi subiicere, dicit eis "non estis praetoris?" qui dixerunt "etiam." "facitis quidquid facit?" at illi "etiam."
p. 597 tunc dicit eis "ite ad castra vestra, et quenquam nolite timere," iussitque populo suo ne praedarentur in cunctis praetoris provinciis. his praetor compertis, et intelligens quod Suheliman nuntiaret Masalmae quod se dimiserit et discesserit, misit litteras ad Masalman, dicens "ad te volebam venire, sed Suheliman, cum issem ad eum, tenere me voluit, et idcirco metuo venire ad te." dicit ergo Masalmas homini praetoris "novi quod illudat mihi praetor, ne penitus deperdam provincias eius." dicit ei homo praetoris "non est ita, sed in veritate scribit tibi." tunc interrogat "quomodo est Amorium erga illum?" ait "bene, et in subiectione eius." iratus autem iniuriis affecit eum, dicens "cur mentiris?" at ille "ita est ut dixi." et taxatos mittit una cum turmarcha in ipsum, et eduxit abundantiores familias. tribulatione itaque ingenti Masalmas super hoc accepta, furore plenus expulit eum. consilium quippe habebat aestate capere illud, et expectandi classem, et sic in Asiam descendendi atque
p. 598 hiemandi. iterum ergo quaesito praetoris homine sciscitatur ab eo. ille vero iureiurando dixit ad eum "omnia quae aio tibi, vera sunt. sed et mille in id taxati cum turmarcha ingressi sunt, cunctamque substantiam ibidem habitantium et inopes familias eduxit illinc." his auditis scribit praetori, "veni ad me" inquiens, "et tecum paciscar, et universa ut vis patrabo." contemplatus igitur praetor quod Massaleo propinquasset et quod in aliis quinque diebus provincias suas transiturus esset, missis ad eum duobus consulibus significat ei dicens "litteras tuas accepi et voluntatem tuam suscepi, et en ad te venio. sed ut nosti, praetor sum, et pecuniae et argentum et populus me secuturus est, ac per hoc me permitte mihi super unoquoque ipsorum verbum. et si quidem quemadmodum requiro ex vobis causa mea fuerit facta, bene et optime: sin autem, indemnis saltim et tribulatione proficiscar excepta." consulibus ergo pervenientibus ad eum in Theodosianis, dicit illis Masalmas "sciebam quod illuderet mihi praetor vester." at illi "absit" inquiunt. tunc facto quod quaesierant verbo dimisit eos. donec itaque consules

Digitized by Google

cum suscripto verbo ad praetorem fuissent reversi, Masal- p. 599
mas copiosas multitudines habens, et usquam stare non valens, Achrohenum adit. praeterea cum vidisset praetor quod suas transmisisset ille provincias, Nicomediam vadit, et Theodosii filium consecutus capit hunc cum omni apparatu regio et viris primis palatii. at vero Masalmas descendens in Asiam hiemavit illic, et Humarus in Cilicia. ast praetor assumpto filio imperatoris, et inito consilio cum his qui secum erant, venit Chrysopolim. porro Theodosius compertis quae gesta sunt, consilio a Germano patriarcha et senatu percepto, per eundem patriarcham accepit a Leone indemnitatis verbum et ecclesiae sine perturbatione servandae, et sic ei committunt imperium. porro Theodosius una cum filio suo clerici facti residuum vitae suae tempus transegerunt in pace. veniens interea Masalmas Pergamum hanc obsedit, et indulgentia dei per diabolicam operationem accepit. ex magisterio quippe magi cuiusdam adductam viri civitatis illius mulierem incinctam *) iam iamque parituram inciderunt, et assumpto parvulo in cacabo hunc coxerunt, atque in huiusmodi deo detestabile sacrificium omnes, qui bellare volebant, dexterae manus suae manicas intingebant; et idcirco inimicis sunt traditi.

Mundi anno 6209, divinae incarnationis anno 709, Leo p. 600
imperator Romanorum provehitur, qui 24 imperavit annis. Suheliman vero dux Arabum noscitur, qui tribus praefuit annis. hoc itaque anno Leo imperare coepit ex Germanicensibus derivatus, genere Syrus, qui a Iustiniano imperatore, cum prius regnaret, transfertur in Mesembriam Thracae. porro posterioris imperii sui tempore cum veniret una cum Vulgaribus, obvius ei cum muneribus fuit ovium quingentarum. placatus autem Iustinianus spatharium protinus illum fecit, et habuit hunc sicuti germanum amicum. praeterea invidia ducti quidam detraxerunt ei tanquam imperium appetenti. cum vero super hoc quaestio fieret, veluti insimulatores confusi sunt. sane huiuscemodi sermo ex tunc dici coepit a multis. Iustinianus ergo licet manifeste laedere hunc noluisset, taedium quidem sibi contra eum iniicitur, et mittit eum in Alaniam cum pecuniis ad commovendos Alanos adversus Abasgiam, Saracenis retinentibus tam Abasgiam quam Lazicen et Hiberiam. at ille cum pergeret in Lazicam, pecunias quidem reposuit apud Phasidem, perpaucisque as-

*) incinctam] praegnantem, plenam, *enceinte*. Festus propinquam partui mulierem incientem vocari ait, in gravida. Fabr.

Digitized by Google

sumptis indigenis adiit Apsiliam, et cum transivisset Cauca-
p. 601 seos montes venit in Alaniam. Iustinianus autem volens eum perdere, misit, et tulit pecunias ex Phaside. Alani autem spatharium cum omni honore suscipientes, atque verba ipsius audientes, introierunt et praedati sunt Abasgiam. at vero dominus Abasgorum intimat Alanis dicens "ut invenio, alium talem mentionarium Iustinianus non habuit, quem mittere debuisset et commoveret vos contra nos vicinos vestros, nisi hominem istum: fefellit enim vos et circa repromissionem quoque pecuniarum: mittens enim Iustinianus has abstulit. sed date nobis eum, et praebemus vobis numismatum tria milia, et prisca caritas nostra non solvetur." verum Alani dixerunt "nos non propter pecuniam obedivimus ei, sed propter imperatoris dilectionem." iterumque Abasgi mittunt ad eos, dicentes "date nobis eum, et tribuemus numismata sex milia." porro Alani volentes discere regionem Abasgorum, repromiserunt se accipere illa numismatum sex milia et dare spatharium. Alani vero confessi sunt spathario cuncta, et dicunt ei "quemadmodum vides, via quae in Romaniam ducit clausa est, et quomodo transeas non habes. sed
p. 602 potius callide agamus, et polliceamur eis quod tradamus te, et mittimus homines nostros cum eis, et discimus clausuras eorum, et irruemus, et exterminabimus regionem ipsorum." apocrisiarii vero Alanorum abeuntes in Abasgiam, et repromittentes spatharium prodere, plurima xenia perceperunt ab eis. et plures missos denuo mittunt, simul etiam cum quantitate auri ad recipiendum spatharium. Alani vero spathario aiunt "homines isti, et quemadmodum praediximus, ad te recipiendum venerunt, et Abasgia te praestolatur. et quoniam proximi sumus eis, negotiatores euntes ad illos non deficiunt. ergo ne prodas eis consilium nostrum. trademus te manifeste, et cum nos moti recesserimus, mittemus occulte post tergum, et illos quidem occidemus, te autem occultabimus donec coacervetur populus noster et concorditer ingrediamur terram ipsorum." quod et factum est. comprehenso denique missi Abasgorum spathario cum hominibus
p. 603 eius vincientes eum abibant. dein retrovenientes Alani cum Hictaxi domino suo occidunt Abasgos, spatharium occultantes; et electis militibus motus est in Abasgiam, et insperate clausuras eorum ingressus multam in Abasgos praedam et exterminium operatus est. quibus auditis Iustinianus, et comperto quod etiam sine pecuniis praecepta sua sunt acta, mittit litteras ad Abasgos, quia si salvum, inquiens, spatharium nostrum custodieritis et per vos illaesum transire permiseritis, omnes excessus vestros vobis ignoscimus. at illi

Digitized by Google

cum gaudio his receptis miserunt denuo in Alaniam perhibentes "dabimus vobis obsides filios nostros, et date nobis spatharium, ut mittamus eum ad Iustinianum." verum spatharius hoc admittere noluit, asserens "valet mihi deus aperire ostium exeundi: nam per Abasgiam non exeo." post aliquod vero tempus cum exercitus Romanorum et Armeniorum ingressi essent in Lazicam et Artheopolim expugnarent, Saracenorum audito adventu recesserunt. separati vero ex eis usque ad ducentos ascenderunt in partes Apsiliae atque Caucaseorum montium depraedantes. Saracenis sane ad p. 604
Lazicam venientibus fuga lapsus Romanorum Armeniorumque populus Phasin remeans adiit. ducenti vero illi remanentes in Caucasiis stetere montibus, latrocinantes et sui desperationem patientes. quo comperto Alani arbitrati sunt multitudinem Romanorum in Caucaseis montibus esse, gaudentesque aiunt spathario "Romani appropinquant: perge ad eos." assumptis ergo spatharius Alanis 50 transivit cum cyclopedibus Maio mense Caucaseos montes, et invenit eos; unde multum gavisus sciscitabatur ubinam esset populus. qui dixerunt "Saracenis irruentibus in Romaniam reversi sunt. nos autem non valentes in Romaniam ire, ad Alaniam venimus." et dixit ad eos "quid faciemus modo?" qui dixerunt "per regionem istam impossibile est transire nos." at vero spatharius ait "non est possibile per aliam exire?" castrum ergo erat illic cognominatum Sindirum, in quo loci servator habebatur quidam Pharasmanius nomine, sub dicione Saracenorum consistens et pacem cum Armeniis habens. mittens itaque spatharius significat ei dicens "quamdiu pacem cum Armeniis habes, paciscere et mecum, et esto sub regno meo, et da nobis auxilium descendendi ad mare et transeundi ad Tra- p. 605
pezuntensium loca." eo vero patrare hoc non proponente, mittit spatharius unum ex hominibus suis et Armenios, praecipiens eis ut facerent occultationem; "et cum exierint" inquit "e castro ad laborem, capite ex eis quotquot poteritis, portasque tenete ab his qui foris sunt, donec et nos perveniamus." quibus abeuntibus et facientibus occultationem, cum populus esset ad laborem egressus, subito irruentes et portam tenuerunt et multos ceperunt. cum autem Pharasmanius in castro cum paucis mansisset, pervenit etiam spatharius, et praelocutus cum Pharasmanio ut aperiret cum pace, noluit, sed coacervavit bellum. verum cum castrum munitum esset, capere id minime potuerunt. Marinus vero primus Absiliensium cum didicisset quod castrum expugnaretur, timore detentus est, existimans multum esse cum spathario populum, et sumptis secum trecentis abit ad spatharium dicens "ego

Digitized by Google

te salvum ducam usque ad maritima." at vero Pharasmanius visa necessitate ad spatharium dixit "sume filium meum
p. 606 obsidem, et profiteor imperio deservire." qui recepto nato eius dicit ei "qualem servum te ipsum perhibes, quia inclusus cum sis loqueris nobis? impossibile nobis est discedere, donec castrum capiamus." tunc dixit Pharasmanius "da mihi verbum." at vero spatharius dedit ei verbum nihil ei nocendi, sed cum triginta, qui una secum ingrediebantur, dicens "mox ut ingressi fuerimus, tenete portas, et introeant omnes." et hoc facto rediit missurus ignem in castro. cum autem factum fuisset incendium vastum, exiere familiae, quicquid poterant gestare rapientes ex bonis suis. et transactis aliis triginta diebus destruxit muros usque ad terram, et motus descendit in Dapsiliam cum Marino primo eorum, suscepto a Dapsiliensibus cum ingenti honore. indeque abiens ad maritima remeavit, et venit ad Iustinianum. praeterea Iustiniano interempto et Philippico visu oculorum orbato imperat Artemius, qui provexerat eum praetorem Orientalium. cum vero Theodosius imperasset, et pulsus Arte-
p. 607 mius extitisset, Romanorumque res publica esset confusa tam ex barbarorum incursu quam ex Iustiniani homicidiis et Philippici scelestis actibus, hic Leo simulabatur et pro Artemio expugnabat, Theodosio adversatus, quin ut verum dicatur ad se ipsum imperium transferre decertans; quod et fecit. habebat autem concordantem et concurrentem sibi Artabasdum Armeniacorum praetorem, quem et generum sibi, postquam regnavit, Annae filiae suae coniunctum effecit, promovens illum et constituens Curopalaten.

Interea Masalmas cum in Asia hiemasset, praestolabatur Leonis promissa. cumque nil a Leone recepisset, et comperto quod illusus esset ab ipso, adiens Abydum rursus transvexit populum copiosum in Thracem, et contra regiam urbem commotus est, scribens et ad Sulehiman protosymbolum quo veniret una cum praeparatis classibus. porro 19 kal. Septembrias obsidere coepit urbem Masalmas, depopulatus Thracoa quoque castella. circumvallato vero terreno muro foderunt in circuitu foveam prolixam et magnam, et super eam sicci lapidis materiam posuere. kalendis autem Septembriis primae indictionis ascendit impugnator Christi Sulehi-
p. 608 man cum stolo et amereis suis, habens mirae magnitudinis naves, et scaphas sumptus ferentes, et dromones numero mille et octingentos, et fixit stationem a Magnaura usque ad Cyclobium. post duos sane dies austro flante inde profecti navigio venerunt ad urbem, et quidam eorum ea loca quae dicuntur Eutropii et Anthemii transmearunt, quidam autem

Digitized by Google

ad partes Thracae a castello Galati et usque ad Didium applicuerunt. verum grandibus illis navibus ex onere aggravatis atque retardatis, dorsi custodes usque ad viginti scaphas remanserunt, habentes centenos loricatos ad has custodiendas. praeterea serenitate, quae has in reumate comprehendit, effecta, et augusto *) modicum flante ad exteriora impulsae sunt. imperator vero protinus igniferis navibus contra eas directis ab Acropoli has divina ope igne consumpsit: et aliae quidem ex his ad ripae muros proiectae sunt, aliae vero una cum hominibus in profundum demersae sunt, porro aliae usque ad acutam et latam insulam consumptae
portatae sunt. hinc ergo qui erant ex urbe fiduciam per- p. 609
ceperunt. ast hostes magno pavore concussi sunt, humidi cognoscentes efficacissimam ignis operationem. volebant enim eadem die vesperi ad ripae muros applicare stationem et temones supra propugnacula imponere. sed consilium eorum dissipavit omnipotens deus per intercessionem castissimae dei genitricis. eadem vero nocte imperator catenam a locis Galati secreto **) removit. inimici autem aestimantes quod volens eos decipere hanc removerit imperator, non ausi sunt intrare usque ad ea quae dicuntur Galati, vel applicare, sed navigantes ad sinum Sosthenii illic munierunt navigium suum. sane octavo idus Octobrias moritur Sulehiman dux eorum, et amerae sumit officium Humar. cum autem hiems in Thrace valde gravis accessisset, adeo ut terra non pareret a nive, quae in crystallum versa esse videbatur, multitudo equorum et camelorum ceterorumque animantium inimicorum mortua est. porro vernali tempore venit Suphiam cum stolo, qui fuerat Aegypti constructus, habens naves frumentum ferentes 400 et dromones. comperta Romaici efficacia
ignis transcurrit Bithyniam, et in contra transiens ad por- p. 610
tum boni Agri applicuit. post paululum autem venit et Hizid cum alio stolo, qui fuerat constructus in Africa, habens et ipse naves 360 et armamentum et sumptus. similiter et ipse cum eadem de humido igne didicisset, applicuit penes Saturon et Brian et usque ad Cartam portum. Aegyptii vero harum duarum classium apud se noctu consiliati, navium frumenta ferentium sublatis lintribus ad urbem fugerunt, imperatorem laudantes, ita ut ab Hieria usque ad urbem ligneum videretur mare. comperiens autem per eos imperator de absconditis in sinu duabus classibus, siphonibus

*) Diac. austro.

**) secreto] μυστικῶς. sic Graeci IC. testamentum quod ex scripto constat mysticum et secretum appellant, πρὸς ἀντιδιαστολὴν nuncupativi, quod testibus audientibus nuncupatur. Fabr.

igniferis constructis in dromones atque dieres hos immittens contra duas classes direxit. deo autem cooperante per intercessionem intemeratae dei genitricis protinus demersi sunt inimici, et assumptis spoliis et expensis eorum nostri cum gaudio et triumpho reversi sunt. adhuc autem Mardasan iterum a portis cum exercitu Arabum usque ad Nicaeam et Nicomediam discurrente, principes regni, qui in Libo et Sophone more Mardaitarum absconditi erant, simul et pedites, in hos simul irruentes et diversis damnis afficientes illinc
p. 611 fugere compulerunt, et de cetero modico meabilis freti aditu invento ab urbe chelandia exeuntia plurimas expensas ferebant. similiter autem et piscatoriae naviculae, tam in insulis quam in locis circum muros civitatis positis, capere pisces non prohibebantur. praeterea fame magna Arabibus innixa omnia moriebantur, et animalia sua comedebant, equos videlicet asinos et camelos. aiunt autem quidam quod et homines mortuos, quin et stercus suum in clibanum missum atque conspersum ederent. incubuit autem in hos et pestilens languor, et innumerabiles ex eis perierunt. porro coacervavit in eos bellum etiam Vulgarum gens, et ut aiunt qui hoc certius norunt, viginti duo milia ex Arabibus occiderunt, et multa tempore illo eis acciderunt atrocia, ita ut experimento discerent quia deus et sanctissima virgo deique mater hanc muniunt urbem et Christianorum imperatorem, et non est omnimoda dimissio dei in his qui invocant eum in veritate, licet ad modicum quid castigemur propter peccata nostra.

Mundi anno 6210, divinae incarnationis anno 710, anno vero imperii Leonis secundo, dux Arabum habetur Humar, qui eis duobus praefuit annis. eodem quoque anno Sergius
p. 612 protospatharius et praetor Siciliae, audito quod Saraceni obsiderent regiam urbem, coronavit illic proprium imperatorem virum Constantinopolitanum, ex hominibus suis, filium Gregorii Onomaguli, Tiberium mutato nomine vocitatum, qui fecit promotiones et suos principes praedicti consilio Sergii. ast imperator his auditis misit Paulum proprium suum chartularium, hunc patricium ordinatum et praetorem Siciliae, datis in auxilium ei spathariis duobus et in servitium eius perpaucis hominibus, iussionibusque ad principes Occidentis, et sacra populo recitanda. qui cum noctu ingressi fuissent in dromonem velocem, exierunt in partes Cyzici. a loco autem ad locum per terram perque mare itinere facto repente in Siciliam pervenerunt. cumque Syracusam introissent, audivit Sergius et obstupuit, et proprio excessu perpenso confugit ad propinquos Calabriae Longo-

bardos. populus vero congregatus, et sacra relecta per eam certus factus quod et imperium staret et urbs promptior esset adversus gentes, nec non et enarrantibus illis ea quae super duobus stolis fuerant gesta, Leonem quidem imperatorem p. 613
continuo laudaverunt, Basilium autem Onomagulum et principes, qui ab illo provecti fuerant, vinctos praetori tradiderunt. ipse vero Basilium quidem cum singulari praetore ipsius decollavit, et capita eorum fusca condita per spatharios imperatori transmisit, reliquorum autem quosdam verberatos et tonsos, quosdam vero abscissis naribus in exilium destinavit. sicque factum est ut hinc in Occidentalibus magna correptionis constitutio fieret. porro Sergius verbo impunitatis a praetore petito pariter et accepto exivit ad eum, et ita omnes pace potitae sunt Hesperiae partes.

Interea Humarus cum obtinuisset Arabes, praecepit Masalman redire. Saraceni ergo moti decimo octavo kalendas Augustas cum multa confusione reversi sunt. cum enim iter ageret classis eorum, tempestas a deo per intercessiones dei matris incumbens in illos hos dispersit, et alios quidem horum penes Proconensum et reliquas insulas, alios vero in vertigines et cetera demersit in aequora. residui quoque cum transirent Aegaeum pelagus, extemplo supervenit in eis terribilis p. 614
indignatio dei: grando namque ignea descendens super eos aquas maris ebullire fecit, et pice liquefacta simul cum hominibus naves in profundum inductae sunt, decem solis ex eis et ipsis providentia dei salvatoris evadentibus ad annuntiandum nobis, nec non et Arabibus, magnalia dei, quae in illis effecta sunt. quas etiam nostrates invenientes, quinque harum comprehendere potuerunt: aliae vero quinque salvae in Syriam ductae sunt, dei annuntiaturae potentiam.

Eodem vero anno terrae motu magno in Syria facto Humar a civitatibus vinum inhibuit, et Christianos apostatare coëgit, et apostatantes quidem sine tributo esse faciebat, non consentientes vero interimebat, ac per id multos martyres operatus est. sanxit etiam testimonium Christiani adversus Saracenum minime recipiendum. fecit autem epistolam dogmaticam ad Leonem imperatorem, ratus impius ei persuadere quo a fide sua recederet.

Anno imperii sui tertio natus est Leoni principi filius nomine Constantinus, qui magis illo impius fuit et Antichristi p. 615
praecursor. ceterum octavo kalendas Ianuarias Maria uxor Leonis coronata est in triclinio Augusta, et processit sola cum solemni obsequio sine viro ad magnam ecclesiam, et oratione ante ingressum altaris effusa transiit ad baptisterium magnum,

Digitized by Google

viro eius iam cum paucis familiaribus suis ingresso. ubi cum Germanus summus sacerdos Constantium, nequitiae ipsorum et imperii successorem, baptizaret, dirum quiddam et foetidum a parvulo idem Constantinus praesignans exhibuit argumentum, cacans in sancto lavacro, ut aiunt qui diligenter huius rei facti sunt inspectores, ita ut Germanus sanctissimus prophetice diceret "constat maximi Christianis et ecclesiae mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum." hunc itaque baptizatum provinciarum atque senatus principes susceperunt. post divina sane officia cum solemni rursus obsequio Augusta Maria una cum baptizato filio reversa est, donativis erogatis ab ecclesia usque ad aeneam portam. eodem etiam anno Nicetas Xylinites scribit ad Artemium
p. 616 Thessalonicae morantem, quo pergeret ad Terbelin, quatinus cum auxilio Vulgarico contra Leonem veniret. qui obaudiens ad Terbelin abiit, et dat ei exercitum, et dat ei quinquaginta auri centenaria; et his receptis Constantinopolim venit urbe sane id minime admittente. Vulgares hunc Leoni tradiderunt, et liberali honorati ab eo benignitate reversi sunt. ast imperator hunc cum Xylinite peremit, publico quoque fisco substantiam applicans Xylinitis, qui cum magister esset, substantiam multam possederat. Sisinnium patricium cognomento Redacium, eo quod fuerit cum Artemio, Vulgares capite punierunt; et archiepiscopum Thessalonicae Leoni principi tradiderunt, qui decollatus est cum Artemio. similiter et Hisoen patricium et comitem Obsicii, et Theoctistum primum a secretis, et Nicetam Anthracem et comitem Titichei, ut amicos et concordes eius occidit: reliquos autem mutilatis naribus proscriptione damnatos in exilium misit.

Mundi anno 6212, divinae incarnationis anno 712, anno vero imperii Leonis quarto Hizid Arabum dux habetur, qui eis quattuor praefuit annis. eodem quoque anno indictione tertia, die paschae, coronatus est Constantinus a Leone patre suo in tribunalio decem et novem accubituum, Germano patriarcha faciente orationes secundum morem. hoc etiam anno
p. 617 mortuus est Humarus dux Arabum, et oritur in Perside tyrannus, et ipse nomine Hizid Moalabe, et abierunt cum eo ex Perside multi. misso autem Hizid Masalma occidit eum et Persidem subdidit.

Anno imperii Leonis quinto apparuit quidam Syrius pseudochristus et seduxit Haebraeos, dicens se Christum.

Anno imperii sui sexto Leo coëgit Hebraeos et Montanos baptizari. at vero Iudaei contra propositum baptizati

Digitized by Google

diluebant baptismum, et comedentes sancti muneris participabantur, et contaminabant fidem. porro Montani divinantes sibi, et diffinientes diem, domos introierunt errori suo deputatas, et incenderunt semet ipsos.

Anno imperii Leonis septimo Iudaeus quidam, oriundus ex Laodicea maritimae Phoeniciae, maleficus, veniens ad Hizid repromittit eum quadraginta annis retenturum Arabum principatum, si venerabiles, quae in ecclesiis Christianorum in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret. huic itaque stolidus credens Hizid edictum generale contra sanctas imagines promulgavit. sed gratia domini nostri Iesu p. 618
Christi, et intercessionibus incorruptae matris eius omniumque sanctorum, eodem anno mortuus est Hizid, pluribus adhuc nec audire valentibus Satanicum ipsius edictum. percepta vero amara ista et illicita nequam doctrina Leo imperator multorum nobis causa malorum effectus est. porro cum invenisset indisciplinationis huius consentaneum quendam Bisir nomine, qui natus quidem ex Christianis fuerat, sed captivus in Syriam ductus refuga *) fidei, quae est in Christum, repertus est, Arabumque dogmata sectari apparuit. ante tempus vero non multum ab illorum servitute liber effectus, cum venisset ad rem publicam Romanorum, ob robur corporis et consensum pravae opinionis honoratus est ab eodem Leone; qui et imperatori fautor in magno huiusmodi piaculo factus est. concordabat autem ei et episcopus Nacoliae, qui indisciplinationi eius operam dans consimili vita vivebat cum ipso.

**Mundi anno 6216, divinae incarnationis anno 716, anno p. 620
vero imperii Leonis octavo mortuus est Hizid Arabum dux, cui succedit Nisan huius frater, et coepit aedificare per civitates et regiones palatia, et novales facere et paradisos, et aquas reducere. movit etiam aciem contra Romaniam, multisque eorum, qui secum erant, amissis reversus est.**

Anno imperii Leonis nono Gregorius papa Romanae p. 621
praeest ecclesiae. quo videlicet anno coepit impius imperator Leo depositionis contra sanctas et universales imagines facere verbum. quod cum didicisset Gregorius papa Romanus tributa Romanae urbis prohibuit et Italiae, scribens ad Leonem epistolam dogmaticam, non oportere imperatorem

*) refuga] Glossarium: ἀποστάτης refuga. Glossarium Dosithei magistri: apostata refuga. Flodoardus 3 18: pro quodam refuga, qui quandam sanctimonialem sibi copulaverat. FABR.

Anno imperii Leonis duodecimo movit exercitum filius chagani principis Chazariae contra Mediam et Armeniam, inventumque in Arabia Gardachum Arabum praetorem trucidavit, et multitudinem quae simul cum eo erat, et depopulatus Armeniorum atque Medorum regiones rediit, metum incutiens Arabibus multum.

Anno imperii Leonis decimo tertio castra movit Masalmas adversus humum Turcorum, et invicem congressi, ex utraque parte cadunt in praelio, metuque perterritus Masalmas fugiens per montes Chazariae reversus est.

Eodem vero anno furens Leo imperator iniquus contra rectam fidem, adducto beato Germano, coepit eum blandis sermonibus delinire. at vero beatus summusque sacerdos dixit ad eum "depositionem sanctarum imaginum audivimus
p. 627 quidem futuram, sed non tempore imperii tui." cum autem ille cogeret eum dicere sub cuius imperio, ait sub Cononis. at ille "re" inquit "vera ex baptismo Cono mihi nomen est." at ille dixit "absit, domine, ut per imperium tuum malum istud perficiatur: Antichristi enim praecursor est, qui hoc adimpleturus est, et incarnatae divinae dispensationis eversor." in his ergo saevus tyrannus insaniens beato Germano minas praetendebat instar Herodis quondam praecursori. reducebat autem ad memoriam eius patriarcha et sponsiones eius ante imperium factas, qualiter sibi deum dederit vadem, in nullo se commoturum ecclesiam dei a suis apostolicis et divinitus traditis ritibus. sed nec sic confusus est miser. observans autem atque submittens quosdam sermones, satagebat sicubi hunc inveniret contra imperium suum agentem, quatinus ut coniuratorem et non veluti confessorem a throno deponeret, habens in hoc comparticipem Anastasium discipulum et syncellum eius, cui spopondit utpote impietatis suae consentaneo throni eum adulterum successorem futurum. quem beatus non ignorans sic perverse affectantem, imitatus deum suum, ac si ad alium Iscariotem, sapienter et
p. 628 mansuete eorum quae proditionis sunt memoriam faciebat. quia vero inconvertibiliter eum videbat errare, conversus ad eum calcantem aliquando posteriora stolae suae, cum ad imperatorem ingrederetur, ait "ne festines: nam non effugiet a te tempus ingrediendi Diippin." at ille super sermonem tristatus cum aliis qui hunc audierant, praesagium ignorabat. quod cum finem post quindecim annos percepisset, tertio videlicet imperii Constantini persecutoris anno, indictionis duodecimae, omnibus credere persuasit ex divina gratia fuisse ingrato prophetice dictum. Constantinus enim

Digitized by Google

post generi sui Artabasdi rebellionem cum imperium obtinuisset, hunc Anastasium caesum et cum aliis inimicis in Hippodromium per Diippium ingressum, nudum super asinum verso vultu sedentem pompavit, eo quod sibi una cum aliis inimicis mala fuerit imprecatus et Artabasdum coronaverit, sicut in suo indicabitur loco. et Byzantii quidem propugnator pro dogmatibus pietatis sacer hic et egregius pollebat Germanus, ceu contra bestias pugnans adversus feronymum *) hunc Leonem et fautores eius. in Seniori vero Roma Gregorius, sacratissimus vir apostolicus, et Petri verticis apostolorum consessor verbo et actu coruscans, qui removit Romam et Italiam, nec non et omnia tam rei publicae quam p. 629
ecclesiae iura in Hesperiis, ab obedientia Leonis et imperii sub ipso constituti. porro in Syria penes Damascum Ioannes Mansur presbyter et monachus, cognomento Chrysorroas, doctor optimus vita et verbo praefulsit. verum Germanum utpote sub se constitutum a throno pellit. Gregorius autem per epistolas eum, quae multis sunt notae, manifeste redarguit. sed et Ioannes hunc cum Orientis episcopis anathematibus subdidit. porro septimo idus Ianuarias decimae tertiae indictionis, tertia feria, impius Leo silentium contra sacras et venerabiles celebravit iconas in tribunalio decem et novem accubituum, advocato quoque et sanctissimo patriarcha Germano, ratus se posse illi persuadere quo subscriberet contra sanctas iconas. sed et fortis Christi servus nullatenus acquiescens detestabili cacodoxiae ipsius, cum verbum veritatis recte direxisset, abrenuntiavit summum sacerdotium, tradens pallium, et post multos sermones didascalicos dicens "si ego sum Ionas, mitte me in mare. absque universali quippe synodo innovare fidem impossibile mihi est secundum apostolicam et paternam traditionem, o imperator." et abiens ad locum qui dicitur Platanium, in parentali p. 630
domo sua quieti operam dedit, summo sacerdotio functus annis quatuordecim, mensibus quinque, diebus septem. porro undecimo kal. Februarias creant falsi nominis Anastasium, discipulum ac syncellum eiusdem beati Germani, consentientem Leonis impietati propter amorem principatus mundani, hunc in pseudepiscopum Constantinopoleos provehentes. sane Gregorius sanctissimus praesul Romanus, quemadmodum praedixi, Anastasium una cum libellis abiecit, Leonem per epistolas tanquam impie agentem redarguens, et Romam cum

*) feronymum] virum nominis sui. Ruffinus interpres Eusebii H. E. 6 31: quidam vir nominis sui Macarius. Anastasius in Hypomn. de Anast. apocr.: qui ut vere in cunctis pheronymus, Euprepes nominatus est. Fabr.

Digitized by Google

tota Italia ab illius imperio recedere faciens. insaniens ergo tyrannus contra venerabiles imagines persecutionem extendit. porro multi clerici et monachi et religiosi laici pro recto periclitati sunt verbo.

Mundi anno 6222, divinae incarnationis anno 722, anno vero imperii Leonis 14 Anastasius Constantinopoleos habetur antistes haereticus, qui 24 annis praefuit ecclesiae. hoc quoque anno movit Masalmas exercitum contra Romaniam, et cum venisset in Cappadociam, dolo cepit Charsianum castrum.

Anno imperii Leonis 15 Masalmas castra movit contra Thraciam, et cum pervenisset usque ad Caspias portas, metuens inde reversus est.

p. 631 Anno imperii sui 16 Leo imperator filiam chagani Scytharum arbitri filio suo Constantino, cum hanc Christianam fecisset, matrimonio sociavit, nominans eam Heirenen. quae cum sacras litteras didicisset, pietati dans operam claruit, hos impietatis redarguens. Mauhias vero filius Hisami aciem contra Romaniam direxit, et veniens usque in Paphlagoniam praeda cum multa rediit. ast imperator contra papam atque recessum Romae ac Italiae saeviebat, constructumque stolum magnum direxit adversus eos, Manen praetorem Cibyraeotensium caput in eis constituens. tunc impugnator dei peramplius saeviens, cum Arabico sensu teneretur, tributa capitalia tertiae parti Siciliae seu Calabriae populi superimposuit. ea vero quae dicuntur patrimonia sanctorum principum apostolorum, quae ab olim ecclesiis auri dimidium et tria conferebant talenta, publicae rationi exolvi praecepit, considerare etiam atque describere natos mares iubens, ut Pharao quondam eos qui erant ex Hebraeis; quod nec ipsi magistri eius Arabes in Christianos, qui in eois sunt oris, fecisse noscuntur.

p. 632 3 Anno imperii Leonis 17 facta est mortalitas in Syria, multique perierunt.

Anno imperii Leonis 18 Zacharias Romae praesul habetur; eodemque anno Theodorus Mansur in exilium missus est apud climata eremi, et factum est signum in caelo igneum resplendens, et Mauhias Asiam depopulatus est.

Anno imperii Leonis 19 movit exercitum Sulehiman filius Hisam adversus Armeniorum regionem, et nihil profecit.

Anno imperii Leonis 21 Sulehiman multis in captivitatem ex Asia ductis, quendam quoque Pergamenum pariter

Digitized by Google

duxit captivum, qui dicebat se Tiberium filium esse Iustiniani. hunc Hison in honorem filii sui atque in imperatorum terrorem cum imperatorio ac decenti honore militiisque ac bandis et sceptris in Hierusalem mittit, et totam Syriam circumduci cum multo iubet honore ad visionem cunctorum.

Anno imperii Leonis 22 movet exercitum Sulehiman p. 633
contra Romaniam, et depopulatus est castrum quod dicitur Siderum, et Eustachium filium Mariani patricii captivum duxit.

Anno imperii Leonis 23, mense Maio, indictionis 8, movit exercitum Sulehiman contra Romaniam cum nonaginta milibus et magistratibus quattuor, quorum Gamer dux erat insidians in denis milibus latrunculis Asianae terrae partibus, cuius socii erant Melich et Batal cum viginti milibus equitum circa Achrobinum debacchantes, et post hos Sulehiman in sexaginta milibus circa Cappadocum Tyanim progressus, quorum alii per Asiam et Cappadociam multo excidio virorum ac mulierum atque iumentorum perpetrato illaesi reversi sunt. hi vero qui cum Melich et Batal apud Chrahimon erant, expugnati a Leone seu Constantino superati sunt; et plures ex his armis ipsis cum duobus principibus perierunt, octingenti vero pugnatores, qui ex illis ad sex milia institerant, Synadem confugiunt, et salvi remanentes Sulehiman sociati sunt, et in Syriam repedarunt inglorii. eodem etiam anno et in Africa multi ab eis perditioni cum praetore Damasceno nomine p. 634
patuerunt.

Anno imperii Leonis, nequissimi Syri, 24 incensi sunt fori apud Damascum ab Hieracensibus, qui patibulo sunt affixi. eodemque anno terrae motus factus est magnus atque terribilis Constantinopoli, septimo kal. Novembrias indictionis nonae, feria quarta, hora octava, et corruerunt ecclesiae atque monasteria, populusque multus extinctus est. cecidit autem et simulacrum, quod stabat super Atali portam, magni Constantini, una cum ipso Atalo, et titulus Arcadii, qui supra Xerolophi columnam stabat, et simulacrum maioris Theodosii, quod supra portam auream videbatur, necnon et terreni urbis muri, et civitates ac villae in Thrace, et Nicomedia in Bithynia et Praenetus et Nicaea, in qua una salva remansit ecclesia. fugit autem et mare terminos suos in quibusdam locis, et perduravit terrae motus mensibus duodecim. ast imperator allocutus est populum dicens "vos non valetis aedificare muros, sed nos praecipimus administratoribus, et p. 635
ipsi exigent in regulum per singulos aureos nummum argenteum unum." quo imperium accepto aedificavit muros, et

Digitized by Google

ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus, cum annus esset a conditione quidem mundi iuxta Romanos ab Adam 6248, secundum Aegyptios vero seu Alexandrinos 6232, a Philippo secundum Macedones 1063. regnavit enim Leo ab octavo kal. Apriliarum decimae quintae indictionis usque ad decimum quartum kal. Iulias nonae indictionis, cum regnasset annis 24, mensibus 2, diebus 25. similiter Constantinus filius eius, imperii et impietatis ipsius successor, ab eodem decimo quarto kal. Iulias nonae indictionis usque ad decimum octavum kal. Octobrias decimae quartae indictionis, cum regnasset et ipse annis 34, mensibus 3, diebus 2.

Taliter ergo ut praediximus, eodem anno nonae indictionis mortuus est Leo una cum animae simul et corporis morte, et imperat Constantinus filius eius. et quidem quaecunque sub Leone impio Christianis evenerunt, sive circa fidem orthodoxam, sive super civilibus dispositionibus, sive
p. 636 super turpis lucri quaestu et avaritia per Siciliam Calabriam et Cretam adinventa pariter et imposita, sive in Italiae apostasia propter huius cacodoxiam, sive in fame ac pestilentia gentiumque pressuris, ut particularia taceam, in praecedentibus ostendantur capitulis. dignum autem est de cetero et impii filii eius, tanquam deo, qui omnia perspicit, contemplante, veraciter et non superflue ad utilitatem posteris, et miseris, qui nunc in cacodoxia illius decipiuntur, ludibria exequi, quae ab hac 10 indictione ipsius imperii anni primi usque ad 14 indictionem mortis illius impie gessit. hic enim perniciosissimus et agrestis ferus, et tyrannice nec legitime abusus imperio, primo quidem a deo et intemerata matre ipsius ac omnibus sanctis abscedit, magicis maleficiis et luxuriis cruentisque sacrificiis et caballinis stercoribus atque lotio delectatus, mollitiebus quoque ac daemonum invocatio-
p. 637 nibus gaudens, atque omnibus animas corrumpentibus adinventionibus a tenera aetate convivens. quia vero paternum principatum cum malitia suscepit, non modicam in brevi tempore demonstrat nequitiam, ita ut ab omnibus ob impudentiam confestim odio haberetur, et Artabuasdo curopalati et comiti Obsequii, qui Annam sororem eius uxorem duxerat, vis pro capessendo imperio imponeretur. eodem quoque anno Hisam interfecit Christianos captivos in omni civitate, inter quos et Eustachius filius Mariani patricii martyr verus ostensus est in Carram Mesopotamiae, ubi et reliquiae ipsius sanitates per dei gratiam operantur, et multi alii per sanguinem consummati sunt.

Mundi anno 6233, divinae incarnationis anno 733, Con-

Digitized by Google

stantinus, persecutor legum a patribus traditarum, imperat p. 638
divinis iudiciis et multitudine culparum exigente nostrarum. qui cum quinto kal. Iulias ad partes egressus Obsicii adversus Arabes esset, venit ad civitatem quae dicitur Craso. cum autem praedictus Artahuasdus Dorilaei cum Obsiaco populo esset, suspiciebantur ad invicem. mittens autem Constantinus ad eum petebat sibi dirigi filios eius, quos quasi desiderabat utpote nepotes suos videre. intentio autem eius erat comprehendendi eos et retrudendi. at ille cum intellexisset fraudem, immensurabilem malitiam eius sciens, sui desperationem incurrit, populumque alloquens et persuadens impetu adversus illum cum omni multitudine properavit. et Beser quidem patricium, qui sensus erat Saracenorum sectator quique praecesserat, romphaeis interfecerunt. at vero Constantinus misere equo forte strato reperto, cum ascendisset in eum, fugiens venit Amorium. et cum ad Orientalium thema, cuius praetor tunc Lancinus erat, cucurrisset, circumvenitur ab illis, quos magnis sublevans pollicitationibus ad Sisinnatium mittit confestim, qui tunc praetor erat Thracensium thematis, et persuadet illis auxiliari sibi. hinc ergo atrocissimae pugnae et conflictus subditis generantur, cum imperator appellare- p. 639
tur uterque. praeterea scribit Artahuasdus ad Theophanem patricium et magistrum, qui ex persona principis in urbe remanserat, per Athanasium silentiarium, quae gesta sunt. qui cum Artahuasdo faveret, coacervato populo apud catechumenia magnae ecclesiae, et per litteras et per iam dictum Athanasium persuasit omnibus credere quod imperator mortuus fuerit, Artahuasdus autem a thematibus pronuntiatus sit imperator. tunc omnis populus cum Anastasio falsi nominis patriarcha anathemati et detestationi submiserunt Constantinum ut arrogantem et adversarium dei, atque ipsius caedem amplectabiliter admiserunt tanquam a malo maximo liberati: Artahuasdum vero imperatorem praedicaverunt ut orthodoxum et divinorum dogmatum propugnatorem. mox ergo Monotes mittit in partes Thracenses ad Nicephorum filium suum, praetorem Thracensium, quo ad custodiam urbis minaret illic exercitum constitutum. obseratis ergo portis murorum et vigiliis positis, filios Constantini comprehensos caesos ac tonsos in custodia posuit. cum autem Artahuasdus cum Obsequiis esset urbem ingressus, pervenit et Constantinus Chrysopolim cum duobus thematibus, Thracen- p. 640
sium scilicet et Orientalium; et cum nihil agere valuisset, reversus apud Amorium hiemavit. Artahuasdus autem per totam urbem sacras erexit imagines. interea barbari sentientes horum invicem iurgium, multam praedam in Roma-

Digitized by Google

niam perpetrarunt, hos Sulehiman praetore ducente. porro Anastasius pseudopatriarcha tenens honoranda et vivifica ligna, iuravit populo dicens "per eum qui in ipsis affixus est, sic mihi dixit Constantinus imperator asseverans, ne aestimes filium dei esse eum quem peperit Maria quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria enim eum peperit sicut me peperit mater mea Maria." et tunc omnis populus maledixit ei.

Mundi anno 6234, divinae incarnationis anno 734, anno vero imperii Constantini secundo, qui Romanorum imperium tenuit, mortuus est Hisam Arabum dux. hic sanctissima Antiochena ecclesia per annos quadraginta viduata manente, prohibentibus fieri patriarcham Arabibus, in eadem habens quendam amantissimum monachum Syrum nomine Stephanum, agrestiorem quidem sed religiosum, iubet in Oriente positis Christianis, si vellent permitti sibi patriarcham habere, eligerent Stephanum; qui divinitus hoc fieri arbitran-
p. 641 tes consecrant eum in sede Theupoleos, et ex tunc huc usque discurrit sine prohibitione huiusmodi fieri.

Eodem anno obtinuit Vhalid filius Hisan Arabum principatum, ad quem Constantinus quidem Andream spatharium, Artabuasdus autem Gregorium logothetam transmiserunt, auxilium quaerentes utrique. porro pluviae defectus et terrae motus per loca facti sunt, ita ut montes unirentur ad invicem per eremum Sabbae et castella sub terram immergerentur absorpta.

Eodem vero anno Cosmas Alexandriae patriarcha una cum tota civitate a monothelitarum cacodoxia rediit ad orthodoxiam, cum tenuisset a Cyro, qui sub Heraclio Alexandriae patriarcha fuit. porro exercitum movit Gamer cum Arabum multitudine contra Romaniam, et multis in captivitatem abductis reversus est, et apparuit signum in caelo ad aquilonem mense Iunio. Vhalid autem Petrum sanctissimum metropolitam Damasci lingua mutilari praecepit tanquam arguentem palam Arabum et Manichaeorum cognationem, et exulem penes felicem Arabiam fecit, ubi et moritur pro Christo martyrio percepto, cum expressius divinas missas pronuntiasset, sicut huius rei narratores aiunt, qui se propriis
p. 642 auditibus super hoc satisfactos esse fatentur. huius aemulator et aequivocus Petrus apud Maiumam eisdem temporibus ostensus est pro Christo martyr ultroneus, languore siquidem detentus primores Arabum advocavit, utpote assuefactos sibi cum chartularius esset et publica tributa facta ratione conferret, et ait ad illos "mercedem quidem pro mei visitatione a deo

recipiatis, licet infideles amici sitis: testamenti vero mei testes vos esse volo, cum sit tale. omnis qui non credit in patrem et filium et spiritum sanctum, consubstantialem et divinam in monade trinitatem, mortuus est anima, et aeterno dignus est tormento. talis est et Maumed pseudopropheta vester et Antichristi praecursor. discedite ergo, si mihi creditis testanti vobis hodie caelum et terram, ab illius fabulatione: consulo enim vobis, ne cruciemini simul cum illo." cum autem haec et his plura cum eis de deo ratiocinatus dissereret, audientes illi stupore seu vesania detenti longanimiter visi sunt ferre, ex languore hunc praeter sensum esse putantes. cum autem ex infirmitate convaluisset, maiori coepit voce clamare p. 643
"anathema Maumed et fabuloso scripto eius, et cunctis qui credunt ei." tunc per gladium animadversionem perpessus martyr ostensus est. hunc declamationibus sermonum honoravit sanctus pater noster Ioannes, qui bene cognominatus est Chrysorroas propter auream et fulgidam sancti spiritus gratiam, quae in ipso tam in verbo quam in vitae actu effloruit. quem videlicet Constantinus impius imperator annuo propter eminentem orthodoxiam eius anathemati submittebat, et pro Mansur, quod est avitum nomen eius quodque redemptus interpretatur sensu Iudaico, novum ecclesiae magistrum Manzeron mutato nomine vocitabat.

Eodem quoque anno Vhalid Cyprios in Syriam transtulit, Artahuasdus autem Nicetam filium monostrategum promotum ad thema direxit Armeniacorum, porro Nicephorum aeque filium suum coronavit per Anastasium patriarcham. mense vero Maio cum Artahuasdus ad partes Obsicii egressus fuisset et milites elegisset, totam Asiam cepit, depopulans eam. quo Constantinus comperto motus est contra ipsum. cum vero ad eum in partes Sardeorum a Celbiano redeuntem venisset et cum illo bellum iniisset, vertit eum ac insequitur usque Cyzicum. at ille cum Cyzicum pervenisset, dromonem ingressus in civitate salvatur. praeterea mense Augusto eiusdem undecimae indictionis Nicetas monostrategus filius Artahuasdi, cum intulisset Constantino apud Mo- p. 644
drinem et Cisseum bellum, terga vertens aufugit. et quidem patricium Teridatem Armenium, militem fortissimum et consobrinum Artahuasdi, cum aliis multis electis principibus interfecit: utriusque vero partis casus haud modicus factus est, Armeniorum scilicet et Armeniacorum impugnantium adversus Orientales atque Thracesios, Constantini propugnatores. ceterum antiquus hostis diabolus contra Christianos temporibus istis talem excitavit saevitiam et mactationem alternam, ut filii etiam contra parentes et fratres contra fratres com-

Digitized by Google

moverentur, non parcentes ad caedem, et immisericorditer alternae stationes ac domus incenderentur.

Inter *) haec autem et huiusmodi Stephanus papa Romanus multa mala ab Austulpho rege Longobardorum perpessus ad Francos confugit sub Pipino, qui maior domus erat et primas in omnium dispositione rerum Francorum gentis, quibus videlicet olim moris erat dominum, id est regem suum, secundum genus principari, et nil agere vel disponere quam irrationabiliter edere et bibere, domique morari, et kalendis Maii praesidere coram tota gente, et salutare illos et salutari ab illis, et obsequia solita impensa percipere, et illis dona rependere, et sic secum usque ad alium Maium habitare, habere autem maiorem domus consilio suo et gentis omnia ordinantem negotia: dicebantur enim ex genere illo descendentes cristatae, quod interpretatur trichorachati: pilos enim habebant natos in spina veluti porci. praedictus itaque papa Stephanus vi pressus et crudelitate Astulphi coactus, simul etiam ab ipso adhortatus ire in Franciam et facere quodcumque posset, veniens Pipinum provehit, virum in omnibus probatissimum, qui praeerat tunc quoque rebus post regem et debellaverat Arabes, qui ab Africa in Hispaniam transmeaverant, quique tenuerunt usque nunc eandem Hispaniam, et probaverant praeliari nihilominus contra Francos. quibus e contra idem Pipinus cum multitudine resistens, occidit quendam etiam principem eorum: Abderachman enim filius Mahuhi principatum huius tenebat gentis. interfecit autem simul et multitudinem haud facile numerabilem iuxta Rhodanum fluvium, et admirationi habetur, et amatur a gente, non solum propter hoc sed et propter alia praecipua gesta, et praeficitur genti non ignobiliter primus, solvente scilicet eum a periurio in regem commisso eodem Stephano; qui et attondit decessorem eius regem, et in monasterio cum honore et requie circumscripsit. hic Pipinus duos filios habuit, Carolum scilicet et Carolomannum fratrem eius.

Mundi anno 6235, divinae incarnationis anno 735, anno vero imperii Constantini tertio Stephanus Antiochenus habetur antistes. apparuit autem signum ad aquilonem, et cinis descendit per loca, factusque est terrae motus in Caspiis portis. occisus etiam est Vhalid ab Arabibus, qui praefuit anno uno, tenetque principatum Hizid Lipsos. is pecuniis multis erogatis obtinuit Damascum, et dextras accepit ut

*) Quae de Pipino hic narrantur, non exstant apud Theophanem, sed apud Cedrenum p. 453. Fabr.

principaretur. porro Constantinus Septembrio mense duo- p. 645
decimae indictionis descendens ad partes Chalcedonis remeavit ad Thracoas partes, cum Sisinnius praetor Thracesiorum antea per Abydum remeasset terrenumque murum urbis obsideret. at vero veniens imperator ad Charsii portam discurrit usque ad auream portam, semet ipsum turbis ostentans, et iterum reversus castra metatus est apud S. Mamam. cives autem angustari coeperunt annonis deficientibus. quocirca misso Athanasio a secretis et Artahuasdo domestico suo ad deferendos sumptus in scaphis, invenit hos classis Cibyraeotensium et classis Abydi, et hos comprehensos ad imperatorem duxit, qui frumentum quidem populis suis donavit, Athanasium autem et Artahuasdum oculis confestim privavit. post haec vero probavit Artahuasdus a terra portas aperire et praelium cum Constantino inire. verum facta congressione fugati sunt milites Artahuasdi, et multi mortui sunt, inter quos et Monutes. constructis autem Artabuasdus dieribus cacabo ferentibus ignem, misit ad S. Mamam nonnullos contra classem Cibyraeotensium. cum autem venisset ad S. Mamam, exeuntes Cibyraeotenses pepulerunt illos. facta est autem in urbe valida fames, ita ut venundaretur modius ordei duodecim numismatibus, leguminis vero quindecim, milii ac lupini numismatibus octo, olei autem librae quinque numismate uno, sextarius vini dimidio. cumque populus necare- p. 647
tur, coactus est Artahuasdus dimittere illos e civitate foras exeundi. verum observatis faciebus quosdam eorum prohibebat. unde quidam eorum emundaverunt vultus suos, et muliebri circumamicti sunt veste: ast alii monachico schemate atque cilicino vestimento contegebantur, et ita latere poterant et exire. Nicetas autem monostrategus coacervato populo suo a Modrina disperso venit usque Chrysopolim; et cum reverteretur, transmeans imperator persecutus est post terga ipsorum. et cum venisset ad eum apud Nicomediam, manu cepit eum cum curatore, qui fuerat dudum Marcelliorum episcopus; quem et decollari continuo iussit: monostrategum vero vinctum patri per murum monstrabat. porro quarto nonas Novembrias repente praeliatus post meridiem per terrenum murum urbem captavit. at vero Artahuasdus una cum Bagatangio patricio ingressus navim ad praesens exiisse visus est in Obsiciis, et abiens ad castrum Puzanae semet inclusit. quibus imperator manu captis Artahuasdum cum duobus filiis suis privavit oculis, Bagatangim autem in vivario de- p. 648
collavit, et huius caput in Milio suspendit diebus tribus. post triginta vero annos mali memor et immisericors imperator praecepit huius uxorem in monasterium Choras pergere (illic

Digitized by Google

enim sepultus erat) et huius ossa effodere et in pallio suo portare atque in sepulcra, quae dicuntur Pelagii, una cum Biothanatis iacere. o inhumanitatem. multos autem et alios ex primoribus, qui auxiliati fuerant Artahuasdo, peremit, innumerabilesque oculis et alios manibus seu pedibus ablatis debilitavit. praecepit autem externis militibus, qui secum ingressi sunt, introire domos et rapere familiares civium res. multa quoque et alia, quin et innumera mala urbi monstravit. cumque hippodromium celebraret, introduxit Artahuasdum una cum filiis eius et amicis ligatum per Dihippium in circum, simul cum Anastasio falsi nominis patriarcha, percusso publice et in asino verso vultu sedente, quos omnes per Dihippium intromissos in circum pompavit. verum Anastasium utpote consentaneum suum in throno sacerdotii rursus locavit, deterrens et servituti subiiciens. Sisinnium vero patricium et praetorem Thracesiorum, qui multum cum eo
p. 649 cucurrerat et pro ipso certaverat eiusque consobrinus esse noscebatur, post 40 dies caecavit, dei nimirum iudicio. qui enim auxiliatur impio, incidet in manus eius, secundum quod scriptum est.

Mundi anno 6236, divinae incarnationis anno 736, anno vero imperii Constantini quarto Theophylactus Antiochenus habetur antistes, qui ecclesiae septem praefuit annis. Muruhaque dux Arabum noscitur, qui principatus est eis annis sex. hoc quoque anno cometes magnus in Syria visus est, et seditionem concitavit Thebit contra Maruham, et Dachata Ruritensium, quos Marucha captos occidit in terminis Hemesae cum multitudine bellatorum, id est milium decem. eodem etiam anno prece Christianorum Orientis permisit consecrari Theophylactum presbyterum Hedessinum patriarcham Antiochiae, Stephano dormiente, et hunc litteris catholicis honorari praecepit ab Arabibus: donis enim erat spiritualibus adornatus, et maxime pudicitia. apud Etzi autem centum et vicenos Chalbenos in ligno suspendit. porro Habas, qui multum Christianorum sanguinem fudit et multa depopulatus et depraedatus est loca, occidit in carcere. cum enim quidam a Maruham ad hoc missus esset Aethiops, venit, et impleto sacco viva calce introivit ad eum, folleque ad totum
p. 650 caput et nares eius imposito suffocavit illum, iustam adinveniens maleficio Habae poenam: magicis enim deceptionibus ac daemonum invocationibus multa contra Christianos fabricatus est mala. hic etiam sanguini communicavit Vhalid.

Anno imperii Constantini quinto Sulehiman coacervatis militiis rursus in Maruham bellum aggreditur, et amissis

Digitized by Google

populi septem milibus superatur, et fugax penes Palmyram salvatur, et deinceps in Perside. seditionem quoque concitaverunt Metsini et Heliopolitae ac Damasceni civitates Maruham obserantes, qui filio suo quidem contra Dachac cum virtute misso, ipse venit Emesam, quam in quattuor mensibus cepit. Dachac autem a Perside cum plurimo potentatu veniebat. at vero Maruham aggressus eum in Mesopotamia cum multos collegarum interfecisset, hunc comprehensum interfecit.

In his Constantinus Germaniciam cepit, aciem dirigens contra Syriam et Dulechiam, aditu reperto propter Arabum mutuam pugnam, verbo sane Arabes inermes dimittens, qui erant in ipsis. assumpsit autem et cognatos suos ex materna linea descendentes, et Byzantii collocavit una cum multis Syris monophysitis haereticis, ex quibus plures in Thrace p. 651 usque nunc habitant et iuxta Petrum Cnaphea trinitatem in trisagio crucifigunt. porro a quarto idus Augustas usque ad octavum kalendas Septembris tenebrae factae sunt nebulosae. tunc Meruham victor Emesea capta interfecit omnes cognatos et libertos Hisam, expugnatque muros Heliopoleos et Damasci et Hierosolymorum, trucidans multos potentes et detruncans residuos.

Mundi anno 6238, divinae incarnationis anno 738, anno vero imperii Constantini sexto factus est terrae motus magnus in Palaestina et circa Iordanem et totam Syriam mense Ianuario, hora quarta, et multa milia, quin et innumerabilia mortua sunt, ecclesiaeque ac monasteria corruerunt, et maxime penes eremum sanctae civitatis.

Eodem vero anno pestilens mors a Sicilia et Calabria incipiens, veluti quidam ignis depascens, ad Monobasiam Helladem atque interiacentes insulas venit per totam decimam quartam indictionem, flagellans ipsum Constantinum, et cohibens ab insania, qua adversus sanctas ecclesias et venerabiles imagines irritabatur. verum ille, ut Pharao quondam, p. 652 incorrectus permansit. sane pestilentia haec bubonis discurrens decima quinta indictione regiam pervenit ad urbem. coeperunt autem subito invisibiliter fieri, tam in hominum vestimentis et in sacratis ecclesiarum indumentis quam et in velis, cruciculae plurimae veluti ex oleo designatae. facta est ergo hinc tristitia et defectio animi multa propter dubium huiuscemodi signi. venit nihilominus et divinitus indignatio, dissipans incessanter non solum urbis cives sed et in omnibus suburbanis eius degentes. factae enim sunt et fantasiae in multos hominum, qui in ecstasi facti existima-

Digitized by Google

bant se cum peregrinis quibusdam, ut putabant, et trucibus faciebus comitari, et eos qui in itinere sibi obvii fiebant se quasi amicos salutare ac colloqui. notatis vero his quae dicebantur ab eis, haec postea referebant. contemplabantur autem eosdem et domos ingredi, et alios quidem ex domo egredi, porro alios vulnerare. contigit autem et eorum quae dicta sunt ab eis, plurima ut viderant fieri. praeterea vernali tempore primae indictionis magis extensa est. aestivo autem prorsus incendit, ita ut integrae quoque domus peni-
p. 653 tus clauderentur, nec essent qui deberent mortuos sepelire. ex necessitate itaque multa excogitatum est quo super animalia tabulae sternerentur, et ita super has impositi mortui deferrentur. pari modo et in plaustris alii suprapositi aliis asportabantur. cum autem repleta fuissent universa, tam scilicet urbana quam suburbana, monumenta, et cisternae quoque sine aqua et lacus et plurimae vineae, necnon et interiores horti, qui intra veteres muros erant, ad huiusmodi capessendam sepulturam effossi sunt, et ita vix omnia haec ad tantam necessitatem sufficere valuerunt. omni autem domo tali calamitate corrupta propter depositionem, quae impie facta est ab imperantibus in sacras imagines, confestim nimirum Agarenorum classis ab Alexandria venit in Cyprum, ubi erat et Romaicus stolus. at vero praetor Cibyraeotorum irruens in eos extemplo in portuCeramea, et retenta portus fauce, cum essent triginta dromones, tres solos exiliisse fatentur.

p. 654 Mundi anno 6239, divinae incarnationis anno 739, anno vero imperii Constantini septimo, occiditur Gregorius ab Arirutensibus, et evicit Maruham, ut praetuli.

Anno imperii Constantini octavo motus est in exterioribus Orientis partibus Persidis populus, qui dicuntur Chorosanitae Maurophori, contra Maruham et omnem cognationem eius, qui principati sunt ab ipso Maumed pseudopropheta usque ad eundem Maruham, id est contra eos qui dicuntur filii Humaia. his enim post interemptionem Vhalid debellantibus et constringentibus invicem, hi qui dicebantur filii Echim et Halim, cognati et ipsi pseudoprophetae, sed absconditi atque fugaces existentes in minori Arabia, congregati, tenente in eis primatum Abrahim, mittunt libertum suum quendam, Amuslim dictum, in Chorosam ad quosdam ibidem praeminentes, contra Muruham sibi suffragari petentes. qui collecti apud Caccaban quendam conciliantur, et concitant servos in dominos proprios, et occidunt multos nocte una, quorum armis equis et pecuniis locupletati facti

Digitized by Google

sunt potentiores. dividuntur autem in tribus duas, Chaisinos scilicet et Hiamanitas. quorum potentiores intuens Abumuslim esse Hiamanitas, concitat contra Chaisinos, et interfectis eis venit in Persidem cum Caccaban, et expugnans Hibindabarem capit cum victoria cunctos, virorum scilicet ferme centum milia. et veniens ad Hibinubera hostiliter cum ducentis milibus proficiscentem, sed et illum dissolvit. veniensque ad Maruham apud Zabari fluvium habentem trecenta milia, debellat eum et multitudinem infinitam occidit ex eis. eratque visu mirabile, cum secundum scripturam tunc unus persequeretur mille, et duo transmoverent dena milia. quos cum ita potentialiter vincentes Maruham intuitus extitisset, adit Carran, et cum fluvium transmeasset, incidit pontem ex navibus factum, et assumptis secum omnibus pecuniis ac domo sua, cum quattuor milibus viris vernaculis suis fuga lapsus est in Aegyptum. p. 655

Anno imperii Constantini 9 persecutionem patitur Maruham a Maurophoriis, et comprehensus ab eis occiditur, bello gesto gravissimo. praeerat autem eis Salich filius Halim, qui unus ex praelatis profugis erat, qui et destinaverat Bumuslim. reliqui vero congregati contra Samariam et Trachonitidem regionem sorte principatum distribuerunt, Abulalas scilicet, et post illum fratres eius Abdela, et post hunc Hiseidin Musae. et Syriae quidem summam praeturam taxaverunt Abdelam tenere filium Halim, fratrem vero Salim, ipsum autem Salim Aegypto praeesse. porro Abdelam fratrem Abulabas ab illo habere sortem principatus super Mesopotamiam statuerunt. ipse sane Abulabas, qui et omnium primas habebatur, in Perside sedit, translato quoque principatu sub se Persarum, qui ei auxiliati fuerant a Damasco. hi vero qui salvati fuerant, tam videlicet filii quam cognati Maruham, venientes ab Aegypto in Africam, indeque transmeantes fretum angusti maris ad Oceanum positi, quod dicitur Septe quodque diffinit inter Libyam et Europam, Europae Hispaniam habitarunt usque ad praesens tempus, habentes quosdam qui ibidem habitantes antea noscebantur, a Mauhia illuc traiecti navigio, cum essent eius cognati et ipsius religionis. perduravit autem excidium sub Mauhia sex annis, quo diruti sunt omnium illustrium civitatum in Syria usque ad Antiochiam muri, eo quod hanc in refugium habere meditarentur, innumerique Arabum ab eo perierunt. oppido enim erat circumspectus circa civilia. erat autem automatistarum, id est Epicureorum, haereseos, ex gentibus qui habitabant Carran impietatem assumens. porro octavo kalendarum Februariarum eiusdem tertiae indictionis natus est p. 656 p. 657

imperatori Constantino filius, quem nominavit Leonem, ex chagani Chazariae filia.

Anno vero eodem factus est terrae motus in Syria, et ingens ac terribilis casus, unde civitatum aliae quidem penitus exterminatae sunt, aliae vero mediocriter, aliae autem a montanis ad subiecta campestria cum muris et habitationibus suis integrae migraverunt et salvae quasi ad miliaria sex vel etiam modicum quid ultra. denique asseveraverunt hi qui propriis visibus terram Mesopotamiae contemplati sunt, in longitudinem diruptam fuisse ad miliaria duo, et ex profundo eius ascendisse aliam terram nimis albam et arenosam, de cuius medio ascendit, ut aiunt, animal mulinum incontaminatum, loquens humana voce, et praenuntians gentis incursionem ab eremo adversus Arabes. quod et factum est.
p. 658 praeterea sequenti anno quartae indictionis, solemnitate sanctae pentecostes, coronavit Constantinus imperator Leonem filium suum imperatorem per Anastasium patriarcham consentaneum suum.

Mundi anno 6242, divinae incarnationis anno 742, anno vero imperii Constantini 10 Muhamed fit Arabum dux, qui eis quinque praefuit annis. eodem quoque anno simultates Chalcidenses adversus Maurophoros Persas concitaverunt, et interempta sunt ex eis in montanis Hemessae per illos quattuor milia. id ipsum vero factum est et per Arabiam in Chaisinos ab eisdem Persis. cum autem caput Maruham myrrha conditum fuisset allatum, plures a simultatibus cessaverunt.

Anno imperii sui 11 Constantinus Theodosiopolim et Melitenem cepit, et captivos duxit Armenios. Theodorus quoque filius vicarii minoris Arabiae oriundus, obeunte sanctissimo Theophylacto Antiochiae patriarcha praeficitur, qui sex praefuit annis ecclesiae.

p. 659 Anno imperii sui 12 Constantinus impius imperator, elatus sensu, multa contra ecclesiam et orthodoxam fidem meditans, et silentia per singulos dies faciens, populum ad sensum suum inflexit infeliciter consectandum, praevius futurae impietatis existens.

Anno imperii Constantini 13 Anastasius scelestus, qui ecclesiae throno Constantinopolitanae praefuit, mortuus est corpore simul et anima, miserabili passione quae dicitur chordapsos fatigatus, cum stercus per os evomuisset, dignam exolvens vindictam, pro audacia scilicet, quam contra deum contraque magistrum suum exhibuit.

Eodem quoque anno et Constantinus impius contra

Digitized by Google

sanctas et venerabiles imagines concilium iniquum 338 episcoporum congregavit in palatio Hieriae, quorum primus erat Ephesinus filius Apsimari et Pastillas Pergensis, qui apud se quae sibi visa sunt dogmatizarunt, nullo praesente ex catholicis sedibus, Romana scilicet et Antiochena, Alexandrina sive Hierosolymitana. a quarto idus Februarias incipientes perduraverunt usque ad sextum idus Augustas eiusdem septimae indictionis. qui cum in Blachernas dei genitricis hostes convenissent, ascendit Constantinus imperator in ambonem, tenens Constantinum monachum, qui fuit Sylaei epi- p. 660
scopus. cum orasset, voce magna pronuntiavit dicens "Constantino universali patriarchae multos annos." et dein ascendit imperator cum Constantino scelerato praesule et reliquis episcopis forum, et exclamaverunt divulgantes suam cacodoxam haeresim in conspectu totius plebis, anathematizantes Germanum sanctissimum et Gregorium Cyprium et Ioannem Chrysorroam Damascenum, nepotem Mansur, viros sanctos et reverendos magistros.

Mundi anno 6246, divinae incarnationis anno 746, anno vero imperii Constantini 14, Constantinus Constantinopolitanus habetur antistes, qui 12 ecclesiae praefuit annis. hoc quoque anno Maumed, qui et Abulabas, mortuus est, cum 5 praefuisset annis. eratque Abdelas frater eius in Machia loco blasphemiae ipsorum. scribit ergo Abumuslim, qui erat in Perside, conservandum sibi locum principatus, sicut sibi sorte fuerat deputatus. qui cum didicisset Abdelam filium Halim, fratrem vero Salim, summum praetorem Syriae, principatum sibi affectantem, et veniendum ad obtinendam Persidem, adversantemque Persis, et faventem his qui erant Syriae quique auxiliabantur ei, concitatis exercitibus suis aggreditur eum apud Nitzibin, et victo eo Abumuslim multos p. 661
peremit: erant enim plures ex his Sclavi et Antiocheni. ast Abdelas solus salvus remanens post paucos dies petiit verbum accipere ab altero Abdela, fratre Maumed, veniente in Persidem studio multo a Macha, quo in domuncula putrefacta retruso effodi fundamenta praecipiens hunc clam interfecit. porro Abumuslim furientem adversus Arabes Syriae pro eo quod in Maurophoros insurrexerint et multos in Palaestina et Emesa et maritima ceperint, atque in eos irruere meditantem cohibuit cum exercitibus. at ille iratus Abdelae ad interiorem Persidem cum multitudine properavit. quem cum vehementer ille metueret, accersit eum suasoriis verbis et precibus, atque ipsis execrabilibus principis eorum symbolis destinatis, virga videlicet atque sandaliis pseudoprophetae Maumed, expetens ut ad se via unius diei diverteretur, qua-

Digitized by Google

tinus ei decentes gratiarum actiones deferret. at ille deceptus venit cum centum milibus equitum, unitusque illi occi-
p.662 ditur ab eo manibus propriis, sicque principatus Abdelae confertur, qui 21 Arabibus praefuit annis.

Anno imperii Constantini 15 Paulus Romanae sedis praesul habetur. Nicetas Heliopoleos anathematizatus est a tota ecclesia. imperator autem Constantinus Syros et Armenios, quos a Theodosiopoli et Melitana duxerat, in Thracem emigravit, ex quibus etiam Paulicianorum est haeresis dilatata. similiter et in urbe paucis prae mortalitate factis habitatoribus eius, duxit una cum familiis, tam ex insulis et Hellade quam ex inferioribus partibus, sicque urbem habitare fecit, quam et condensam reddidit.

Eodem quoque anno quaesiere Vulgares pacta propter castra quae constructa fuerant. ast imperatore apocrisiarium eorum dehonestante exierunt hostiliter, et usque ad longum murum venerunt, et multo excidio perpetrato illaesi reversi sunt.

Anno imperii Constantini 16 terrae motus haud modi-
p.663 cus factus est in Palaestina et Syria septimo idus Martias; et exul factus est Theodorus Antiochiae patriarcha, invidia derogatus *) Arabum, quod crebro imperatori Constantino causas eorum per litteras indicaret. et de cetero Salim hunc exulem fecit, mittens eum in Mohabitidem regionem, patriam suam. praecepitque idem Alim non construendas novas ecclesias nec crucem videndam, sed neque de fide a Christiano cum Arabibus dogmatizandum. porro exercitum movit idem contra Romaniam cum 80 milibus, et veniens in Cappadociam audivit Constantinum adversus se venientem armatum, et territus inefficax repedavit, nihil depopulatus, nisi quod paucis Armeniis ad se confluentibus assumptis reversus est.

Anno imperii Constantini 17 Abdelas tributorum rationem Christianis ampliavit, adeo ut omnes monachos et inclausos atque cionitas, qui deo bene placere noscebantur, sub tributis redigeret. signavit autem ecclesiarum cimiliarchia, et eduxit Hebraeos ad venundandum illa, et emerunt ea liberti.

Anno imperii sui 18 Constantinus Sclavinias penes Ma-

*) derogatus] *διαβληθείς*. Hist. trip. 32: credens derogationibus his. Non. detrahere derogare. Glossae Dosithei magistri: derogat detrahit obloquitur. Goffridus abbas Vindoc. epist. 2 29: nec pontifici sicut Maria Moysi derogarent. FABR.

Digitized by Google

cedoniam positas captivavit et reliquos subiugavit. eodem vero anno quidam ex Maurophoris Persis, cum magicae re- p. 664
ligionis essent, deceptione detenti diaboli, venundata substantia sua nudi supra muros ascendentes proiiciebant semet ipsos, ita ut se volare in caelum arbitrarentur; qui nihil ratione dignum sortis illius habentes, artus conterebant ad ima demersi. quorum sexdecim, eos dumtaxat qui in errore praeminebant, Abdelas per Salim interfecit in Beroea et Chalcide.

Anno imperii Constantini 19 invidia Christianos prohibuerunt Arabes a publicis chartothesiis ad modicum tempus. sed rursus coacti committunt eis eadem ipsa, eo quod non possint ipsi scribere calculationes, aciesque direxerunt multas. sed et Paulum praetorem Armeniacorum bellum agentes apud Melam peremerunt cum exercitus multitudine, necnon et 42 insignes viros vinctos duxerunt, et capita multa. imperator autem exercitum movit in Vulgariam, et veniens in Veregaban ad clausuram, obviam ei Vulgares advenerunt et multos exercitus eius trucidaverunt, in quibus et Leonem patricium et praetorem Thracesiorum, et alium Leonem logothetam cursus, et populum multum, ac acceperunt arma eorum; et sic inhoneste reversi sunt imperator et sui qui remanserunt.

Anno imperii Constantini 20 factus est error paschae, p. 665
et orthodoxi quidem in Oriente octavo idus Aprilias pascha celebraverunt, at vero erronei haeretici idus Aprilias.

Eodem anno translatum est caput S. Ioannis praecursoris atque baptistae a monasterio Spelaei in templum suum in Emesenensium civitate situm, cum esset illustre; et descensus aedificatus est. ubi usque hodie a fidelibus adoratum omni suavitate corporali scilicet ac spirituali honoratur odore, et emanans effundit omnibus sanitates, qui fide flagrantes occurrunt.

Eodemque anno docites clarissima in Oriente apparuit per 10 dies, et iterum ad Occidentem diebus 21. quidam vero Syrus, Theodorus nomine, Libanites circa regionem Heliopoleos, quae est ad Libanum, adversus Arabes insurrexit, et cum bellum movisset in eos, ceciderunt ex utrisque multi: novissime vero terga et ipse vertens effugit, et Libanitae, qui cum ipso erant, omnes sunt interempti. factae autem sunt et in Africa seditiones et bella, solari eclipsi facta 18 kalendas Septembrias, feria 6, hora 10. porro in- p. 666
surrexerunt quidam ex Maurophoris apud Dabero, dicentes filium protosymboli deum ut nutritorem suum, et protule-

Digitized by Google

runt dogma huiusmodi, et introierunt Maurophori domum erroris sui, et occiderunt clavigeros nomina 60. et exierunt quidam in Basrason, et captivaverunt multos, et pecunias numerosas sumpserunt.

Anno imperii Constantini 21 seditionem concitaverunt Cassiotae contra Maurophoros propter mulieres: manserant enim ex eis in domo in qua tres fratres manebant, et voluerunt uxores eorum in pelagus iacere. surgentes autem tres fratres occiderunt et obruerunt illos, sed et coacervati occiderunt etiam reliquos. et cum misisset Selichus militias, fraudulenter venere super illos, et comprehensis eis patibulo suspenderunt tres fratres, et multos alios occiderunt. porro festivitate paschali ingressus est ad sanctam collectam in catholica ecclesia. cumque metropolitanus episcopus astaret, et exclamaret more solito deo dicens "plebs enim tua et ecclesia tua supplicat te," *) eduxerunt eum et incluserunt in
p. 667 carcere, et alius complevit sanctam collectam, et factus est timor magnus; et nisi metropolita moralitate ac humilibus verbis mitigasset eum, malum profecto ingens hora illa consummatum fuisset. erat autem hic beatissimus Anastasius.

Eodem quoque anno et Constantinus persecutor Andream memorabilem monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blachernas flagris in Hippodromio S. Mamae peremit, redarguentem impietatem eius, et Valentinianistam ac Iulianum appellantem eum; quem et in rheuma maris iactari praecepit, nisi sorores eius hunc rapientes in emporio Leucadii sepelissent.

Anno imperii Constantini 22 apparuit docites in Oriente, et interfectus est filius Phatimae. at vero Vulgares insurgentes occiderunt dominos suos ad se in iram derivatos, et statuerunt virum insensatum nomine Zeletzin, 30 cum esset annorum. multi praeterea Sclavi fugientes ad imperatorem confluxerunt, quos constituit super Artanam. porro 16 kalendas Iulias exivit imperator in Thracem, misso quoque
p. 668 navigio per Euxinum pontum, usque ad 800 chelandia ferentia duodenos equos. at vero Zeletzis audita contra se tam per terram quam per mare facta commotione assumpsit in auxilium ex adiacentibus sibi nationibus 20 milia, et his in munitionibus constitutis se cautum et intrepidum reddidit. ast imperator cum venisset, castra metatus est in campo Anchiali; et pridie kal. Iulias primae indictionis, feria quinta,

*) te] sic Vaticanus. Thuanus autem tibi. utrumque rectum est. vide Priscianum p. 1184 ed. Putsch. Fabr.

Zeletzis apparuit cum multitudine gentium veniens, ineuntesque bellum concidunt diutius invicem. verum Zeletzis terga vertens effugit. porro pugna tenuit ab hora quinta usque ad vespertinam, et multitudines Vulgarum numerosae peremptae sunt: multi vero ex eis capti, multique imperatori subditi facti sunt. ast imperator huiuscemodi elatus victoria publicavit hanc coram urbe, cum exercitibus ingressus armatus et laudibus celeberrimis diffamatus, et xylopanduris constrictos trahens Vulgares captos, quos extra portam auream decollari praecepit a civibus. Zeletzim vero tumultuantes Vulgares una cum principibus eius interfecerunt, et constituerunt Sabinum generum Comersii, quondam domini sui. qui videlicet Sabinus cum mox ad imperatorem misisset et pacem fieri exquisisset, conventu Vulgares facto restiterunt robuste Sabino, dicentes ei "Vulgaria per te, ut p. 669
cernimus, redigetur in servitutem Romanis." factaque simultate fugit Sabinus in castrum Mesembriae et ad imperatorem se contulit. statuerunt autem Vulgares alium sibi dominum, Paganum nomine.

Anno imperii Constantini 23 Romanam Constantinus residet sedem. Turci vero egressi sunt a Caspiis portis, et occiderunt in Armenia multos, et praeda sumpta non pauca reversi sunt. Cosmas autem quidam episcopus erat Epiphaniae, quae est civitas Apamiae Syriae. porro quibusdam ex civibus Epiphaniae ad Theodorum patriarcham Antiochenum accusationem contra eundem Cosmam super diminutione sacrorum vasorum facientibus, cum ille minime potuisset haec restituere, discessit ab orthodoxa fide et consentaneus Constantino in haeresi sacris adversarius imaginibus factus est; quem communi sententia Theodorus Antiochenus patriarcha et Theodorus Hierosolymitanus atque Cosmas Alexandrinus cum episcopis sibi subiectis die sanctae pentecostes, post lectionem sancti evangelii, consonanter anathematizaverunt singuli in sua civitate.

Eodem quoque anno a kalendis Octobris factum est gelu magnum et amarissimum, non solum in terra nostra, verum etiam in Oriente, multo magis in septentrionali parte, ita p. 670
ut pelagus Ponti usque ad centum miliaria prae glaciei rigore in lapidis duritiem fuerit versum, habens cubitos a superficie in profundum triginta, cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium et Cuphae fluvium, Danastri quoque atque Danapri, atque Necropyla, nec non et reliquas ripas, et usque ad Mesembriam et Mediam similia patientibus. cumque huiuscemodi gelu nive fuisset cooper-

Digitized by Google

tum, super alios viginti cubitos crevit, ita ut mare aridae conformaretur, et pedibus calcaretur in superficie glaciei a Chazaria et Vulgaria, quin et reliquis adiacentibus nationibus, tam ab hominibus quam ab agrestibus et mansuefactis animantibus. Februario vero mense ipsius secundae indictionis huiuscemodi gelu per visionem dei in multas ac diversas in speciem montium factas concisiones diviso, prae vi ventorum in Daphnusiam et Hieron descendentes, taliter per angustum venerunt ad urbem et usque ad Propontidem et insulas et Abydum, omnes maritimos toros ac ripas replentes; quarum videlicet concisionum inspectores et nos ipsi extitimus, descendentes super unam earum cum quibusdam triginta coaetaneis nostris, et super illam iocantes. habebat autem et animalia campestria et mansueta mortua: omnis enim, quicunque vellet, a Sophianis usque ad urbem et a
p. 671 Chrysopoli usque ad S. Mamam et ad ea quae dicuntur Galati per aridam sine prohibitione pergebat. et una quidem ex eis ad Acropoleos scalam dirupta contrivit eam: alia vero ingentis molis ad murum collisa hunc magno impulsu concussit, adeo ut interiores quoque domus salo comparticiparentur. porro in tria dirupta cinxit urbem, a Manganis videlicet usque ad Bosphorum; cuius altitudo muros excessit. omnes autem urbis tam viri quam feminae, simul et pueri, horum visioni dantes indesinenter operam perseverabant, et cum lamentis ac lacrimis domum revertebantur, ignorantes quid ad id fari quivissent. ceterum anno eodem, mense Martio, stellae de caelo repente cadentes apparuerunt, ita ut omnes qui hoc viderunt instantis saeculi consummationem esse putarent. siccitas quoque multa effecta est, adeo ut exsiccarentur etiam fontes. ast imperator accersito patriarcha dicit ei "modo quis nos laedet, si dixerimus theotocon christotocon." at ille hunc amplexatus ait "miserere, domine, ne ad cogitationem tuam veniat iste sermo. nonne vides qualiter divulgetur et anathematizetur Nestorius a tota
p. 672 ecclesia?" qui respondens ait "ego discere volens interrogavi. verum usque ad te sermo."

Mundi anno 6246, divinae incarnationis anno 746, anno vero imperii Constantini 24 exierunt iterum Turci ad Caspias portas et Hiberiam; quibus cum Avaribus bellum ineuntibus ex utrisque perierunt multi. Abdelas vero huiuscemodi calliditate deposuit a principatu Hiserbinmuse, in quem, ut superius dictum est, tertia sors tenendi post eum cecidit. videns enim eum dolore capitis hemicranice laborantem et scotomi plenitudinem patientem persuadet quod curandus foret, si ex aliqua confectione ptarmica in nares eius insuf-

Digitized by Google

flaretur a medico suo Mose nomine, diacono Antiochenorum ecclesiae, quem iam muneribus fecerat acerrimum conficere medicamen, quod simul et narcoticum foret vehementer; qui, videlicet Hise, cum paruisset Abdelae, suscepit per nares confectionem, et repletus in omnibus circa caput, cunctisque sensibus una cum hegemonicis operationibus defraudatus, sine voce porro iacebat. advocatis itaque Abdelas ducibus ac primoribus gentis "quid vobis" inquit "videtur super futuro rege vestro?" at illi concorditer abnegato eo dexteras dederunt filio eius Abdelae Muhamed, qui nuncupatur Madi; porro Hise absque sensu domum reportaverunt. hunc autem post tertium diem convalescentem excusationibus fictis consolabatur, centum auri talentis iniuriam recompensans. p. 673

Eodem etiam anno misit Paganus, dominus Vulgariae, ad imperatorem, postulans ut cum eo facie ad faciem iungeretur, et accepto verbo descendit ad eum cum Bohiladis suis. cumque imperator una cum Sabino sederet, suscepit eos et exprobravit inordinationem eorum et odium habitum in Sabinum, feceruntque pacem, ut putabatur. ast imperator mittens clam in Vulgariam cepit Severum principem Sclavinum, qui multa in Thrace fecerat mala. comprehensus autem est et Christianus, qui ex Christianis magarites et primus scamarorum *) effectus est, quem apud S. Thomam manibus et pedibus detruncantes adduxerunt medicos, qui hunc vivum inciderent a thorace pube tenus ad hominis cognoscendam positionem atque structuram, et sic eum tradiderunt p. 674 igni. actutum praeterea imperator exiens ab urbe, cum sine custodia invenisset ob deceptoriam pacem clausuras, ingressus est Vulgariam usque ad Tzicas, et misso igne in cohortes quas reperit, cum timore reversus est, cum nihil forte patrasset.

Anno imperii sui 25, 12 kalendas Decembrias indictionis quartae, furens impius et scelestus imperator adversus omnes timentes deum, Stephanum novum protomartyrem abstrahi praecepit, cum esset inclausus apud S. Auxentium in proximo monte Damatry; quem hi, qui eruditionis eius fructum percipiebant et unius cum eo ac similis erant sensus, scholarii quoque ac reliquis ordinibus deputati accipientes, pedemque ipsius rudente ligantes, traxerunt a praetorio usque ad ea quae sunt Pelagii, ubi et discerpentes eum pro-

*) scamari sunt praedones, et scamara depraedatio. Stephanus 2 epistola ad Pipinum R. F.: scamaras atque depraedationes seu devastationes in civitatibus et locis B. Petri facere sua imperatione nec cessavit nec cessat. Fabr.

iecerunt venerabiles illius reliquias in Biothanatorum lacum, eo, quod multos monuerit et adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates atque pecunias persuaserit: reverendus quippe vir omnibus erat pro eo quod fere sexaginta fecerit annos in claustris et virtutibus multis effulserit. multos autem principes ac milites accusatos, quod
p. 675 imagines adorarent, diversis poenis et amarissimis verberibus tradidit; iusiurandum etiam generale ab omnibus sub imperio suo degentibus exegit, ne quisquam adoraret iconam. cum quibus et Constantinum falsi nominis patriarcham super ambonem ascendere et exaltare pretiosa ligna et iurare fecit, quod non esset ex eis qui imagines adorarent; cui mox persuasit ut ex monacho Stephanites efficeretur, et carnibus vesceretur, atque citharoedos ad mensam admitti regiam pateretur. sed non in longum ultio homicidam hunc tradidit poenis. denique duodecimo kalendas Februarias quartae indictionis motus est contra Vulgares, et direxit ad Achelon 2600 chelandia construens, ea et armans ex cunctis thematibus; quae cum in toris *) stationem fixissent, flante aquilone contrita sunt pene omnia et necatus est populus multus, ita ut imperator extendere retia et sic mortuos educere ac sepelire praeceperit. porro decimosexto kalendas Septembrias eiusdem quartae indictionis publice diffamavit ac dehonestavit habitum monachorum in Hippodromio, praecipiens unumquemque monachum manu tenere mulierem, et taliter
p. 676 eos transire per Hippodromium, sputis et iniuriis ab omni populo cumulatos. similiter et octavo kalendas Septembrias ducti sunt ad ludos Circenses insignes principes decem et novem, et pompati sunt quasi mala contra imperatorem consiliati fuerint, non veraciter accusati, sed quia invidebat eis eo quod essent formosi atque robusti et ab omnibus collaudati; quibusdam vero ex eis et ob religionem, eo quod ad praedictum inclausum issent et passiones eius publice divulgarent; quos et interfecit. quorum praecipui sunt Constantinus patricius et dudum logotheta cursus, cui nomen imposuit Podopagurum, et huius frater Stategius spatharius et domesticus excubitorum, Antiochus logotheta dromi factus et praetor Siciliae, David spatharius et comes Obsequii, Theophylactus protospatharius et praetor Thracae, Christophorus spatharius, Constantinus spatharius et primus imperialium stratorum, filius patricii Bardanis, Theophylactus candidatus,
p. 677 et alii. quos cum in Hippodromii ludos palam traduci et ab omni populo conspui et maledici fecisset, sententiam de-

*) *in oris.* Fabr.

Digitized by Google

dit. et illos quidem duos fratres, Constantinum aio atque Stategium, intra venationis septa capitis animadversione punivit, multo super eos facto universae plebis lamento, adeo ut cum hoc didicisset imperator, indignaretur et praefectum Procopium caederet et ab administratione depelleret tanquam id fieri permittentem. ceteros autem omnes oculis privatos in exilium destinavit, quos et per singulos mittens, cum esset omni crudelitate plenus, ad loca in quibus degebant, centenis flagris vapulare iubebat.

Porro tertio kalendas Septembrias eiusdem quartae indictionis insaniens idem malivocus adversus aequivocum *) suum et consentaneum patriarcham, et inventis quibusdam clericis et monachis instruxit illos ut dicerent "audivimus patriarcham cum Podopaguro adversus imperatorem loquentem," et misit eos ad patriarchium, ut arguerent eum. cumque ille negaret, fecit illos ad pretiosa ligna iurare fatentes "a patriarcha maledicta haec audivimus." inter haec ergo misit, et bulla p. 678
signavit patriarchium, et hunc exilio relegavit apud Hieriam, et rursus apud principem insulis.

Anno imperii Canstantini 26 Abdelas Ibinalim mortuus est, ruente super se turre, in qua custodiebatur. Abdelas autem cum amerae fungeretur honore, multa mala Christianis sub principatu suo degentibus demonstravit, siquidem et cruces ecclesiarum abstulit, et vigilias nocturnas celebrare, sed et litteras discere prohibebat. hi vero qui dicuntur apud illos Aruritae, quod interpretatur aemulatores, contra Palmyretensem eremum insurrexerunt. sed illorum quidem malitia in ecclesias dei utpote infidelium manifesta fuit. is autem qui Christianis, ineffabilibus dei iudiciis, imperabat, fortassis ut Israhel quondam ille vesanus Achab, multo peiora quam Arabum sit insania sub imperio suo positis orthodoxis, episcopis videlicet, monachis et laicis, praelatis atque subiectis ostendit, ubique intercessiones sanctae dei genitricis ac omnium sanctorum in scriptis ut inutiles et sine scripto repellens, per quas videlicet nobis emanat omne suffragium, et sanctas reliquias eorum effossas eiiciens et invisas reddens, sicubi cuiusquam insignis audiebantur ad animarum sanita- p. 679
tem et corporum reiacere, vel sicut moris est, a pie agentibus honorari. mox ergo mortem adversus huiusmodi tanquam impie gerentes minabatur, sin autem, proscriptiones

*) aequivocum] Ludovicus Imp. in praecepto quodam apud Flodoardum 2 19: gens nostra Francorum cum aequivoco nostro rege eiusdem gentis. Fabr.

Digitized by Google

ac exilia et tormenta. deo vero gratissimum lipsanum, ut-
pote quidam thesaurus possessoribus habitus, auferebatur in-
visum *) de cetero efficiendum. tale quid et in pretiosissi-
mum laudabilis martyris Euphemiae profanus hic imperator
lipsanum gessit, in profundum id una cum loculo iaciens,
non ferens videre unguenti etiam ex se super omnem popu-
lum suavitatem reddentem, et arguentem eius adversus in-
tercessiones sanctorum deliramenta. sed deus, qui custodit
ossa placentium secundum divina eloquia, illaesum hoc con-
servavit, rursus ostensurus illud apud Lemnum insulam: per
nocturnam enim visionem iacens elevandum praecepit et con-
servandum. sub Constantino vero et Heirene piis imperato-
ribus, indictione quarta, cum decenti honorificentia rediit
ad templum suum. quod ipse quidem, tanquam inimicus
ecclesiarum, commune fecit armamentarium sterquiliniumque
fore decrevit, illi repurgatum hoc iterum sacraverunt, ad
p. 680 redargutionem quidem huius impietatis, ostensionem autem
horum pietatis. hoc autem ob stupendum et scriptura di-
gnum miraculum post 22 annos iniqui principis mortis, una
cum piissimis imperatoribus et Tarasio sanctissimo patriar-
cha, nos et vidimus et cum eis amplexi fuimus, licet indigni
magnam gratiam promerentes. porro decimo sexto kalendas
Decembrias, eiusdem quintae indictionis, decreto imperatoris
promovetur Nicetas eunuchus ex Sclavis ortus irregulariter
patriarcha Constantinopoleos. et facta est siccitas, ita ut
nec ros de caelo caderet, defecitque penitus ab urbe aqua
et otiosae remanserunt tam cisternae quam lavacra, quin
potius et fluenta fontalia, quae prius iugiter effluebant. quod
intuens imperator coepit renovare aquaeductum Valentiniani,
qui cum usque ad Heraclium perdurasset, ab Avaribus est
destructus. electis ergo ex diversis locis artificibus ab Asia
quidem duxit et ponto aedificatores mille et liniatores **)
ducentos, a Graecia vero et insulis testatarios ***) quingentos,
porro ex ipsa Thrace operarios quinque milia et tegulas facien-
p. 681 tes ducentos, et praeposuit eis principes executores operum ac
patricium unum; sicque opere consummato aqua introivit in
urbem. ceterum eadem quinta indictione provehit sui sensus
praetores et operarios nequitia sua condignos, Michaelem
videlicet Melissenum in themate Orientalium et Michaelem
Lachanadracontem in Thracesiis, super buccellarios vero Ma-

*) invisum] Apuleius 5: post opimas dapes quidam introcessit et cantavit invisus. Fabr.

**) liniatores] Glossarium: χρίσις liniatura, oblitus. Fabr.

***) testacearios. Fabr.

nia a mania, id est insania, nominatum. sed quis idoneus ad enarranda scelerata horum piacula, quae partim suis a nobis conscribentur in locis. omnia enim seu singula horum opera si conscriberentur, quae ad curationem imperantis effecta sunt, nec ipsum arbitror, ut proprie cum evangelista dicatur, mundum capere eos qui scribendi sunt libros.

Anno mundi 6259, divinae incarnationis anno 759, anno imperii Constantini 27 Stephanus Romanae sedis habetur antistes. Constantinus vero, falsi nominis patriarcha, ductus est nonis Octobribus sextae indictionis a principe in insulam; quem et cecidit tyrannus, quod vadere non valeret. iussit autem eum in phorio portari, et euntem sedere in gremio ecclesiae magnae; eratque asecretis cum eo ferens chartae tomum, in quo erant scripti huius excessus. omni ergo populo civitatis ex praecepto regio illic congregato et vi- p. 682
dente legebatur charta in audientiam totius populi, et per singula percutiebat asecretis faciem eius, Niceta patriarcha in confessorio sedente ac intuente. post haec vero cum imposuissent eum in ambonem et rectum stare fecissent, accepit Nicetas chartam et misit episcopis, et ablato superhumerali eius anathematizaverunt eum, et hunc Scotiopsin cognominantes abstraxerunt ab ecclesia, gradientem retrorsum. postera vero die cum ludi Circenses agerentur, raserunt faciem eius, et barbam denudaverunt capitis, ac superciliorum pilis ablatis, et indutum hunc laneo brevi et sine manicis vestimento, sedere fecerunt oblique super asinum sagma ferentem, et ipsius tenere caudam, et eduxerunt eum per Diippium in Hippodromium, cuncto populo et vulgo mala imprecante illi et conspuente. trahebat autem asinum Constantinus nepos ipsius, naso reciso. cumque venisset ad vulgus, descenderunt et conspuerunt et pulverem proiecerunt super eum. et cum adduxissent eum ad consistorium, deiecerunt de asino, et calcavere collum eius, et collocatus contra vulgus audiebat ab illis ludicra verba usque ad absolutionem ludorum equestrium.

Eodem quoque mense missis impius imperator patriciis p. 683
significat ei dicens "quid dicis de fide nostra et concilio, quod fecimus?" qui sensibus ad vanitatem conversis respondit, "bene" inquiens "et credis, et bene concilium operatus es," putans se ob hoc illum rursus placare. at illi confestim respondentes dixerunt "nos haec audire nolumus ab ore tuo polluto. ex hoc ergo vade in tenebras et in anathema." et sic accepta sententia descendit ad claustra ferarum, et decollatus est. et caput quidem eius per aures ligantes tribus

Digitized by Google

diebus in Milio suspenderunt ad ostentationem plebis: corpus vero eius pede resti ligato traxerunt per plateam usque ad loca Pelagii, et sociandum biothanatis iactaverunt; similiter et caput eius post tres dies illuc delatum proiecerunt. o irrationabilitatem et crudelitatem atque immisericordiam immitissimae bestiae! non est veritus miser sanctum lavacrum: duos enim filios eius ex tertia coniuge ipsius in ulnas suas susceperat, siquidem semper feralis moribus et immansuetus esse probatur. ab hoc autem anno ampliori insania usus est: mittens quippe deposuit Petrum nobilem stylitem a
p. 684 petra, quem vivum, cum dogmatibus eius cedere renuisset, ligatis pedibus eius in praedictum Pelagii locum, et hunc quoque per plateam tractum proiici iussit. alios etiam in saccis vinciens et lapidibus aggravans in pelagus iactari praecipiebat, oculos eruens, nares abscindens, flagellis excorians, et omnem tomenti speciem adversus eos qui pie agebant excogitans. et in urbem quidem per se ipsum haec et consentaneos suos, Antonium aio patricium et scholarum domesticum, ac Petrum magistrum, atque per populum singulorum ordinum, qui a se fuerat ad talia eruditus, agebat. in exteris vero thematibus per iam dictos praetores. ipse namque citharae sonitu delectabatur atque conviviis, turpibus sermonibus et saltationibus eos qui sibi adhaerebant incessanter erudiens, et sicubi quisquam corruens vel dolens solitam Christianis vocem emitteret dicens "dei genitrix iuva," aut vigilias agens deprehenderetur aut ecclesiis assuetus aut cum religione vivens aut non passim iuramentis abutens, ut inimicus imperatoris damnabatur et immemorabilis nominabatur. monasteria vero, quae in gloriam dei et refugia salvandorum effecta sunt, domos fore communes fautoribus suis militibus faciebat. denique coenobium Dalmatii, quod inter
p. 685 optima Byzantii erat coenobia, militibus in habitaculum tribuit; ea quae dicuntur Callistrati et Dii ac Maximini monasteria, nec non et alias sacras monacharum ac virginum domos, a fundamentis destruxit. eos vero qui monasticam subire vitam ex insignibus militibus vel senatoribus studuerant, et maxime illos qui sibi adhaeserant et complices libidinis suae ac nefandorum actuum fuerant, morti subdebat, suspectui habens confusionem, quae sibi ex pronuntiationibus fieret propalantium se. unde et Strategium Podopaguri fratrem, cum esset urbanus specie, assumpsit: amabat enim talibus adhaerere propter luxurias suas. cum autem sensisset eum moleste tulisse infandas in viros insanias suas, et beato Stephano inclauso S. Auxentii has manifestas reddidisse, salutisque remedia suscepisse, hunc quasi insidiatorem suum

Digitized by Google

diffamans una cum in clauso, ut praedictum est, interfecit. fecit autem abundare horno species in urbe: novus enim Midas factus aurum coacervavit et agricolas denudavit, et ob tributorum exactionem cogebantur homines largas dei geni- p. 686
minum munificentias facile seu vili pretio venundare.

Eodemque anno Nicetas falsi nominis patriarcha iconas ex musio factas, quae in patriarchio Secreti minoris erant, erasit, et imagines magni Secreti, quae sculptae in ligno erant, deposuit, et ceterarum imaginum facies delinivit. sed et in Abramio similiter fecit.

Anno imperii sui 28 coronavit imperator Eudociam uxorem suam, cum esset trigamus et haec esset tertia coniux, in tribunalio decem et novem accubituum kalendis Aprilibus: filios vero suos ex ipsa procreatos, Christophorum scilicet et Nicephorum, postera die, qua sanctum celebratum est pascha, Caesares ordinavit, patriarcha orationem faciente, et imperatoribus super eos chlamydes et Caesaricias imponentibus galeas. pari modo et Nicetam, novissimum fratrem eorum, nobilissimo facto, superposuit ei chlamydem auream et coronam; et ita processerunt, iactantibus imperatoribus hypatiam trimisia *) et semisia et numismata nova, usque ad magnam ecclesiam.

Anno imperii Constantini 29 ingressa est urbem Hei- p. 687 8
rene ab Athenis veniens dromonibus et chelandiis plurimis, adornatis sericis palliis, et proceribus urbis cum uxoribus obviam occurrentibus et praecedentibus eam. cumque patriarcha venisset ad palatium in ecclesiam Phari, facta sunt ad eandem Heirenem Leonis imperatoris sponsalia, et decimosexto kalendas Ianuarias coronata est in triclinio Augustae imperatrix Heirene. quae cum ad oratorium S. Stephani situm in Daphne abiisset, accepit nuptiarum coronam una cum filio Constantini, praelato videlicet imperatore Leone. hoc etiam anno facta est commutatio in Syria viri ad virum et feminae ad feminam et pueri similiter ad puerum. et praecepit Abdelas radi barbas eorum, et fieri calamaucos cubiti unius et semis.

Anno imperii Constantini 30 Adrianus sedis apostolicae praesul habetur. eodem anno movit exercitum Banacas contra Romaniam, et multos captivos abduxit, et Romani quar- p. 688

*) trimisia] Anast. in exilio S. Mart.: usque ad unum trimisium frumentum potui comparare. v. Scaliger. de re numm. et Salmas. ad H. A. Fabr.

tam Armeniam ingressi despoliaverunt eam. praeterea moritur Salech, et translata est Germanicia in Palaestinam.

Eodem vero anno imitatus Lachanodraco magistrum suum, omnem monachum et monacham in themate Thracesiorum commorantes apud Ephesum congregavit, et eductis eis in campum dixit ad eos "qui vult imperatori ac nobis obedire, alba induatur veste et in hac hora sumat uxorem: ast qui hoc facere parvi penderint, privati luminibus in Cypro exilio damnabuntur." tumque opus cum verbo pariter consummatum est, et multi eodem die martyres sunt ostensi, multi vero deficientes et enervati perierunt, quos et familiares sibi Draco faciebat. praeterea indictione nona, mense Ianuario, natus est imperatori Leoni et Heirenae filius, qui nominatus est Constantinus, dum adhuc viveret Constantinus avus eius.

Anno imperii Constantini 31 movit exercitum Banacas contra Romaniam, et cum descendisset ab Hisauria in castrum Sices, obsedit illud. quod cum audisset imperator, scripsit ad Michaelem praetorem Orientalium et ad Manin Buccellario-
p. 689 rum et Bardam Armeniacorum praetores; qui cum venissent, tenuerunt egressum eorum, qui erat clausura valde difficilis ad meandum. stolus autem Cibyraeotorum cum Praetona spathario praetore suo veniens applicuit in portu praedicti castri. quod cum Banacas vidisset, sui desperatus fiduciam rursus assumit, suosque alacres reddit, et ascendens ad equestres exercitus magnis et repentinis vocibus cum omnibus suis clamorem dedit, sicque illos territos fugat, multisque peremptis depraedatus est omnia circa regiones illas, et cum spoliis multis reversus est.

Eodem quoque anno misso Thracesiorum praetor Lachanodraco Leone notario suo et Leone exmonacho venundavit omnia monasteria, virorum scilicet et feminarum, et omnia vasa sacrata et libros et pecora, et quaeque patrimoniorum eorum erant, et horum pretia principi detulit. quotquot autem monachos et paternos libros reperit, igne combussit; et sicubi lipsanum sancti quis habens apparuisset ad custodiam, et hoc quoque nihilominus igni tradebat, eum vero qui habebat illud, ut impie agentem, puniebat. et
p 690 multos quidem monachorum verberibus interfecit, quosdam etiam gladio trucidavit. praeterea innumerabiles oculorum visibus exorbavit; et quorundam quidem barbas cera et oleo perungens succendebat ignem, et ita tam facies eorum quam capita concremabat. porro alios post multos cruciatus exiliis destinabat, et postremo non deseruit in toto themate

Digitized by Google

sibi subiecto hominem unum monastico schemate circumamictum. quod cum imperator didicisset, bonum semper exosum habens, scripsit ei gratias dicens "inveni te virum secundum cor meum, qui facis omnes voluntates meas." hunc ergo imitantes et ceteri similia perpetrabant.

Anno imperii Constantini 32 misit Abdelas in Africam Mualabitum cum exercitu multo, et ingressus est Alphadal Badinar in Romaniam, et cepit captivos quingentos. Mopsuestienses autem obviam eis occurrentes et bellum exagitantes occiderunt ex Arabibus mille. ast Abdelas abiens Hierosolymam ieiunavit, et praecepit inscribi Christianos et Hebraeos in manibus; et idcirco multi Christianorum per mare in Romaniam confugerunt.

Anno imperii sui 33 movit Constantinus, mense Maio p. 691 duodecimae indictionis, stolum chelandiorum bis milium contra Vulgariam. et ingressus ipse in rubea chelandia motus est ad intrandum Danubium amnem, derelictis quoque praetoribus equestrium thematum extra clausuras, si forte possent Vulgaribus in se intuitum figentibus introire in Vulgariam. cum autem venisset usque ad Barnas, formidavit, et redire meditabatur. sed et Vulgares videntes, ac simili pavore metuentes, miserunt Boilam et Tzigaten petentes pacem. quos cum vidisset imperator, gavisus est et pacem fecit, praestito vicissim iureiurando quatinus neque Vulgares exirent contra Romaniam neque imperator studeret in Vulgariam intrare. et factis super hoc ex utraque parte scripturis ad invicem reversus est imperator et urbem adit, taxatis derelictis ex omnibus thematibus in castris quae condidit. Octobrio vero mense undecimae indictionis nuntium suscepit a Vulgaria ab occultis amicis suis, quod mitteret dominus Vulgariae duodecim milia ex populo et Boilades ad captivandum Verzitiam et abducendum eos in Vulgariam. p. 692 qui ne innotesceret quod contra Vulgares moveretur, (venerant enim ad eum legati domini Vulgariae) cum adhuc ii essent in urbe, simulavit se adversus Arabes movere, et transmearunt tam vexilla quam supellectiles ministerii regii apparatus. cum autem apocrisiarios dimisisset, per exploratores comperto eorum egressu, assumpto exercitu festinus iter arripuit, et coacervatis thematum taxatis et Thracesianis et unitis ordinibus optimatibus fecit eos 80 milia. et pergens in locum qui dicitur Lithosoria, nullius tubae clangore sonante, irruerunt super illos, et vertens eos fecit victoriam magnam, et cum multis exuviis et captivis reversus est, triumphi sui trophaea penes urbem ostentans, et obsequiis constipatus incedens, bellumque hoc nobile nuncupans,

Digitized by Google

eo quod nemo sibi restiterit, nec mactatio in hoc aut effusio Christiani facta fuerit sanguinis.

Anno imperii sui 34 Constantinus solvens Vulgarum pacem construxit iterum stolum multum, et intromissis in eum equitum 12 milibus direxit praetores classium omnes in illo,
p.693 ipse vero timens mansit cum equestri militia. cum autem usque Mesembriam venissent et hanc fuissent ingressi, valenter aquilone vento spirante omnia pene contrita sunt et multi perierunt, et rediit, cum nihil utilitatis attulisset. porro Telerigus dominus Vulgariae comperto quod per familiares suos imperator consilia sua cognosceret, scribit ei dicens "vellem effugere et venire ad te. transmitte ergo mihi verbum securitatis meae, et quos habes hic amicos, ut hoc eis credam et mecum occurrant." at ille levitate usus scripsit ei. qui cum haec didicisset, per medium omnes recidit. quod audiens Constantinus aliquandiu canos suos evulsit.

Anno imperii sui 35 imperator, mense Augusto decimae tertiae indictionis, exivit contra Vulgares. qui atrociter in cruribus divinitus est percussus plaga quae graece anthrax appellatur, et hinc febre validissima et medicis propter nimium incendium ignota detentus Arcadiopolim rediit, a subiectis super humeros in lecto delatus, et veniens Selymbriam navim ingressus est. cumque ad rotundum pervenisset castellum, miserabiliter in chelandio moritur, clamans
p.694 et dicens "vivens adhuc igni sum inextinguibili traditus," sanctamque virginem et dei genitricem laudari expostulans, cum sine foedere ipsius fuerit inimicus. regnavit autem imperator post patris sui mortem annis 34, mensibus 2, diebus 26, et ita vitam dissolvit sanguinibus multis infectus et daemonum invocationibus ac sacrificiis, persecutionibus quoque sanctarum ecclesiarum rectaeque ac immaculatae fidei, nec non et monachorum peremptionibus et violationibus monasteriorum, malisque variis supercrescens, non minus quam Diocletianus et antiqui tyranni. praeterea eodem anno et eodem mense moritur et Abdelas Arabum dux. cum enim hi ambo velut acerrimae bestiae diuturnis temporibus ac similiter humanum genus depasti sunt, mortui sunt providentia dei. et obtinent principatum Leo et Madi filii eorum. porro eodem anno Longobardorum rex ad regiam veniens urbem imperatori se profugus contulit.

Mundi 6668, divinae incarnationis anno 768, anno vero imperii Leonis primo, Madi dux habetur Arabum, qui 9
p.695 his praefuit annis. Leo vero imperator coepit expandi in pecunias, quae sibi fuerant a patre dimissae, placuitque tam

Digitized by Google

optimatibus quam populo, et visus est ad breve tempus pius esse, sanctaeque dei genitricis ac monachorum amicus. unde et metropolitanos ex monachis in primis sedibus collocavit, militiasque per themata fecit multas, et ordines in urbe amplificavit. quamobrem thematum principes moti ingressi sunt omnes cum multitudine populi copiosa, petentes Constantinum filium eius in imperatorem. at ille, ut moris est principibus, renuntiavit eis. "filius" inquit "meus unicus est mihi. idcirco vereor hoc facere, ne forte contingat mihi quod humanum est, et cum adhuc sit parvulus morti eum tradatis, et alium promoveatis." at illi cum iuramentis profitebantur se ullum satisfacturos minime regnaturum praeter filium eius, etiamsi eum mori deus voluisset. hoc autem a dominica die qua palmarum solemnitas agitur, usque ad feriam quintam hebdomadae maioris, populo in Hippodromio coacervato petente, sancta parasceue iussit iurare illos, et iuravit omnis populus in honorandis et vivificis lignis, tam scilicet ex themati- p. 696
bus et senatu quam ex interioribus ordinibus et civibus omnibus et hergasteriacis, imperatorem non admittendi exceptis Leone seu Constantino ac semine ipsorum. et fecerunt scripta, quemadmodum iuraverunt, propriae manus. et in crastinum, sabbato scilicet sancto, exivit imperator in tribunalium decem et novem accubituum, et provexit nobilissimum Eudocimum fratrem suum (nam Anthimum vivens pater eius provexerat), et processit imperator cum reliquis Caesaribus et tribus nobilissimis ac novo Constantino ad magnam ecclesiam, et mutato indumento, sicut imperatoribus moris est, ambonem ascendit cum filio suo simul et patriarcha, et ingressus omnis populus posuerunt scripta sua in sancta mensa, et imperator locutus est sic. "en, fratres, petitionem vestram adimpleo, et dono vobis filium meum in imperatorem. ecce ab ecclesia et de manu Christi eum suscipitis." at illi magna voce clamaverunt dicentes "fideiussor noster esto, fili dei, quia de manu tua suscipimus dominum Constantinum imperatorem ad custodiendum eum et moriendum pro eo." et in crastinum, quando videlicet magnus et dominicus paschae dies celebratus est, decimo octavo kal. Maias decimae quartae indictionis, aurorae crepusculo exiens im- p. 697
perator una cum patriarcha in Hippodromium, delato altario, omni populo contemplante, patriarcha fecit orationem, et coronavit imperator filium suum; et ita processit ad magnam ecclesiam uterque imperator cum duobus Caesaribus et tribus nobilissimis. processit autem et imperatrix Heirene, cum praecessissent imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis, et ascendentibus per aeneae portae ascen-

sum in Catechumenia ecclesiae, non exiens in plateam Emboli. mense vero Maio eiusdem indictionis accusatus est Nicephorus Caesar et frater imperatoris, quod insidias construxisset adversus eum cum spathariis quibusdam atque stratoribus aliisque hominibus regiis; et facto imperator silentio apud Magnauram exposuit populo quae de se fuerant dicta. qui unanimiter exclamaverunt ut uterque recederet de medio, non memorantes semper periuri se patri eorum iurasse non admissuros post mortem eius iniuriam pati natos ipsius. ast imperator rebelles caesos et tonsos exilio apud Chersonem deportatos fore decrevit, et climata illa sub custodia et munimine conservanda.

p. 698 Anno imperii Leonis secundo confugit Telerigus Vulgarum dominus ad imperatorem, qui fecit eum patricium, iungens illi et uxoris suae Heirenae consobrinam. cum autem baptizatum eum ex sancta quoque piscina suscepisset, magnifice honoravit pariter et amavit.

Anno imperii Leonis tertio sedit Ithimamas apud Dabecon, et seditionem commovit. Leo autem imperator militias Romanorum direxit, et ingressi sunt Syriam centum milia, quibus duces erant Michael Lachanodraco Thracesiorum, Artabuasdus Armenius Orientalium, Tatzates Bucellariorum, Basteratzes Armeniacorum et Gregorius Obsicianensium praetores; et circumdavere Germaniciam, ubi erat Hisbahali thius Madi, et apprehenderunt omnes camelos eius, et futurum erat ut caperent etiam Germaniciam, nisi muneribus persuasisset Lachanodraconi Hisbahal, et recessisset a castro. et exivit in praedam regionis, et captivatis haereticis Iacobitis Syris iterum ad castrum reversus est. et misso Ithima-
p. 699 mas exercitu a Dabeco et amiradibus bellum cum Romanis fecerunt, et ceciderunt amirades quinque et Arabum sex milia, ut ferunt. et sexta feria redierunt: ingressi enim fuerant dominica die. praeterea imperator facta maioma in Sophianis insedit in solio cum filio suo, et ita divulgarunt praetores triumphos quos sumpserant. transtulit autem haereticos Syros in Thracem, et locavit eos illic.

Anno vero imperii Leonis quarto furore accensus Madi Arabum dux mittit Hisan cum virtute multa, Mauroporum scilicet Syriae ac Mesopotamiae, et descendit usque Dorylaeum. verum imperator praecepit praetoribus ne debellarent eos publico bello, sed munirent civitates et populum introducerent ad earum custodiam, destinatis et principibus magnis per singulas civitates, ipsique sumerent electorum militum terna milia, et insequerentur eos, ne dispergerent

Digitized by Google

cursus, et incenderent ipsi primitus tam pabula equorum quam escas, ubicunque fuissent inventae. cum autem residerent Dorylaei diebus quindecim, et defecissent sibi quae victui sunt necessaria, exilia eorum effecta sunt animalia, multaque in eis praeda patrata est. et reversi obsederunt p. 700
Amorium die uno; quod cum vidissent munitum, et multam habere armaturam, reversi sunt nihil proficientes.

Anno imperii Leonis quinto Paulus Constantinopolitanus habetur antistes, venitque Madi Arabum dux Dabecum cum potentatu multo et apparatu, et misso filio suo in Romaniam ipse redit ad sanctam civitatem, et mittit Muchesiam, qui dicebatur Zelotes, et dat ei potestatem apostatas faciendi Christianorum servos et desolandi ecclesias sanctas. et venit usque Hemesam, et repromittit se non compellere ad magarizandum nisi eos qui ex infidelibus dudum fuissent, donec patefacti sunt Hebraei et Christiani. et statim coepit impie cruciare, sicut nec Lysias olim vel Agricolaus, multosque perdidit. sane feminae gratia Christi dei nostri vicerunt eius insaniam; et hae cum Nubitenses essent archidiaconi Hemesae ac filii Esaiae, multum cruciatae, cum non cessissent impietati, millena quippe flagra recipientes et aliis multis cruciatibus attentatae, coronam victoriae a Christo perceperunt. p. 701
perveñit autem et usque Damascum, et multas ecclesias desertas fecit, non intendens dato Christianis ab Arabibus verbo. praeterea octavo idus Februarias mortuo Niceta, de quo praedictum est, Constantinopoleos episcopo, secunda ieiuniorum hebdomada, die dominico, Paulus honorabilis genere, Cyprius, verbo ac actu coruscans, post plurimam propter haeresim qua tenebatur excusationem, vi multa compellente consecratur patriarcha Constantinopolitanus. media vero hebdomada ieiuniorum tentus est Iacobus protospatharius ac Papias et Strategius ac Theophanes cubicularii et paracoemomeni, Leo quoque ac Thomas, aeque cubicularii, una cum aliis religiosis viris, eo quod venerabiles imagines adorarent. tunc denudans absconditam malitiam suam Leo, persecutoris filius, hos immisericorditer caesos et tonsos perque medium urbis vinctos pompari fecit et in praetorio incIaudi mandavit; inter quos etiam dictus moritur Theophanes, confessor effectus et coronam martyrii consecutus. reliqui autem omnes per huius obitum probati monachi sunt ostensi. ast Aaron ingressus in Armeniacorum p. 702
thema obsedit Semalvos castellum aestate tota, et Septembrio mense cepit illud in verbo. miserat autem Thummamam in Asiam cum quinquaginta milibus, et occurrens Mi-

Digitized by Google

chael Lachanodraco cursu modico suo debellavit eum, et iugulavit fratrem Theumamae.

Eodem quoque mense quartae indictionis mortuus est Leo filius Constantini hoc modo. cum insaniret circa lapides, nimis adamavit coronam magnae ecclesiae, et accipiens portavit eam, et exierunt carbunculi in capite eius, et captus a valida febre mortuus est, cum regnasset annis quinque, diebus sex exceptis.

Mundi anno 6776, divinae incarnationis anno 776, Heirene piissima una cum filio suo Constantino gloriose imperium divinitus accipit sexto idus Septembrias indictionis quartae, quatinus mirabilis praedicaretur deus etiam in hoc, per viduam feminam et puerum orphanum depositurus immensam contra se famulosque suos impietatem et adversus cunctas ecclesias motam impugnatoris dei Constantini tyrannidem, ut olim diaboli per piscatorum et illitteratorum in-
p. 703 firmitatem. post quattuor vero dies imperii sui, cum filius suus decem esset annorum, consilium facientes quidam senatorum voluerunt educere Nicephorum ex Caesare et imperatorem statuere. cum autem ad notitiam causa devenisset, tenti sunt Gregorius logotheta dromi, et Bardas dudum praetor Armeniacorum, Constantinusque vicarii spatharius et domesticus excubitorum, ac Theophylactus Rangabe drungarius duodecimae insulae, et multi alii; quos caesos et tonsos in diversis locis exilio relegavit. porro viri sui fratres Caesares ac nobilissimos tonsos sacerdotio fungi et populo communionem in festivitate Christi nativitatis porrigere fecit, in qua procedens imperatorio more publice cum puero retulit ecclesiae stemma, quod fuerat a marito sublatum, pulcerrime fabrefactum et pretiosis lapidibus venustatum. promovit autem Helpidium praetorem in Sicilia, qui et ante illic praetor extiterat. porro decimo septimo kalendarum Maiarum accusatus idem Helpidius quod cum Caesaribus sentiret, et misso Theophilo spathario praecepit ut compendio raperet, et du-
p. 704 ceret eum. qui cum perrexisset, non dederunt illum Siculi. at illa huius uxorem ac filios caesos et tonsos praetori misit custodiendos. Iunio autem mense omnia ulteriora themata destinavit ad clausuras custodiendi et observandi exitum Arabum, proponens eis caput Ioannem sacellarium, qui erat eunuchus et domesticus eius. at vero Madi misit Cebir cum virtute multa, et occurrunt in locum nuncupatum Milum, et inito bello superantur Arabes, et occiduntur ex eis multi, et ita cum confusione reversi sunt. coeperunt praeterea piissimi principes fiducialiter agere, et verbum domini dilatari, et qui volebant salvari, sine prohibitione mundo

Digitized by Google

abrenuntiare, et glorificatio dei exaltari, ac monasteria recreari, atque omne bonum manifestari.

Hoc etiam anno in longis Thracae muris homo quidam fodiens invenit lapideam arcam, quam cum expurgasset et revelasset, reperit virum iacentem et litteras conglutinatas arcae, continentes haec "Christus nascetur ex Maria virgine, et credo in eum. sub Constantino vero et Heirene imperatoribus, o sol, iterum me videbis."

Anno imperii Constantini et Heirenae secundo direxit p. 705
Heirene Costahim sacellarium et Mamalum primicerium ad Carolum regem Francorum, quo filiam suam nuptui traderet imperatori Constantino filio suo. et facto placito ac iureiurando inter utrosque, reliquerunt Elisaeum eunuchum atque notarium ad docendam illam Graecorum litteras simul et linguam; sed et ut erudiret eam et secundum mores Romanorum imperii. constructis autem classibus numerosis, et electis ex thematibus populis ac principibus, qui sufficerent, promovit Theodorum patricium eunuchum, virum industrium, et direxit in Siciliam adversus Helpidium. cumque multa fierent bella, vicerunt hi qui circa Theodorum erant. quo viso Helpidius timuit, et sumptis quotquot habebat pecuniis cum Nicephoro transmeavit in Africam, et accepto verbo securitatis ad Arabes confluit; quem illi susceptum ut Romanorum imperatorem retinebant, coronantes eum incassum, et ocreis et stemmate induentes. cum autem Romanorum in his populus vacaret, egreditur Madi filius Aaron cum potentatu et apparatu nimio, tam Maurophorum quam totius Syriae et Mesopotamiae atque deserti, et venit p. 706
Chrysopolim, derelicto Bunuso ad obsidendum Nacoliam et custodiendum dorsa sua. misit autem et Burniche in Asiam cum 30 milibus; qui cum debellasset Lachanodraconem cum themate Thracesiorum in loco Darino dicto, cum et ipsi triginta milia essent, quinque milia interfecit. ast imperatrix misso Antonio domestico cum ordinibus obtinuit Barin, et concluserunt eos. confugit autem ad eos Tazatius Bucellariorum praetor, odio quod contra Stauracium habebat patricium et logothetam dromi, eunuchum omnibus, qui tunc videbantur esse, praeminentem et omnia disponentem. et dato eis consilio pacem postulaverunt. cum autem ad hoc exiissent Stauracius et Petrus magister et Antonius domesticus, non studuerunt subtiliter agere, ut verbum caute susciperent et filios primorum, sed exeuntes inconsulte tenti sunt ab illis et compedibus vincti sunt, et coactae sunt utraeque partes ad faciendum pacem. et donaverunt invicem, Augusta scili-

cet et Aaron, xenia multa, pacto firmato ut per singulos annos eis censum tribueret. et facta pace discesserunt, di-
p. 707 mittentes etiam et civitatem Nacoliae. tulit autem et Atazates uxorem suam et omnem substantiam.

Anno imperii sui tertio, pace facta cum Arabibus et aditu reperto, Heirene mittit Stauracium patricium et logothetam dromi cum virtute multa contra Sclavinorum gentes. qui cum descendisset in Thessaliam et Graeciam, subiecit omnes et tributarios fecit imperio. introivit autem et in Peloponnesum, et multam captivitatem et exuvias Romano imperio attulit.

Anno imperii Constantini ac Heirenae quarto rediit Stauracius, de quo supradictum est, et Sclavis, et triumpho manifestavit trophaea in Hippodromio. mense autem Maio eiusdem septimae indictionis exivit imperatrix Heirene una cum filio suo et virtute copiosa in Thracem, circumferens organa et cetera genera musicorum, et ivit usque Beroeam, et hanc aedificari iubens nominavit Heirenopolim. venit autem et usque ad Philippolim cum omni securitate, et rediit, cum construxisset etiam Anchialum.

Eodem quoque anno et Arabum dux Madi, qui et Maumed,
p. 708 mortuus est, et obtinuit Moses filius eius. porro pridie kalendarum Septembriarum eiusdem septimae indictionis Paulus almificus et sanctissimus patriarcha infirmatus thronum reliquit, et descendens ad monasterium Flori monachium suscepit habitum, imperio ignorante. cum autem hoc didicisset imperatrix, venit ad eum cum filio tristis et clamans. "cur" inquit "hoc fecisti." at ille cum lamentis multis ait ad eam "utinam nec unquam sedissem in sacerdotii throno, ecclesia dei tyrannidem patiente, praesertim cum scissa sit a reliquis universalibus sedibus et anathematizata." quae demum ascitos patricios et senatus primores misit ad eum audire quae ab ipso dicebantur; qui dixit ad illos "nisi synodus universalis fiat, et error qui est in medio vestri corrigatur, salutem non habebitis." at illi dixerunt ei "et quare subscripsisti, cum consecrareris, non te consecraturum iconam?" ait autem "etenim idcirco lamentis afficior et cucurri ad poenitentiam, deprecaturus deum, ne sicut sacerdotem me cruciet, qui tacuerim usque nunc et prae timore furoris vestri non praedicaverim veritatem" et in his obdormivit
p. 709 in pace, derelicto lamento multo tam imperio quam piis et religiosis rei publicae viris: colendus enim vir erat, et supra mensuram misericors, ac omni reverentia dignus, multamque fidem habebat tam res publica quam imperium erga illum.

Digitized by Google

ex tunc ergo coepit dici et disputari super sanctis imaginibus sermo ab omnibus cum fiducia.

Anno imperii Heirene cum filio quinto Arabum dux Moses provehitur, qui uno eis praefuit anno. Constantinopolitanus vero Tarasius habetur antistes. hoc quoque anno collecto imperatrix Heirene omni populo apud Magnauram dixit ad eos "scitis, fratres, quid fecerit Paulus patriarcha; et siquidem vixisset, non utique pateremur hunc dimittere sacerdotii thronum, licet monasticum habitum induisset. quia vero, sicuti deo placuit, de vita migravit, provideamus hominem, qui possit pascere nos et ecclesiam dei didascalicis conservare sermonibus." qui unanimiter omnes dixerunt non fore alium nisi Tarasium a secretis. at illa "et nos" ait "illum eligimus. sed resultet, et dicat pro qua causa non suscipit electionem imperii et totius plebis." at ille respondit populo dicens "immaculatae fidei nostrae Christianorum cu- p. 710
stodes, et eorum quae in gloriam dei sunt aemulatores fideles, imperatores nostri, tanquam omnium in beneplacitum eius et in commodum nostrum curam facientes, et maxime nunc ecclesiastica negotia diligenter et sollicite considerantes, quo summus sacerdos in hac regia urbe sua constitueretur, in suae pietatis me animum assumpserunt, et ut manifeste mihi diceretur quod consiliati sunt praeceperunt. cumque ad hoc me indignum esse pronuntiarem et nullum consensum efficerem, utpote qui iugum huius sarcinae portare vel sufferre non possem, iusserunt me adduci ante faciem vestram, pro eo quod huius consilii unanimes et comprobatores effecti sitis. et nunc, o viri, qui deum timetis et semper hunc in cordibus vestris habetis, quique Christi vocatione, veri videlicet dei nostri, nominamini Christiani, aio, audite brevis sermonis ab exiguitate ac humilitate nostra rationem. ego quidem quicquid piis imperatoribus nostris et per omnia orthodoxis responderim, et in conspectu vestro orationis meae apologia respondeam. timore deprimor ad consentiendum huic electioni, et vereor a facie dei currere p. 711
taliter et quomodolibet incircumspectus, ut non terribili damnationi succumbam. si enim divinus Paulus apostolus, qui dei voces audivit caelumque habuit erudiens se et paradisi inspector effectus est audivitque arcana verba et portavit nomen dei coram gentibus et regibus, dixit ne forte, cum aliis praedicaverim, ipse reprobus efficiar, quomodo ego, qui in mundo conversatus et cum laicis connumeratus in imperatoriis administrationibus militavi, sic absque iudicatione atque circumspectione possum insilire ad sacerdotii magnitudinem, horrendum conamen ad

exiguitatem meam, et temerarium studium. causa vero timoris et refutationis meae haec est: aspicio enim et video ecclesiam, quae supra petram Christum dominum nostrum fundata est, scissam nunc et divisam, et nos alia atque aliter loquentes, et aliter eos Christianos qui in Oriente unius nobiscum fidei sunt; sed et his concordantes Occidentales, nos ab omnibus illis alienatos et a se per singulos dies anathematizatos. dira poena est anathema: procul a deo emittit, et a regno caelorum expellit, ducens in tenebras exterio-
p. 712 res. nescit ecclesiae lex vel terminus sectam sive contentionem, sed sicut novit confiteri unum deum, unum baptisma, unam fidem, ita et concordiam unam in omni ecclesiastico negotio. nihil enim est in conspectu dei tam acceptum atque placabile quam ut unum simul et una efficiatur catholica ecclesia, quemadmodum in sincerae nostrae fidei symbolo confitemur. et petimus nos, fratres, ut reor, et vos, quoniam scio timorem vos dei habere, a piissimis et orthodoxis imperatoribus nostris synodum universalem colligi, ut efficiamur nos, qui unius dei sumus, unum, et qui trinitatis cultores existimus, uniti et unanimes et collegae, et qui capitis nostri Christi sumus, efficiamur corpus unum compactum atque connexum, et qui sancti spiritus sumus, efficiamur non contra invicem sed pro invicem, et qui veritatis existimus, efficiamur id ipsum sapientes atque dicentes, et non sit in nobis certamen sive dissensio, ut pax dei, quae exuperat omnem sensum, muniat nos omnes. et siquidem iusserint orthodoxiae propugnatores, imperatores videlicet no-
p. 713 stri, postulationi meae annuere, consentio et ego. sin autem, impossibile est mihi hoc facere, ne subiiciar anathemati et inveniar condemnatus in die domini nostri et iustitiae iudicis, ubi neque imperator neque sacerdos neque principes neque hominum multitudo poterit eripere me. et quicquid placuerit vobis, fratres, date apologiae meae uno vero assertionis vestrae redditae petitioni meae responsum." et libenter audierunt omnes quae dicta sunt, consensum praebentes ut fieret synodus. at vero Tarasius rursus ad populum disputans ait "Leo imperator subvertit imagines; et quando synodus facta est, subversas illas invenit. et propter quod imperatoria manu subversae sunt, iterum quaestionem habet idem capitulum, quoniam antiquam consuetudinem in ecclesia traditam praesumpserunt, sicut eis libitum fuit, exterminare. sed veritas dei, ut apostolice dicamus, non est alligata."

Itaque octavo kalendas Ianuarias octavae indictionis consecratus est almus pater noster Tarasius patriarcha Con-

Digitized by Google

stantinopolitanus; qui missus Romam synodicis suis et libello fidei suae receptus est ab Hadriano papa. mittens autem et imperatrix petiit ut mitteret litteras suas et homines, quo invenirentur in synodo; qui direxit Petrum vicedominum *) ecclesiae suae, et Petrum Hegumenum S. Sabae, vi- p. 714
ros honorabiles ac omni virtute adornatos. misit autem et Antiochiam et Alexandriam tam imperatrix quam patriarcha: adhuc namque pax, quae facta fuerat cum Arabibus, non erat soluta. et duxerunt ab Antiochia quidem Ioannem magnum atque famosum, verbo et opere sanctitatis participem, qui et syncellus Antiocheni patriarchae fuit, et Thomam Alexandrinum, virum zelatorem et religiosissimum, qui et Thessalonicae magnae civitatis, quae est in Illyrico, factus archiepiscopus effloruit. interea mortuo Mose fit Arabum dux frater eius Aaron, qui tribus et vicenis eis praefuit annis et multa mala Christianis ostendit.

Anno imperii sui sexto mittentes imperatores convocaverunt omnes, qui sub eorum erant potestate, antistites, pervenientibus quoque a Roma transmissis ab Hadriano papa litteris et hominibus, ut praediximus, et ab Antiochia et Alexandria. et septimo idus Augustas nonae indictionis praesidentes in templo sanctorum apostolorum apud regiam urbem coepere sanctas scripturas relegere, et obiicere invicem, p. 715
imperatoribus ac catechumenis inspicientibus. ast populus scholariorum et excubituum atque ordinum ceterorum accusati a principibus suis, cum haberent adhuc et magisterium quoque nequam doctoris sui, denudatis gladiis irruerunt in eos, minitantes mortificare tam summum sacerdotem quam orthodoxos episcopos et abbates. imperio vero per assistentes sibi familiares homines hos sedare nitente non acquieverunt, quin potius exprobraverunt. cum autem patriarcha surrexisset et tribunal cum episcopis et monachis fuisset ingressus, hi qui maligni sensus eorum erant episcopi exierunt ad eos, clamantes atque dicentes "vicimus." et gratia dei nemini nocuerunt furiosi illi et inhumani. et taliter dissoluta synodo abiit unusquisque ad propria.

Anno imperii sui septimo misso Heirene Stauracio patricio et logotheta in Thracem, mense Septembrio, initio decimae indictionis, ad ulteriora themata, persuasit eis sibi cooperari et depellere ab urbe impium populum, quem nequissimus Constantinus instruxerat et erudierat. et cum se p. 716

*) vicedominus est oeconomus. v. Hugonem Menardum ad Concordiam regularum c. 28. cui adde Flodoardum 1 17. Fabr.

Digitized by Google

fingeret quod exercitum motura esset in Orientales partes, eo quod Arabes fuissent egressi, exiit omnis regius apparatus atque suppellex usque ad Malagma; et introeuntes hi qui exteriorum thematum erant tenuerunt urbem. mittens autem ad illos significat eis dicens "mittite mihi arma vestra: opus enim vobis habeo." at illi stulti divinitus facti dederunt ea. tunc missis familiis eorum in naves exules eos emisit ab urbe, in propriam regionem unum quemque iubens abire, in qua et genitus esset. et cum fecisset exercitum proprium et principes sibi obtemperantes, ipsa mense Maio iterum mittens per omnem locum convocavit episcopos, quo venirent in Nicaeensium civitatem Bithyniae ad efficiendum illic concilium. et per totum aestivum tempus congregati sunt omnes apud Nicaeam, siquidem eos qui ex Romanae sedis et Orientalium persona venerant non dimiserat, sed retentos secum habebat.

Anno imperii Heirenae et Constantini octavo exiit Tarasius sanctissimus archiepiscopus Constantinopoleos in Ni-
p.717 censium civitatem, et celebrata est sancta et universalis septima synodus episcoporum, et recepit catholica ecclesia priscum ornamentum suum, nil novum praedicans, sed sanctorum et beatorum patrum dogmata immota custodiens, et novam haeresim abdicans, tresque falsos nominatos patrirchas anathematizans, Anastasium videlicet Constantinum et Nicetam, atque omnes consentaneos eorum. facta est autem prima conventio ac sessio episcoporum in ecclesia catholica S. Sophiae Nicaenae civitatis quinto idus Octobrias indictionis undecimae. et Novembrio mense ingressi sunt omnes regiam urbem, et praesidentibus imperatoribus una cum episcopis in Magnaura lectus est tomus, et subscripsit tam imperator quam mater eius, firmantes pietatem secundum antiqua dogmata, opera sacerdotum honori, et dimiserunt eos, et pace potita est ecclesia dei, quamquam inimicus zizania in operationibus suis seminare non cesset. sed ecclesia dei semper impugnata triumphat.

Anno imperii sui nono Heirene imperatrix, pace soluta
p.718 3 faciendi cum Francis nuptiales contractus, direxit Theophanem protospatharium et abduxit puellam ex Armeniacis nomine Mariam ab Amnia, et iunxit eam Constantino imperatori et filio suo, cum ipse multum tristaretur et nollet, propter affectum quo erga Çaroli filiam Francorum regis flagrabat, quam scilicet antea desponsaverat. et consummaverunt nuptias eius mense Novembrio indictionis duodecimae. interea Heirene misit Ioannem Sacellarium et logothetam in Longobardiam, una cum Theodoto dudum rege maioris

Digitized by Google

Longobardiae, ad ultionem inferendam, si posset, in Carolum et quosdam subducendos ab illo. descenderunt ergo cum Theodoro patricio et praetore Siciliae, et inito bello tentus a Francis amare peremptus est.

Anno imperii Heirene et Constantini decimo movit dia- p. 719
bolus livore pietatis imperatorum homines, qui instigaverunt
matrem adversus filium et filium adversus matrem: inflexe-
runt enim eam quasi ex praesignantibus futura cognitioni-
bus certificati, asserentes ei "non est praedestinatum apud
deum tenendi filium tuum imperium, sed tuum est a deo
tibi datum." at illa ut mulier seducta, praesertim cum amo-
rem quoque principatus haberet, credidit ita esse, et non re-
cogitavit quod ipsi volentes dispensare res id sub occasione
praetenderent. ergo cum imperator iam viginti esset anno-
rum factus atque robustus admodum et idoneus, videbat se
nihil potestatis gerentem, et tristabatur, intuens e contrario
Stauracium patricium et logothetam omnia possidere, omnes-
que ad illum procedere, et neminem ad se frequentare au-
dere. tunc consilio inito cum familiaribus perpaucis homi-
nibus suis, et Petro magistratu et Theodoro patricio et Da-
miano aeque patricio, firmavit quo comprehenderet eum et
exulem in Siciliam destinaret, ipseque teneret imperium cum
matre sua. porro quinto idus Februarias factus est horribilis
terrae motus, ita ut non auderet quisquam domi dormire, p. 720
sed omnes in hortis et sub dio tabernaculis factis et tento-
riis extensis degebant. ast imperatrix una cum filio suo
egressa est ad S. Mamam. cum autem Stauracio nuntiata
fuisset praesignata res, commovet Augustam contra filium;
quae comprehensos homines imperatoris omnes cecidit atque
totondit, una cum Ioanne protospathario et baiulo ipsius, et
exilio relegavit in inferioribus partibus usque in Siciliam.
Petrum vero magistratum dehonestationibus submittens in
domo sua sedere praecepit, similiter et Theodorum patri-
cium. porro Damianum patricium caesum et tonsum in ca-
strum Apolloniadem exulem fore constituit. percutiens au-
tem et filium conviciisque multis lacessens egit ne procede-
ret per dies non paucos. coepit autem adiuramentis sub-
mittere [iurare] militiam iam dicentem quia quousque tu
vivis, non permittemus imperare filium tuum. et iurabant
omnes sic, nemine contradicere super hoc audente. interea
classis Arabum in Cyprum exivit. quod praecognoscens im-
peratrix coacervavit et ipsa omnia Romana navigia, et misit
adversus eos. cum autem usque Myra uterque praetor ve-
nisset, divertit a promontorio Chelidoniorum et ingressus
est in Attaliae sinum. at vero Arabes moti a Cypro, cum p. 721

serenitas eos cepisset, circumferebantur in pelago. cumque terrae proximi tenerentur, viderunt eos praetores, et acie directa praeparati sunt ad bellandum. Theophilus autem Cibyraeotorum praetor, cum vir esset robustus atque fortissimus, fisus et ante omnes egressus tentus est ab eis; qui cum ductus ad Aaron fuisset ab eo videndus, adhortatus est ut proditor fieret et temporalia dona susciperet. qui cum hoc nullatenus admisisset, per ampliusque coactus nequaquam cessisset, gladii animadversionem sustinens martyr optimus est ostensus.

Mundi anno 6283, divinae incarnationis anno 783, anno vero imperii Constantini primo mense Septembrio, indictionis decimae quartae, venerunt qui adiurabant ad Armeniacorum thema; qui iurare minime consenserunt, quia non imperabimur a filio tuo in vita tua, sed nec praeponimus, inquiunt, nomen Heirenae ante Constantini nomen, sed Constantini et Heirenae, ut ab initio suscepimus. misit autem iterum ad inflectendum eos Alexium spatharium et drunga-
p. 723 rium vigiliae. at illi tenentes eum, ut sibi praeesset, provexerunt. Nicephorum vero patricium et praetorem suum custodiae manciparunt, Constantinumque solum principem et imperatorem laudaverunt et acclamaverunt. hoc comperto reliquorum populi thematum, praetoribus suis expulsis Constantinum tantum imperatorem et ipsi praedicabant. o maligni diaboli versutias, quomodo per multa studet argumenta genus hominum perdere! qui enim ante quindecim annos terribili iureiurando iuraverunt et facta propriae manus scripta in sancto tribunali recondiderunt, iterum iurabant se a filio eius non imperandos in vita ipsius, et rursus hoc oblivioni tradentes Constantinum imperatorem bonae famae laudibus efferebant, non perpendentes miseri quod non oporteat reciprocum fieri iuramentum. necessitas enim incumbit ut omnem reciprocam iurationem periurium subsequatur. periurium autem est abnegatio dei. collecti autem Octobrio mense decimae quartae indictionis hi qui ex thematibus erant apud Atroam, exquisierunt omnes communi consilio Constantinum imperatorem, vicesimum agentem annum. timens autem Heirene impetum populi absolvit eum. at illi hunc quidem imperatorem affirmaverunt, huius autem ma-
p. 724 trem respuerunt. praeterea direxit protinus imperator Michaelem Lachanodraconem et Ioannem baiulum suum ac protospatharium, et iuramentis submiserunt Armeniacos, ne susciperent Heirenem matrem suam imperatricem. Alexium vero confirmavit in praetorem suum. et cum rediisset imperator in urbem mense Decembrio, caesum et tonsum Stan-

Digitized by Google

racium exulem fecit apud Armeniacorum thema ad satisfactionem eorum. in exilium nihilominus et Aëtium misit, spadonem protospatharium et intimum eius, et omnes domesticos ipsius spadones. hanc autem cum suavitate sua et affluentia locavit in palatio Eleutherii, quod ipsa aedificaverat, in quo etiam pecunias multas absconderat.

Factum vero est eodem mense incendium, et concrematum est triclinium patriarchii, quod dicitur Thomaites, et quaestorum, et aliae domus usque ad Milium. ceterum Aprili mense Constantinus cum castra movisset contra Vulgares, venit ad castellum quod dicitur Probati, ad rivum scilicet S. Georgii; et cum occurrisset Cardamo domino Vulgariae, pusillo circa vesperam facto bello, formidantes hi qui ex parte Romanorum erant, per noctem fugerunt et inglorii redierunt; quin et Vulgares metuentes reversi sunt.

Anno imperii sui secundo mense Septembrio castra mo- p. 724
vit imperator adversus Arabes, et profectus ab Amorio abiit Tarsum Ciliciae. cum autem venisset ad inaquosas turres, repedavit inanis mense Octobrio indictionis decimae quintae. porro decimo octavo kalendas Februarias rogatus imperator a propria matre et a multis optimatibus pronuntiat eam iterum imperatricem, et laude cum illo simul attollitur, ut a primordio Constantini et Heirenae. omnes quidem obediunt. ast Armeniacorum thema pertinaciter instans ad hoc renititur, et quaerit Alexium, qui paulo ante praetor in eis fuerat, et ab imperatore tunc evocatus et dignitate patricii honoratus penes ipsum degere videbatur. hunc ergo propter huiusmodi requisitionem et quosdam sermones super illos dictos, quia videlicet regnaturus esset, caedens ac tondens in praetorio posuit.

Iulio vero mense exercitum movit adversus Vulgares, et construxit castrum Marcellorum, et duodecimo kalendarum Augustarum exivit Cardamus dominus Vulgariae cum omni virtute sua, et stetit in munitionibus. fiducia vero fretus et a pseudoprophetis imperator credere persuasus quod eius esset victoria, incircumspecte ac inordinate bellum infert,
et valido vincitur Marte, fugatusque rediit in urbem, multis p. 725
amissis non solum communis populi sed et primatum, inter quos et Michael magistratus, Lachanodraco et Bardas patricius ac Stephanus protospatharius extiterunt, Nicetas quoque ac Theognostus facti praetores, et homines regii non pauci. sed et Pancratius pseudopropheta et astronomus, qui et victurum illum vaticinatus est. abstulerunt autem Vulgares etiam sarcinam, pecunias, equos et aulaea una cum universo

Digitized by Google

regio apparatu. cum autem ordines collecti essent in urbe, consiliati sunt educere Nicephorum ex Caesare et imperatorem statuere. quo comperto Constantinus misit, et eduxit utrosque filios Constantini avi sui ad S. Mamam, et Nicephorum quidem oculis, Christophorum atque Nicetam Anthimumque atque Eudocium linguis privavit; cum quibus et praedictum Alexium patricium luminibus exorbavit, obediens maternis et praelati Stauracii patricii suadelis, ei asseverantium quod nisi hunc caecum redderet, in imperatorem eum forent electuri. facta est autem horum poena mense Augu-
p. 726 sto, die sabbati, indictionis decimae quintae, hora nona. verumtamen non in longum dei iustitia hanc actionem dimisit inultam: post quinquennium namque eodem mense et eadem sabbati die orbatur oculis a propria matre Constantinus idem.

Anno imperii Constantini tertio audientes Armeniaci de Alexio patricio quod caecus fuerat factus, custodiae mancipavere praetorem suum, Theodorum videlicet Camulianum patricium. quo comperto imperator misit quidem primum ad eos nonnullos, post sanctum vero pascha ipse per se movit exercitum contra eosdem Armeniacos una cum reliquis cunctis thematibus. et septimo kalendas Iunias primae indictionis, die sanctae pentecostes, cum proditos eos Armeniorum fraude, qui cum ipsis erant, debellasset atque vicisset, comprehendit
p. 727 illos, et interfecit Andronicum spatharium et turmarcham eorum, et Theophilum turmarcham atque Gregorium episcopum Sinopae; reliquos vero rerum iacturis et proscriptionibus subdidit. porro mille vinctos exercitus ipsorum introduxit per Blachernarum portam in urbem, quorum faciebus atramento et punctionibus suprascripsit "Armeniacus insidiator." dispersit eos tam in Siciliam quam in ceteras insulas. Armenii sane, proditores eorum, nil ab imperatore honoris seu liberalitatis assecuti castrum Camachan Arabibus tradiderunt.

Anno imperii Constantini quarto ceperunt Arabes Thebesan castrum sub verbo, propter quod et principes eius dimiserunt ad propria.

Anno imperii sui quinto Constantinus, odio habens Mariam uxorem suam, summissione matris suae principatum appetentis et quo ab omnibus reprehensibilis iudicaretur affectantis, coegit eam ut fieret monacha; quam cum inflexisset, totondit mense Ianuario. et Aprili mense movit exercitum adversus Arabes, et mense Maio bellum iniens in oc-
p. 728 cursu ipsorum, in loco qui dicitur Amusan, vicit, vertit, et

Digitized by Google

hos insecutus est usque ad amnem. et cum venisset Ephesum et apud dei locum orationes fecisset, commercium nundinarum, quod centum erat auri librarum, indulsit ad famulatum S. Ioannis apostoli. Augusto vero mense coronavit imperator Theodotem cubiculariam in Augustam, et desponsavit eam inique.

Anno imperii sui sexto, indictione prima, celebravit imperator Constantinus cum Theodote nuptiarum principia in palatio S. Mamae per dies quadraginta prolongatarum. mense vero Aprilis eiusdem indictionis nocturno tempore factus est terrae motus in insula Creta valde terribilis, mense autem Maio factus est Constantinopoli nimis horribilis. Cardamus praeterea dominus Vulgariae denuntiavit imperatori dicens "aut tribue mihi pacta, aut veniam ad auream usque portam, et demoliar Thracem." ast imperator posita equina in mappa stercora transmisit ei, "qualia" inquiens "te decere pacta praevidi, transmisi tibi. verum quia senex es, nolo ut fatigeris usque ad haec loca, sed ego venio usque Marcella, et tu exi, et quicquid iudicaverit deus fiat." et cum misisset imperator ad ulteriora themata, congessit populum suum et venit usque Versinitiam, et Cardamus usque ad lu- p. 729
cum Abroleva; et cum formidaret, mansit in nemore. ast imperator confortato populo suo abiit usque ad lucum Abrolevam, invitans eum per dies decem et septem. at ille non est ausus, sed repedavit fugax ad sua.

Eodem quoque anno et Arabes venerunt usque Amorium, et cum nihil profecissent, reversi sunt, praeda in circumquaque regionibus facta.

Eodem autem anno Plato Sacudionis abbas se abscidit a communione Tarasii patriarchae, pro eo quod imperatorem in communionem receperit, et institutori tondere uxorem eius Mariam, et Ioseph monacho et abbati monasterii quod appellatur Tanchathara coronare eum cum Theodote praeceperit. quod cum didicisset imperator, misso Bardanio patricio et scholarum domestico, atque Ioanne comite Obsequii, Platonem introduxit in urbem, et reclusit intra claustra in templo principis militiae, quod est in palatio. reliquos vero monachos cum nepotibus eius percussos exilio relegavit apud Thessalonicam; quibus auxiliabatur mater imperatoris, tanquam his qui filio suo resistebant et confundebant.

Anno vero imperii sui septimo, mense vero Septembrio, p. 730
egressus est imperator cum matre sua, ut calefieret apud

Digitized by Google

Prusam. Octobrio vero mense natus est imperatori filius, quem nominavit Leonem. quae cum cognovisset imperator, derelicta matre apud Thermas una cum ordine regio universo atque principibus cursim in urbem regressus est. quapropter huius mater spatio reperto allocuta est et subtraxit muneribus ac repromissionibus agminum principes, ut deponeretur filius suus et ipsa singulariter imperaret, alios horum per se ipsam, alios vero per homines suos blandiens. et attraxit ad se omnes, et praestolabatur congruum invenire diem. interea Romae obeunte Adriano papa consecratur Leo, vir honorabilissimus et per omnia reverendus. mense vero Martio exivit imperator adversus Arabes, secum habens Stauracium patricium et ceteros amicos matris suae, necnon et electam catervam expeditorum videlicet militum ex utriusque thematibus, viginti milia. videntes hi qui circa Stauracium erant alacritatem populi et imperatoris, timuerunt ne forte bello inito ille vinceret et ipsi adinventis adversus eum
p. 731 frustrarentur insidiis. ergo muneratis vigillis persuaserunt eis mentiri, perhibendo Saracenos fugisse. imperator itaque multum tristatus inefficax urbem ingressus est, et kalendis Maiis mortuus est filius eius Leo, et luxit eum vehementer. porro decimosexto kalendas Augustas ab equestri agone ad S. Mamam transeunte, transmearunt adversus eum comprehendendum hi qui erant ex ordinibus, quos mater imperatoris fuerat allocuta. quo ille cognito in chelandium suum ingressus est, et transmeavit ad Pylas, volens ad Orientalium thema confugere. erant autem cum eo et matris suae amici, quos ille sic esse penitus ignorabat. praeterea exivit ipse et mulier eius usque ad Tritonem. porro consilio inito amici matris eius, qui cum ipso erant, dixerunt ad semet ipsos "si coacervatus fuerit ei populus, non iam dominio constringetur, nec latere poterimus eum, et perdet nos." materque ipsius congregatis in palatio Eleutherii eis qui ex ordinibus sibi fuerant collocuti, introivit palatium, et cum didicisset populi ad imperatorem concursum, timuit nimis, et tractabat qualiter mitteret episcopos ad eum et acciperet verbum et sederet in angulo. verum scripsit occulte ad amicos suos, qui cum eo erant, quia nisi modum quemlibet feceritis et
p. 732 tradideritis eum, verba quae habebitis mecum indicare habeo imperatori. at illi metuentes tenuerunt eum ad preces, et in chelandium inducto eo sabbato mane venerunt ad urbem, et incluserunt eum in domo purpurea, in qua et natus est, et circa horam nonam crudeliter et insanabiliter oculos eius evellunt, ita ut hunc mors subsequens confestim extingueret, consilio matris eius et consiliariorum ipsius. ob-

Digitized by Google

tenebratus autem est sol per decem et septem dies, et non dedit radios suos, ita ut aberrarent naves et ferrentur, omnesque dicerent atque confiterentur quod propter imperatoris caecitatem sol obcaecatus suos radios retraxerit. et taliter de cetero imperat Heirene mater eius.

Eodem etiam anno et Romae cognati beatae memoriae Hadriani papae commoventes populum tumultuati sunt contra Leonem papam, et tenentes caecaverunt eum, non tamen penitus lumen eius extinguere potuerunt. at ille confugit ad Carolum Francorum regem, qui ultus est inimicos eius amare, et iterum restituit illum in sedem suam. ceterum vicem p. 733
Carolo recompensans coronavit imperatorem in templo S. Petri apostoli, perungens oleo a capite usque ad pedes, et circumdans imperatoria veste atque corona, octavo kalendas Ianuarias indictionis nonae. igitur Romanis iterum imperat Heirene annis quinque.

Anno itaque imperii sui Heirene primo, id est cum secundo imperare coepisset, confestim dirigit Dorotheum egumenum Chrysopolitanum et Constantinum chartophylacem ecclesiae magnae ad Abimelech partes Cappadociae depopulantem atque Galatiae, intercedens pro pace; quod tamen factum non est. et Octobrio mense quidam rebelles in custodia positis in palatio Contherapia filiis impugnantis deum Constantini ad magnam confùgere persuadent ecclesiam, quasi petentes securitatem subsequentis indemnitatis suae, quatinus per huiusmodi occasionem appellarent ex eis quemquam imperatorem. et multo populo ad ecclesiam concurrente ingressus est Aëtius eunuchus patricius, et eduxit eos verbo, nemine ad illos tendente, et exilio damnaverunt eos apud Athenas. duo autem patricii, Stauracius scilicet et Aëtius, qui dilecti esse noscebantur imperatricis, facti sunt in alterutrum hostes, ita ut inimicitiam manifeste monstrarent, p. 734
ambo intentionem habentes post mortem eius cognatis suis imperium acquirendi.

Anno imperii Heirene secundo Abimelech exivit contra Romaniam, et misso expeditorum incursu descendit usque ad Magalina, et praeoccupans in stabulis Stauracii equos imperatorio equitatui aptos sine laesione reversus est; et reliqui descenderunt usque Lydiam, et multam consecuti sunt praedam.

Mense vero Martio septimae indictionis voluit Acamirus Sclavinorum Belziciae princeps pulsatus ab Helladicis educere filios Constantini, et ex eis promovere imperatorem. cum autem hoc cognovisset imperatrix Heirene, mittit ad patricium

Digitized by Google

Constantinum Serantapichum Theophylactum filium eius, qui spatharius erat et nepos suus, et omnium oculos eruit, et dissipavit consilium eorum contra se nequiter adinventum.
p. 735 porro paschalis festivitatis feria secunda processit imperatrix a sanctis apostolis in curru aurato vecta, qui a quattuor equis albis trahebatur et a quattuor patriciis tenebatur, Bardano videlicet praetore Thracesiorum, Sisinnio praetore Thracae, Niceta domestico scholarum et Constantino Boila, iactans liberaliter hypatiam. mense vero Maio infirmata est imperatrix pene ad mortem, et protenta est contentio eunuchorum. Aëtius autem auxiliatus est Nicetae patricio et scholarum domestico, et insequuntur severe Stauracium, credere facientes imperatricem quod imperium appeteret, ita ut atrociter irata illi, ascendens in palatium Tonchierium, dixerit rebellionis et simultatis sollicitatorem eum esse, et sibi celeris acquisitorem perditionis. qui ad haec apologia facta muniebat se ipsum. insaniebat autem adversus Aëtium et Nicetam iam dictos patricios.

Anno imperii Heirene tertio, mense Februario, indictione octava, iam dictus Stauracius tyrannidem ac simultatem in
p. 736 urbe regia construebat, scholarios, qui erant in ea, et excubitores una cum primis eorum pecuniis ac muneribus assumens ac placans. Heirene sane, pia imperatrix, silentio in Iustiniani triclinio facto prohibuit omnem, qui militaret, adhaerere Stauracio, et sic adepta sunt modicam tranquillitatem negotia. Aëtius vero iam memoratus et Nicetas cum aliis quibusdam certatim adversabantur Stauracio, qui corde perculsus sanguinem per os emisit spumosum ex partibus pectoris et pulmonis. hoc medici aspicientes mortale pronuntiaverunt. ast adulatores et imperiti, non solum medici sed et quidam pseudomonachi et divini, iuramentis credere persuaserunt usque ad diem mortis eius, quae facta est mense Iunio ipsius octavae indictionis, quod victurus et regnaturus esset. quibus ille innixus seditionem in Cappadociis construxit adversus Aëtium fieri, quam non meruit vivens audire: post duos namque dies mortis eius super hoc nuntius venit, et seditiosi comprehensi exiliis sunt et animadversionibus subditi.

Anno imperii Heirene quarto, octavo kalendas Ianuarias, indictionis nonae, Carolus rex Francorum coronatus est a
p. 737 Leone papa, et cum voluisset contra Siciliam classibus praeliari, se poenituit, coniungi potius cum Heirene volens, legatis ad hoc directis sequenti anno, indictione decima. Martio vero mense nonae indictionis Heirene pia imperatrix By-

Digitized by Google

zantiis civilia donavit tributa, Abydique ac Hieril ea quae dicuntur commercia relevavit, magnis super his et aliis multis beneficiis gratiarum actionibus freta.

Anno imperii Heirene quinto Aëtius patricius liber a Stauracio factus, et ideo securitate potitus, imperium ad fratrem proprium transferre satagebat, quem et monostrategum fecit in Thrace simul et Macedonia, ipse ulteriora themata tenens, Orientales scilicet et Opsicin. cum ergo elatione refertus esset, eos principes, qui sublimiores erant, dehonestans pro nihilo reputabat, qui et valde maesti adversus eos effecti, simultatem contra imperatricem meditantes, hanc in opus duxerunt. pervenerunt autem apocrisiarii a Carolo et Leone papa directi ad Heirenem piissimam, postulantes ut iungeretur illi ad nuptias et uniret eoa et hesperia; quae profecto obaudisset, nisi Aëtius iste, qui saepe dictus est, inhibuisset, praevalens et imperium in proprium, sicut praedictum est, fratrem usurpans.

Sequenti autem anno, qui est primus imperii Nicephori, p. 738
pridie kalendas Novembrias indictionis undecimae, quarta noctis hora, cum feria secunda lucescit, idem Nicephorus cum patricius esset et logotheta generalis, tyrannidem adversus Heirenem piissimam concitavit, deo quidem ineffabilibus ob nostrorum multitudinem peccatorum iudiciis indulgente, cooperantibus ei Niceta patricio et domestico scholarum, et Sisinnio patricio fratre ipsius, viris periuris ac fraudulentis Triphyliis. erant autem cum illis et Leo patricius Serantapichus, et Gregorius patricius Musulacii, et Theoctistus patricius et quaestor, atque Petrus patricius, seducentes quosdam ex populo, qui erant ex ordinibus. cumque venissent ad portam quae dicta est Chalce, custodesque falso ac subito decepissent, persuaserunt eis ut crederent quod ab ipsa fuerint destinati, quatinus imperatorem eundem Nicephorum appellarent, eo quod Aëtius patricius sibi vim inferret ad annuntiandum Leonem fratrem suum imperatorem. qui mendacio tanto credentes, imperatorem pariter pronuntiaverunt eum qui erat tyrannus. taliter ergo ad magnum palatium iidem patricii venientes ingressi sunt illud, indeque per totam urbem ignobiles et servos dirigentes acclamatio- p. 739
nem fecerunt ante mediam noctem, et custodes in circuitu palatii, quod Tentu Eleutherii nuncupatur, posuerunt, ubi eam contigit esse. diluculo sane accersientes eam concluserunt in maiori palatio, et ita processerunt ad magnam ecclesiam ad coronandum scelestum. convenit interea universa multitudo urbis, et omnes super his quae agebantur moleste

ferebant, maledicentes coronanti et coronando cunctisque congratulantibus eis. et quidem cum religione ac ratione viventes divinum mirabantur iudicium, qualiter eam permiserit, quae pro recta fide more martyrum agonizaverat, a subulco expelli, praesertim cum ei devotissimi eius praecipue adhaerere propter avaritiam proposuerint, Leo scilicet eunuchus, patricius et sacellarius Sinopeos et deo perosi Triphylii atque patricii, qui superius dicti sunt, qui donis plurimis ab illa ditati sunt, et cum ea saepe convescentes, et adulationibus cum iuramentis horribilibus certam reddentes, omnibus mundi rebus se necessariorem reputare, quam haberent erga illam, benevolentiam affirmabant. alii autem ut in ecstasi facti, gestorum certitudinem horum minime sentientes, somnium se videre putabant. alii autem, qui dun-
p. 740 taxat perpendere bene sciebant, praeteritam felicitatem beatificabant et futuram per tyrannidem infelicitatem lugebant, maxime hi qui maligni voti tyranni experientiam quandam ante perceperant. porro universos communiter possidebat caligo et sine consolatione mentis defectio, ne per singula miserandae illius diei deformia verba scribens protelem sermonem. denique sequenti die sumptis quibusdam ex patriciis ascendit ad imperatricem custodiae mancipatam, simulans, ut ei moris erat, falsam benignitatem, per quam et plures decepit, et excusans se quod invitus ad principatum conscenderit nec hunc unquam desideraverit: maledicebat autem his qui se provexerant et illam insidiis appetiverant, ut proditor dominum, postquam cum ipso caenaverit; quos et imitatores illius existere testabatur. ostensis etiam nigris calceamentis, amare se talibus uti praeter leges imperatorias
p. 741 affirmabat; fiduciamque habere dolose monebat eam, et cum iuramentis, de omni corporali requie, quam consequi dominam a servo deceret; nullamque arbitrari aerumnam casus illius exhortabatur. commonebat postremo nil occulere a se imperialium thesaurorum, et damnabat avaritiae vitium, hoc illam habere non ferens: languebat enim eo vehementer omnia devorans, omnemque in auro spem et fiduciam ponens. at vero sapiens et deo dilecta Heirene, quamvis congrueret ut passione tam repentinae commutationis utpote mulier teneretur, forti et sapienti prudentia dixit ad eum, qui heri quidem servus periurus fuerat, hodie vero sollers et seditiosus tyrannus ac impudens habebatur: "ego quidem, o homo, deum deputo pridem, cum essem orphana, exaltasse me, et deinde super solium imperii, licet essem indigna, provexisse me. causam vero depositionis meae mihimet applico et peccatis meis ascribo. in cunctis autem ac modis omni-

bus sit nomen domini benedictum, solius regis regum et do-
mini dominorum. porro modum promotionis tuae deo red-
do, quo excepto nil fieri credidi. verumtamen delatas mihi
contra te super dignitate, qua nunc circumdaris, auditiones p. 742
non ignoras; quas veras fuisse rerum finis ostendit, quasque
si moleste tulissem, facile mihi erat interficiendi te. sed
modo iuramentis tuis fidendo, modo tibi parcendo, multos
mihi devotos parvipendi, deo quae mea sunt dans, per quem
reges regnant et potentes obtinent terram. sed et nunc, cum
sis pius et ab ipso provectus, te ut imperatorem adoro, et
peto meae parcere infirmitati. et concede mihi a me con-
structam Eleutherii domum in reconciliationem incompara-
bilis calamitatis meae." at ille ait "et si hoc vis fieri tibi,
iura mihi per omnem divinam virtutem non absconsuram
te quicquam ex thesauris imperii, et adimpleo postulationem
tuam, et omnem tibi placationem et requiem facio." quae
iuravit ei ad pretiosa et vivifica ligna, quia non celabo te
usque ad obolum unum; quod et fecit. verum ille, quod
desiderabat adeptus, protinus exilio relegavit eam penes in-
sulam principis, in monasterio quod ipsa aedificaverat, cum
adhuc essent in urbe missi Caroli et quae agebantur aspice-
rent. vorax igitur iste, cunctorum imperio percepto, nec
saltem parum quid valuit hypocrisi tegere inditam malitiam p. 743
et avaritiam suam, sed quasi recisurus iniustitiam, nequam
in Magnaura et iniustum constituit fore iudicium. intentio
namque tyranno erat, ut ipsae res ostenderunt, non paupe-
ribus iura tribuendi, sed per hoc omnes qui magni erant
inhonorandi *) et captivandi, et ad se quae cunctorum erant
impie transferendi; quod et fecit. videns autem omnes ad-
versus se contristatos, et pavens ne forte memores Heirenae
piae beneficiorum asciscerent eam iterum ad imperium, No-
vembrio mense, hieme nimium imminente gravi, non est
ipsius misertus immisericors ille, sed exilio deportari prae-
cepit in insulam Lesbum et cautissime custodiri, quin et a
nemine penitus contueri. porro pridie kalendas Maias mor-
tuus est Niceta Triphylius, ut aiunt, a Nicephoro veneno
extinctus. et nonis Maiis, feria quinta, cum Nicephorus ad
suburbana Chalcedonis exiisset equumque mansuetum et mi-
tissimum asendisset, hunc ex dei providentia deiiciens dex-
trum pedem ipsius contrivit. at vero decimo quarto kalen-

*) inhonorandi] *ἀτιμάσαι*. Tertullianus de fuga in persecut.: inhonores illum. et inhonorabilis apud eundem. S. Ignatius ep. ad Philad. *ἀτιμάσαντες αὐτούς*. vet. int. inhonoraverunt ipsos. alii dehonorare vertunt. Fabr.

Digitized by Google

das Augustas, feria quarta, hora prima, Bardanes patricius et praetor Orientalium, qui cognominatus est Turcus, appel-
p. 744 latus est imperator ab omnibus ultra sitis thematibus. qui multum renisus ut evaderet illos minime valuit, et descendens usque ad Chrysopolim, cum circuisset diebus octo et minime fuisset receptus, rediit usque ad Malagma. qui metuens deum, et recogitans ne forte per se mactatio Christianorum efficeretur, misit ad Nicephorum, et accepto verbo in scriptis propriae manus eius, in quo et Tarasius sanctissimus patriarcha et omnes patricii subscripserunt, quod illaesus et indemnis cum omnibus qui secum erant foret servandus, sexto idus Septembrias media nocte clam fugiens descendit ad Cium Bithyniae in monasterium Heraclii. et invento chelandio, quod ab imperatore super hoc fuerat missum, tonsus est et indutus stola monachica; et ingressus illud abiit in insulam, quae dicebatur prima, in qua aedificaverat monasterium, opinatus quod veritus foret terribile verbum quod dederat sibi contemptibilis Nicephorus, et in nullo esset laedendus. at ille primo quidem denudat illum substantia eius, et occasione accepta omnes thematum principes et habitatores; quosdam autem et de regia urbe captivavit, ex-
p. 745 ercitum autem roga privatum deseruit. verum quis sermo enarrare condigne sufficiet opera, quae diebus illis ab eo sunt gesta per indulgentiam dei propter commissa nostra? nona die Augusti mensis undecimae indictionis defuncta est imperatrix Heirene in exilio insulae Lesbi, et translatum est corpus eius in insulam principis, in monasterium quod ipsa construxit.

Mundi anno 6246, divinae incarnationis anno 746, anno imperii sui secundo Nicephorus coronavit Stauracium filium suum per Tarasium sanctissimum patriarcham in ambone maioris ecclesiae in imperatorem, cum esset inutilis ad tantam modis omnibus dignitatem, tam scilicet aspectu quam robore simul et sensu. ceterum Nicephorus, qui nunquam usquam veritatem servavit, Lycaonenses quosdam, imo vero Lycanthropos, concordes et consentaneos ad Proten insulam mittens, iussit eos noctu hanc ascendere et praedictum, quasi se ignorante, luminibus privare Bardanum, et post facinus ad ecclesiam fugere. quo facto tam patriarcha et senatus quam omnes deum timentes acriter doluerunt. ast imperator nequissimus Nicephorus cum iuramentis omnes primores Lycaonenses simulatus, exquirebat in eos, ut putabatur, ul-
p. 746 turus, omnia secundum ostentationem et nihil secundum deum iugiter agens. erat enim illi praecipue cum reliquis praevaricationibus et huiuscemodi quoque mentis idioma, per

quod videlicet et ante imperium multos seduxit: veruntamen in ridiculum habebatur hoc eius liquido scientibus studium, ita ut impudentia multa semper caligosa et polluta facies eius tunc inaccessibilis fieret per dies septem, eo dolose intra cubiculum imperatorium eiulante: nam et naturaliter ei muliebres aderant lacrimae, quas multis pravis et pseudochristianis inesse procul dubio constat, quanquam plurimos non latuerit. mense vero Augusto cum adversus Arabes exiisset, occurrit eis apud Chrason Phrygiae, et inito bello superatur, multisque amissis propemodum et ipse vivus foret capiendus, nisi principum quidam fortissimi hunc a necessitate vix salvare praevaluissent.

Anno imperii Nicephori tertio, simultate facta in Persica, descendit Arabum dux pacificaturus eos. Nicephorus autem spatio reperto aedificavit Ancyram Galatiae et Thebasan et Andrasum. misit etiam et cursus, qui revertuntur nihil proficientes, sed e contra potius plurimos admittentes.

Anno imperii Nicephori quarto, duodecimo kalendas p. 747
Martias, Tarasius sanctissimus patriarcha Constantinopolitanus gloriose diem clausit extremum, et elatum est lipsanum eius in angustum ponti, et sepultum est in monasterio quod ipse construxerat, quarta feria primae ieiuniorum hebdomadis. et mense Aprili, die dominico sancti paschae, consecratus est sanctissimus patriarcha Nicephorus asecretis, electione totius populi ac sacerdotum insuper et imperatorum. sane Plato ac Theodorus hegumeni monasterii Studii non consenserunt consecrationi Nicephori, sed et oppido restiterunt, schisma meditantes, causam veluti rationabilem habentes, quod ex laïcis non oporteat repente ad episcopatum accelerare. quos imperator Nicephorus urbe pellere volens correctus est, quibusdam consilium dantibus, asseverando non fore laudabilem patriarchae creationem, si praedictorum reiectio et tanti destructio fieret monasterii, septingentorum videlicet circiter monachorum sub Theodori regimine ordinatorum.

Eodem quoque anno movit exercitum Aaron Arabum p. 748
dux adversus Romaniam, in virtute gravi, trecentorum videlicet milium, tam a Maurophoris quam Syria et Palaestina et Libya coacervata. et cum venisset Tyana, aedificavit domum blasphemiae, et obsidens cepit tunc Heraclios castrum, quod erat valde munitum, et Thebasan et Malocopean et Sideropelum et Anapdarasum. misit autem cursum sexaginta milium bellatorum, et descendit usque Ancyram, et hac visa reversus est. ast imperator Nicephorus metu et impossibilitate detentus exivit, et ipse in desperatione fortia infortu-

Digitized by Google

nii demonstraturus. et multis trophaeis factis misit ad Aaron metropolitam Synadorum et Petrum hegumenum Gulaei et Gregorium oeconomum Amastrae, postulans fieri pacem. et multum disputantibus eis, firmaverunt pacem, ut per unumquemque annum tribueret illis trecenta milia numismatum, et tria numismata in tributum capitis imperatoris, et tria filii eius; quibus acceptis Aaron iucundatus est, et exultavit plus quam si dena milia suscepisset talenta, tanquam qui subegisset Romanorum imperium. porro convenit inter eos castra, quae
p. 749 destructa fuerant, non reaedificanda. cumque Arabes reversi fuissent, construxit eadem continuo castra, et praemunivit. quo comperto Aaron misit iterum, et recepit Thebasan, missoque stolo in Cyprum ecclesias detruxit, Cyprios emigravit, et multo excidio facto pacem dissolvit.

Anno imperii sui quinto castra movit Nicephorus contra Vulgares. et cum venisset Hadrianopolim, et sensisset quod simultatem contra se imperatorii homines et quidam ex ordinibus meditarentur, inefficax repedavit, nihil proficiens, nisi quod tantum ultionem contribulibus intulit, horum multos caedibus exiliis et proscriptionibus rerum submittens.

Anno imperii Nicephori sexto, mense Septembrio, Aaron Arabum dux cum classi contra Rhodum Cumeid direxit; qui cum subito transmeasset Rhodumque pervenisset, multum in ea excidium fecit. verumtamen municipium quod in ipsa erat, non impugnatum remansit. cum autem ipse remearet,
p. 750 evidenter impugnatus est a sancto et miraculorum patratore Nicolao. cum enim Myra venisset et sacram eius arcam conterere tentavisset, aliam pro illa contrivit. moxque classim multa ventorum et marinorum fluctuum, tonitruorum quoque ac fulgurum inaequalitas comprehendit, ita ut plurimae scaphae conquassarentur, ipseque impugnator dei Cumeid virtutem sancti cognosceret et periculum praeter spem evaderet. porro decimotertio kalendas Ianuarias Nicephorus post multam electionem virginum, ex omni potestate sibi subdita, causa copulandi Stauracium filium suum coniugi factam, Theophanam Atheniensem, agnatam B. Heirenae, quae viro desponsata erat et saepe cum ipso cubaverat, separavit ab eodem viro, et ipsi Stauracio misero copulavit impudenter, ut in aliis, et in hoc quoque praevaricator effectus. alias vero duas ista pulcriores, quas cum ea elegerat, manifeste corrupit in eisdem nuptiarum diebus, ab omnibus idem obscenus irrisus. denique Februario mense simultatem excogitantes adversus eum multi ex proceribus, Arsabir quaestorem

Digitized by Google

et patricium, virum pium et rationabilissimum, elegerunt. quod cum multiformis Nicephorus agnovisset, ipsum quidem caesum p. 751
et tonsum monachum fecit et exilio relegandum in Bithyniam misit, reliquos autem caedibus et tonsuris et publicationibus insuper et exiliis subdidit, non solum mundialis vitae principes, sed et episcopos sanctos et monachos, necnon et maioris ecclesiae syncellum et sacellarium et chartophylacem, viros rationabiles et reverentia dignos.

Anno imperii Nicephori septimo Aaron Arabum dux mortuus est in interiore Perside, quae vocatur Chirsusan, et suscepit principatum Maumed filius eius scrupulosus per omnia, contra quem Abdelas frater eius seditionem concitans intestini belli factus est auctor. et hinc hi qui in Syria et Aegypto ac Libya erant, in diversos incisi principatus, tam publicas res quam alterutros subverterunt, mactationibus et rapinis ac diversis flagitiis contra se contraque subditos Christianos confusi. ac per hoc ecclesiae, quae in sancta Christi dei nostri erant civitate, desertae factae sunt, et monasteria duarum magnarum Laurarum *), sanctae videlicet memoriae p. 752
Charitonis et Cyriaci atque S. Sabae, necnon et reliqua coenobia SS. Euthymii et Theodosii. Theodorus autem hegumenus Studii et Ioseph frater eius, archiepiscopus Thessalonicensis, una cum Platone inclauso et ceteris monachis suis a communione recesserunt Nicephori sanctissimi patriarchae propter Ioseph vicedominum, qui praevaricatorie coronaverat Constantinum et Theodotem. tunc Nicephorus imperator occasione percepta, cum episcopos multos et hegumenos congregasset, synodum adversus illos celebrari praecepit, per quam monasterio et urbe deiecti exilio sunt destinati, mense Ianuario, indictione secunda.

Eodem etiam anno dum roga penes Stromonem amnem populo distribueretur, irruentes Vulgares hanc ademerunt, auri libras centum et mille, multumque populum occiderunt cum praetore atque principibus. erant enim et ceterorum thematum ibidem taxati princepes non pauci, qui omnes illic periere. ceperunt autem et totam sarcinam, et ita reversi sunt.

*) laura monasterium. Synodus Nicaena act. 1. ex libro S. Sabae: *δι' Ἀναστασίου τοῦ δουκὸς τῆς νέας λαύρας αὐτοὺς ἐξέωσε.* Metaphrastes Sept. in Charit. *τὴν ἤδη μνημονευθεῖσαν ἱερὰν λαύραν οἰκοδομεῖ.* adde Constantinum de admin. imp. p. 53 ed. primae, Nicephorum Callistum t. 2 p. 555 et 564, Io. Moschum Limonarii c. 4. Anonymus in Constantino Leonis F. *ὁ δὲ βασιλεὺς Ῥωμανὸς ἀποστείλας εἰς πάντα τὰ μοναστήρια καὶ τὰς λαύρας.* Fabr.

Digitized by Google

Eodemque anno ante solennitatem sancti paschae Cru-
p. 753 mnus Vulgarum dux, acie contra Sardicam directa, dolo hanc cepit verbo, ex militiis Romaicis interfectis sex milibus, absque multitudine privatorum *). Nicephorus autem quasi adversus eum tertia feria hebdomadae salutaris passionis egressus, dignum quidem sermone nihil omnino gessit. hos autem principes, qui de caede salvati sunt, verbum salutis deposcunt, cum dare dedignatus fuisset, ad hostes confugere compulit, inter quos erat et Eumathius spatharius, mechanicae artis expers **). ast Nicephorus prae multo dedecore iuratoriis sacris regiae urbi persuadere satagebat, ut crederet quod festivitatem paschae in aula Crumni celebraverit. praeterea cum civitatem Sardicam, quae destructa fuerat, aedificare voluisset, multitudinibus resistentibus, timens . . . . persuadendum turbis imperatorem postulare super aedificio. at illi senso ingenio, ut ex nequam illius argumentationibus subministrato, tumultuantur adversus eum et adversus principes suos per horas sex, et irruentes rumpunt tabernacula ipsorum. cum autem venissent usque ad imperatorium, iniuriis et maledictis hunc multis submittunt, ulterius se non sufferre immensam avaritiam et nequam moliminis eius animum deierantes.
p. 754 at ille repentino simultatis pavore perterritus surrexit a mensa. et primo quidem per Nicephorum ac Petrum patricios iuramentis et persuadilibus verbis sedare conabatur exercitum. at illi modica quiete potiti quendam collem ceperunt, et actus quem per se manibus habebant obliti sunt, kyrie eleison exclamantes, ac si super quodam terrae motu imbriumve defectu. ille autem utpote semper ad omne malum paratus, clandestinis muneribus noctu multis ex principibus pellectis, in crastinum ipse per se ipsum medius veniens allocutus est turbas de omni tranquillitate, ac super aequali erga natos eorum affectu iuramentis horribilibus eos certificans, et continuo regiam pervenit ad urbem, Theodosio patricio ac primoscrinio, cognomento Salibaran, deserto ad perdiscendum ex alterutris eos qui seditionem patraverant. cumque multitudines reverterentur, rogas eis apud S. Mamam se tribuere fingens, caedibus et tonsuris ac exiliis multis ex eis punitis, Chrysopolim reliquos transduxit, calcans tanta et tam horribilia iuramenta. illi vero propter aerumnam igneum fluvium meatum appellaverunt.

*) privati opponuntur militibus. Glossae: ἰδιώτης ὁ κοινός. privatus paganus, plebeius. Fabr.

**) expers] peritus. Dositheus magister in Glossario: expers gnarus, sciens. Glossarium Latino-Graecum: expers ἄπειρος καὶ ἔμπειρος. Fabr.

Digitized by Google

Anno imperii sui octavo Nicephorus post impias ani- p. 755
madversiones militias prorsus humiliare tractans Christianos exules ex omni themate in Sclaviniam fieri iussit, horum autem substantias venundari. et erat haec res captivitate non minor, multis ex amentia blasphemantibus et inimicorum incursus poscentibus, aliis nihilominus circa parentalia sepulcra lamentantibus et defunctos beatos asseverantibus. fuerunt autem et qui suspendiis usi sunt, ut a malis eriperentur. etenim immobilia, quae inerant, sibi secum ferre non poterant, et substantiam, quam ex parentalibus doloribus possederant, perditam contemplabantur, et impossibilitas omnis omnes habebat. haec quidem inchoata sunt a Septembrio mense, porro circa pascha finita sunt. secundam vero cum hac afflictionem admovens, militare praecepit egenos et armari adversus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem et octo ac dimidium numisma per singulos fisco, una cum omni proximitate tributa publica. tertiam malignitatem inferens iussit perpendere et augeri ho- p. 756
rum tributa, et praestare chartiaticorum causa siliquas binas. et ad quartam nequitiam suam reditus omnes augeri praecepit. quinta vero afflictione illata a venerabilium domorum inquilinis, orphanotrophii scilicet et hospitalium, gerocomiorum quoque ac ecclesiarum et monasteriorum regalium, per singulos focos census exigi a primo tyrannidis eius anno praecepit. ceterum quaeque meliora erant in rebus, in regiam curatoriam deferri iubebat. sextam commovens afflictionem, inspici a praetoribus iubet eos qui ex paupertate repente creati essent, et ab his pecunias exigi quasi ab inventoribus thesaurorum. septimam quoque adinveniens eos qui ante 20 annos invenerant, et usque adhuc dolium aut vas quodcunque, omnibus propriis privari pecuniis. octavam, eos qui ex avis vel patribus hereditaverant et divisa substantia pauperes facti fuerant, ex eisdem annis 20 redhibitionem publico praebere iubebat. et eos qui emerant extra Abydum corpora servilia, bina numismata in tributum dare praecepit, maxime illos qui in Dodecaniso erant. nonam, p. 757
naucleros, qui habitabant maritima, et maxime minoris Asiae, nunquam terreno labore viventes, emere de rebus quae ab illo rapiebantur cogebat, ut cunque appretiarentur ab ipso. decimam, insignibus Constantinopoleos naucleriis collectis dedit ad usuram quattuor siliquarum numisma, cum auri librarum duodecim persolverent, simul et consueta commercia. haec ex multis mihi summatim pauca descripta sunt, significanti multimodum eius ad omnem speciem avaritiae molimen. quae enim in regia urbe primoribus mediocribus et exiguis

Digitized by Google

ostensa sunt mala, nequeunt scribi, alios quidem eo investigante qualiter domi viverent, ac summittente malignorum quosdam servorum derogandi dominis, et in primordiis quasi dubitante super his quae dicebantur, deinde vero affirmante calumniam. id ipsum autem et super ignobilibus gerebat, dignos honoribus iudicans detrahentes. praeterea domorum multos habitatorum a prima in tertiam generationem sub-
p. 758 vertebat, spe fretus quod quanto celerius ruerent, tanto has ipse foret hereditate citius possessurus. dignum autem est ut et hoc causa voluptatis seu paradigmatis memoriae commendemus. cerularius quidam erat in foro ex laboribus suis locuples et nihil egens. quo accersito omnium vorax imperator ait "pone manum tuam in vertice meo, et iura quantum tibi sit aurum." qui parum tanquam indignus recusans, coactus est ab eo facere hoc, et centum libras se dixit habere; quas eadem hora praecepit afferri, dicens "tu quid opus habes sollicitari? prande mecum, et tolle libras decem, et his vade contentus."

Anno imperii sui nono Nicephorus contra Christianos adinventiones extendit, inspectiones sine deo in emptionibus animantium, diversorum pabulorum ac fructuum iniustas, titulationes et iacturas principum, fenerationes in navibus, qui omnibus legem ponebat ne ad usuram quicquam tribueretur, et alia dena milia malorum commenta, quorum particularis historia onerosa est his qui compendiosas discere causas exquirunt. kal. autem Octobribus, tertia feria, evaginato quidam dissipatus in habitu monachi gladio cuiusdam militantium cucurrit in palatium, Nicephorum interficere quae-
p. 759 rens. duo vero ex his qui circumstabant, irruentes in eum, atrociter vulnerati sunt ab illo. comprehensus autem et multis poenis affectus excusavit se, daemonium habere praetendens, nullumque prorsus accusans. at ille hunc in ligno munivit cum patientibus. multi ergo deinceps augurati sunt, enormis fore mali hoc signum asseverantes tam imperantibus quam subiectis, quemadmodum et in impio Nestorio factum est. Manichaeorum vero, qui nunc Pauliciani et Athingani dicuntur, quique in Phrygia et Lycaonia constituti confines et vicini eius habebantur, amicus ferventissimus erat, responsis eorum semper et immolationibus congratulatus, in quibus, et quando Bardanus patricius contra se insurrexit, his advocatis hunc molitionibus ipsorum subegit. taurum quippe in quodam lacu ferreo palo cornibus alligans ad terram incurvatum, sic dum mugiret et volutaretur occidi fecit, huiusque vestem in mola versa vice molens et incantationibus usus victoriam tulit, permittente deo propter multitudi-

Digitized by Google

nem peccatorum nostrorum. isti locum sub imperio eius adepti sunt intrepide conversandi; unde multi leviorum infandis eorum corrupti sunt sectis. in Exacionio vero quidam p. 760
falsus eremita Nicolaus nomine et quidam cum eo blasphemi facti fuerant etiam recti sermonis venerabiliumque imaginum adversarii, quos Nicephorus defendebat, et Summum Sacerdotem omnesque secundum deum viventes tristes hac pro causa reddebat. saepe namque adversus eos queritantibus indignatus est, inimicitias invicem coagitantibus valde congratulans, deridens omnem Christianum proximum diligentem veluti divinorum mandatorum eversor, cui studium erat iudicia irrationabilia et rationabilia contra omnem hominem in Magnaurae poenalio commovendi, quae nemo vacaret agere adversus impietates eius. denique militares principes more servorum uti episcopis et inferioris ordinis clericis iussit, audituros episcopia et monasteria, et his quae eorum essent auctorabiliter abusuros; eosque qui a saeculo divinis contulerant obsequiis aurea vel argentea vasa vituperabat, et ecclesiarum quaeque sacrata pro communibus haberi dignum fore dogmatizabat, instar Iudae tale quid super dominico decernentis unguento. antecessores vero suos imperatores universos velut improvidos accusabat, generaliter omnium providentiam auferens, simul et dicens neminem posse imperantem circumveniri, si voluerit is qui imperat strenue principatum tenere. sed vanus factus est in cogitationibus suis divinitus occidendus. interea mense Februario eiusdem decimae quartae indictionis, primo sabbato ieiuniorum, obvii p. 761
facti Saraceni penes Euchaitam Leoni praetori Armeniacorum, deferenti thematis rogam, hanc abstulerunt cum multitudine populi copiosa. talenta vero erant sexdecim, quae sunt librae mille et trecentae. et nec sic redargutus Nicephorus ab avaritia sua cessavit. in his ergo signis novus Achab non eruditus; qui contra, Phalaride ac Mida ambitiosior factus, contra Vulgares praelium praeparat una cum Stauracio filio suo. et Iulio mense a regia urbe digressus, iussit Nicetae patricio et generali logothetae publicos ecclesiarum et monasteriorum census imponere, et octo annorum praeteritorum redhibitiones a principum domibus exigere, et erat lamentum magnum. cum autem querimoniam audiret a quodam proprio famulo, Theodosio videlicet Salibara patricio, dicente sibi "omnes, o domine, contra nos clamant, et in tempore tentationis omnes casui nostro congratulabuntur," ait ad eum "si deus obdurans obduravit cor meum ut Pharao, quid boni erit his qui sub manu mea sunt? a Nicephoro, Theodosi, noli expectare praeter quae a te conspiciuntur." haec do- p. 762

Digitized by Google

minus novit. ipse ego conscriptor horum viva voce audivi a Theodosio. collectis itaque militiis, non solum ex Thrace verum etiam ex ulterioribus, cum his etiam egenos pedites cum propriis stipendiis contra Vulgares, fundis et virgis armatos et blasphemantes minavit. Crumnus autem multitudines timens, cum esset Marcellis, petebat pacem. at ille nequam consiliis et paria consentientium consiliorum suorum suasionibus prohibitus est, et post multos anfractus per avia loca praecipitanter, temerarius simul et pavidus, ingreditur Vulgariam decimo tertio kalendas Augustas, cum Sirius appareret cuncta consumens, frequenter affatus. "quis ibit" inquiens "et decipiet Achahab, quia sive deus sive adversarius trahit me nolentem?" porro priusquam ingressus fuisset Vulgariam, Byzantius huius dilectus famulus ad Crumnum a Marcellis confugit, secum surrepta veste imperiali et auri libris centum. multi autem huius fugam in malum Nicephori auspicati sunt. tribus quippe diebus post primos conflictus se
p. 763 prosperari opinatus non prospera facienti deo victoriam ascribebat, sed Stauracii solius bonam fortunam bonumque consilium praedicabat, et principibus, qui introitum inhibuerant, minabatur. irrationabilia quaeque animantia, infantes et omnem aetatem immisericorditer occidi praecepit, et mortua comprovincialium corpora insepulta dimisit, solius spoliorum collectionis diligentiam faciens. claves autem et signacula penetralibus Crumni superimponebat, ea ut propria de cetero muniens. aures etiam et ceterorum Christianorum membra, qui saltem tetigissent quicquam ex spoliis, abscidebat, et aulam incendit quae dicebatur cortis Crumni, cum ipse vehementer esset humiliatus, et significasset dicens "ecce vicisti. tolle ergo quicquid tibi placabile fuerit, et egredere in pace." at ille, cum pacis esset inimicus, hanc admittere noluit. in quibus saeviens ille in regionis introitus et exitus lignea munimina mittens maceria circumdabat atque tutavit. Nicephorus autem hoc comperto mox attonitus, quidnam ageret circumiens ignorabat, et his qui simul aderant futuram perditionem praedicebat, asseverans "etiam si pennati facti fuerimus, se nemo speret exitium evasurum." haec autem molimina erant per dies duos, quintam videlicet et sextam feriam; et nocte sabbati turbationes et turbarum armatarum circa Nicephorum et eos qui cum ipso erant auditae acies omnes
p. 764 enervaverunt. ante diei ergo principium supervenientes barbari contra tabernaculum Nicephori et magnates qui cum ipso erant, hunc miserabiliter interficiunt; inter quos erant Aëtius Petrus, et Sisinnius Triphyles patricii, atque Theodosius Halibaras patricius, qui contristavit et multa beatae mala

ostendit Heirenae; necnon et Eparchus patricius, et Romanus patricius ac praetor Orientalium, multique alii protospatharii et spatharii; quin et ordinum principes, et excubitus domesticus seu drungarius imperialis vigiliae, simul et Thracae praetor, et multi principes thematum cum infinitis populis. omnisque Christianorum corrupta est species; arma quoque omnia perierunt et imperii vasa. porro talis diei deformia verba absit Christiani ulterius videant, utpote omne lamentum excedentia. facta vero sunt haec septimo kalendas Augustas indictionis quartae. caput autem Nicephori Crumnus recisum suspendit diebus multis in ligno in ostentationem ad se adventantium nationum et confusionem omnium nostrorum. post haec sane accipiens hoc, et os denudans argentoque forinsecus induens, bibere in eo Sclavinorum principes fecit gloriatus. verum licet multae viduae ac orphani uno die p. 765
fuerint facti et lamentatio intolerabilis haberetur, huius tamen occisio multorum facta est consolatio. modum vero huius occisionis nullus eorum qui salvati sunt liquidius enarravit. ferunt quidam quod et Christiani hunc cadentem lapidibus impetierint, et effeminatorum virorum, servorum scilicet eius, cum quibus et concumbebat, alii quidem igne valli, alii vero gladiis periere cum ipso. huius principatu Christiani graviorem nullo tempore consecuti sunt. omnes enim qui ante se imperarunt ambitionibus et luxuriis atque barbaricis crudelitatibus superavit; de quibus per singula prosequi et posteris incredibile et nobis erit laboriosum. verumtamen ex fimbria textura manifesta, iuxta proverbium. vulneratur autem et Stauracius filius eius periculose in dextera colli parte, et vix a pugna vivus exivit, et venit Hadrianopolim atrociter a plaga colaphizatus. at vero Stephanus patricius et scholarum domesticus, cum adesset quoque Theoctistus magister, pronuntiavit Stauracium imperatorem; et disputavit populo, qui salvatus fuerat, contra proprium patrem suum; qui oppido delectati sunt. Michael sane curopalatius, illaesus exu- p. 766
perans, admodum ab amicis rogatus est ut imperator appellaretur, et non admisit ob iuramenta praestita Nicephoro atque Stauracio. huic Stephanus domesticus resultabat spe vitae Stauracii. Theoctistus vero magister satagebat pro imperio Michaelis. porro Stauracius per urinam sanguine immensurate prorumpente arefactus est femoribus simul et tibiis, adeo ut phorio veniret Byzantium. hunc Nicephorus patriarcha valido amans affectu, consilium dabat ei ut deum placaret, et eos qui avaritia praegravati essent a patre suo consolaretur. ad quem paterni sensus germanus heres dicebat non se posse plus tribus reddere talentis. haec autem erat exilis pars iniustitia-

Digitized by Google

rum illius: verumtamen et circa haec pigritabatur, vivere
fidens. cum autem foedus illibatum more paternae mentis
circa neminem conservaret, frequentius dehonestationibus
submittebat Theoctistum magistratum et domesticum Ste-
phanum ac Michaelem curopalaten, avertens omnino et Pro-
copiam sororem suam ut insidiantem sibi Theophani Augu-
stae submissionibus. mox quoque misera per beatae imita-
tionem Heirenae obtinere sperabat imperium, cum sine libe-
ris esset. at vero Stauracius se videns insanabiliter habitum,
p. 767 imperium uxori acquirere festinabat aut vulgare imperium
excitare in Christianos supra praecedentia mala. super quo
paventes Nicephorus patriarcha et Theoctistus magistratus et
Stephanus domesticus ex multa inimicitia in alternam amici-
tiam cum Michaele curopalate venere circa finem mensis Se-
ptembris quintae indictionis. kalendis autem Octobribus ve-
speri Stauracius advocatum Stephanum domesticum percun-
ctabatur, quonam pacto Michaelem sororis suae maritum ex
propria ducere posset domo ad eius oculos eruendos. quo
perhibente impossibile hoc fore hac hora propter virtutem,
quae circa illum adesset, et ob munitionem loci domus ipsius,
rogat nemini fieri nota quae dicta sunt. at ille cum verbis
persuadibilibus inflexisset eum ne sollicitus esset, per totam
noctem militias ordinum, quae remanserant, collegit in Hip-
podromio, una cum principibus propriis ad pronuntiandum
eundem Michaelem imperatorem. cumque totus senatus ad
palatium de luce venisset, hunc pronuntiaverunt imperato-
rem, quemadmodum in subsequentibus indicabitur. porro
Nicephorus patriarcha scriptum a Michaele propriae manus
p. 768 exegit de recta fide, et ut sine sanguine manus a Christianis
servaret, ac de sacris hominibus seu monachis et toto eccle-
siastico catalogo, ne percuterentur ab illo.

Anno itaque mundi conditionis 6304, divinae incarnationis
anno 804, mensibus octo, die quinta, hora prima, indictione
quinta, Michael piissimus curopalates appellatus est imperator
Romanorum in Hippodromio a toto senatu atque ordinibus,
qui imperavit annis duobus. Stauracius autem huius accla-
matione audita statim comam totondit, et monachicis cir-
cumdatus est vestimentis per Simeonem monachum, cogna-
tum suum, valde patriarcham implorans. qui veniens in pa-
latium multum Stauracium una cum imperatore Michaele
rogabat, ne tristaretur super eo quod factum est: non enim
per insidias, sed per desperationem vitae ipsius id gestum
asseverabat. at ille nequitiae paternae rabie furens non ac-
quievit, dicens ad eum "amicum meliorem me non habebis."
hora vero diei quarta coronatus est Michael a Nicephoro

Digitized by Google

patriarcha in ambone magnae ecclesiae, in quo magna exul-
tatio facta est, et donavit patriarchae auri libras quinqua-
ginta et clero vicenas quinque. cum enim esset magnanimus
et non avarus, omnes consolatus est qui Nicephori avaritia p. 769
fuerant laesi, donisque senatum atque militiam recreavit. porro
quarto idus Octobrias coronata est Procopia Augusta in triclinio
Augusteos, multisque donis senatum liberaliter auxit. mu-
lieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Vulga-
ria perempti, quinque auri talenta donavit. Theophanam
autem uxorem Stauracii, singularem vitam amplexam, et co-
gnatos illius, qui miserabiliter sub Nicephoro vixerant, dita-
vit; inter quae insignem quoque domum monasterium Ta-
hebraica dictum, ubi Stauracius est sepultus, illi concessit.
omnes etiam patricios et senatores, sacerdotes ac summos
sacerdotes et monachos, militantes et pauperes, tam in regia
urbe quam in thematibus degentes, locupletavit, adeo ut im-
mensurabilis avaritia Nicephori, propter quam et male periit,
in paucis diebus disparuisse probaretur. super multos prae-
terea optimos mores suos, cum pius et orthodoxissimus es-
set, tristabatur super his qui a sancta scindebantur ecclesia
quacunque occasione sive rationabili sive irrationabili; mul-
tumque sanctissimum patriarcham, et eos qui poterant pro
communi pace concurrere, rogans non quiescebat, inter quos
et Theodorum hegumenum Studii et Platonem atque Ioseph p. 770
archiepiscopum Thessalonicensem, fratrem Theodori, in cu-
stodiis detentos amaris, una cum primatibus quoque mona-
sterii eorum satagebat unire; quod et fecit. ceterum misit
et ad Carolum imperatorem Francorum pro pace atque
contractu nuptiarum in Theophylactum filium suum. Nice-
phorus quoque sanctissimus patriarcha transmisit synodicas
litteras ad Leonem sanctissimum papam Romanum: antea
quippe faciendi hoc a Nicephoro prohibebatur. porro octavo
kalendas Ianuarias quintae indictionis Michael, tranquillissimus
imperator, coronavit Theophylactum filium suum in impe-
ratorem a Nicephoro patriarcha, in ambone maioris eccle-
siae, feria quinta; et obtulit pretiosissimum ornamentum
sancto altario *) in vasis aureis et lapidibus venustatis et
quadrangulis velis, antiquitus ex auro et purpura clare con-
textis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatis. do-
navit autem et patriarchae auri libras quinque et vicenas, ac

*) altario] Glossae: θυσιαστήριον altarium, sacrarium. Concilium Carthag. 2 can. 2: placuit ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deserviunt. usurpat eam vocem Severus hist. sac. 1, Paulus Warnefridus de gest. Longob. 6 6, Gregorius Tur. 3 31. Fabr.

Digitized by Google

venerabili clero libras centum, splendidam reddens sanctam festivitatem et filii pronuntiationem. multo sane divino zelo p. 771 imperator piissimus motus contra Manichaeos, qui nunc Pauliciani dicuntur, et Athiganos in Phrygia et Lycaonia degentes, capitalem animadversionem Nicephori sanctissimi patriarchae ac aliorum piorum praedicamentis promulgans, aversus est per alios nequam morum consiliarios obtentu poenitentiae, cum esset impossibile illos poenitentiam gerere qui eorum capti fuissent errore. dogmatizabant autem indocte, non licere sacerdotibus promulgare contra impios mortem, per omnia divinis super hoc adversantes scripturis. si enim Petrus vertex apostolorum Ananiam et Saphiram ob mendacium tantum mortificavit, et Paulus magnus clamat, "qui talia" inquiens "agunt, digni sunt morte," haec de solo corporali peccato, quomodo non horum contrarii erunt, qui omni corporali et spirituali spurcitia plenos, quique daemonibus serviunt, a gladio redemerint? sed pius Michael non paucos eorum recidit. Stauracius vero ulcere tabefactus ex mortali plaga circa spinae loca inflixa, ita ut non posset quispiam appropinquare illi ob multum foetorem, mortuus est tertio idus Ianuarias indictionis 5, cum imperasset, ut putatur, men- p. 772 sibus duobus, diebus sex. porro quinto idus Maias, feria sexta, eclipsis solaris effecta est magna; et septimo idus Iunias egressus est Michael contra Vulgares: cum eo simul egressa est et Procopia usque Zurulum. Crumnus autem dux Vulgarum, cum Debeltum obsidione cepisset, et eos qui in ipsa fuerant una cum episcopo transmigrasset, multitudines, quae propter malum frequensque consilium nequam consiliariorum imperatoris ad eum confluxerant, ad insidias ac iniurias maxime Opsicii et Thracesiorum conversae sunt; quas Michael compescens donis et admonitionibus silentio imposito mitigavit. at vero Vulgares simultatibus militiarum compertis, et quod formidantes praelium et taxationem tumultuarent, amplius confortati praevaluerunt adversus Thracem et Macedoniam. tunc et Anchialum et Berohen dimittentes Christiani fugerunt, nemine persequente, Nicaeamque atque Probati castrum et alia quaedam praesidia, similiter et Philippolim et Philippos, et Strymonem habitantes accolae occasione accepta fugientes ad propria redierunt. hoc autem erat divina indignatio Nicephori vesaniam arguens, per quem putativae *)

*) putativae] vet. interpres ep. ad Philipp. quae S. Ignatio adscribitur: non putative neque in phasmate, οὐ δοκήσει, οὐ φαντασίᾳ. idem in ep. ad Trall.: dicunt eum putative tantum fuisse hominem et non verum corpus suscepisse, atque putative passum et mortuum, δοκήσει et τῷ δοκοῦντι. Fabr.

Digitized by Google

correctiones eius, in quibus gloriabatur, celeriter corruerunt.
pravasque opiniones multorum, qui deum impugnantes et p. 773
abundantes haereses Paulicianorum Athiganorum Iconoclasta-
rum et Tetraditarum deserunt accusare. omitto enim di-
cere adulteria et fornicationes, libidines atque periuria, odia
fraterna et avaritias, necnon et praevaricationes reliquas.
contra sacras et venerabiles imagines contraque monachicum
habitum movebant linguas, beatum dicentes deo abomina-
bilem ac miserrimum Constantinum, quod fortiter adversus
Vulgares gesserit propter pietatem, quam, ut impie infelices
illi fatebantur, habuerit. at vero hi qui in urbe regia erant,
armabantur post synodum universalem ad fidem subverten-
dam orthodoxam, caecos caecis mentibus volentes sine deo
imperare, filios videlicet Constantini deum impugnantis, apud
Panormum insulam custodiae mancipatos, quos furari per
noctem voluerunt et adducere ad exercitum. sed dominus
hos confudit, erigens Michaelem piissimum in defensionem
veritatis. disputatis enim convenientibus de fide plebibus re-
giam repedavit ad urbem, et sapienter cogitans multos re-
bellium per paucas plagas deterruit. exilio quoque deporta- p. 774
vit filios Constantini, qui oculis orbati esse cernebantur, in
Aphusiam. unum vero ex seductoribus, falsum eremitam,
Nicolai exacionitae *) malefici socium, qui iconam sanctis-
simae dei genitricis dehonestaverat, lingua recisa mutilavit;
qui et mortuus est corpore simul et anima. huius autem
collegam Nicolaum repromittentem se poenitentiam acturum
coram omnibus publicavit; confitentem quoque sua ipsius
mala tradidit illum in monasterium custodiendum, ne libera
conversatione libito proprio abuteretur. populis autem
coram concilio in Magnaura coronatus, pii et secundum
deum sensus sui dogmata manifestavit. at vero Athigganos
publicans exilio tradidit per Leonem praetorem Orientalium.
porro Augusto mense quintae indictionis Thebith contra
Christianos exercitum movit, cum quo bellum Leo conferens,
Orientalium praetor, prosperatus est, duo milia interficiens
et equos comprehendens et arma. Muhamed autem, primus
filius Aaron, tenens principatum gentis, inito bello in inte-
riori Perside cum Abdela fratre suo superatus est, et fugiens
in Bagda hoc obtinuit. Damascum vero alius tyrannus ha-
buit, et Aegyptum et Africam duo partiti sunt, et Palaesti- p. 775
nam alius latronis more depastus est.

Anno imperii Michaelis secundo Crumnus Vulgarum dux

*) unde dicantur ἐξακιονῖται, v. Theodor. haeret. fab. 4 3. Fabr.

Digitized by Google

per Dargamerum pro pace rursus ad Michaelem imperatorem legationem misit, quaerens foedera quae sub Theodosio Hadramitino et Germano patriarcha repromissa fuerant Cormesio, qui per illud tempus Vulgariae dominus habebatur, quae terminos continebant a Meleonis Thracensibus, vestimenta quoque seu coccineas pelles usque ad pretium quinquaginta librarum auri, et super haec profugos utriusque partis ad alterutrum reddi, si contigisset eos insidiari praelatis; negotiantes vero in utraque regione per praecepta et signacula commendari: si qui vero sine signaculo inventi fuissent, diriperentur quae haberent, et inferrentur publicis rationibus. scripsit etiam et damnationes ad imperatorem, nisi acceleraveris" inquiens "ad pacem, iudicio tuo praeliabor contra Mesembriam." his perceptis imperator nequam consiliorum admonitionibus pacem minus admisit. sub obtentu enim falsae pietatis, imo indisciplinationis et circa rem publicam perditionis, nequam consiliatores asserebant "non
p. 776 oportet fugitivo reddere," perhibentes in testimonium illud evangelicum domini eloquium perhibentis "eum qui venit ad me, non eiiciam foras." mediante vero mense Octobrio aciem dirigit Crumnus contra Mesembriam in machinamentis et manganis et arietibus, quae Nicephori occasione, destructoris Christi, didicerat. Arabs enim quidam ad baptismum accesserat satis expers mechanicae artis, quem cum castra metatus esset, in Hadrianopoli constituit; cui nullum secundum meritum auxilium vel beneficium conferens, quin potius et rogam eius abbrevians, murmurantem nimis cecidit. qui super hoc tristatus fugit ad Vulgares, et docuit eos omnem mangani artem. in his insistens, nemine ob multam stultitiam resistente, per totum mensem cepit eam. kalendis autem Novembriis advocato imperator patriarcha, cum angustiaretur, de pace consilium sumpsit. aderant autem et metropolitani, Nicaenus videlicet et Cyzicenus episcopi, praesentibus quoque pravis consiliariis cum Theodoro hegumeno Studii. et patriarcha quidem ac metropolita antistites cum imperatore pacem amplectebantur: mali vero consiliarii cum
p. 777 Theodoro hegumeno Studii hanc subvertebant, fatentes "in subversionem divini mandati nemo pacem amplectitor: eum quippe qui venit, inquit dominus, ad me, non eiiciam foras," nescientes neque quae dicerent neque de quibus affirmarent, primo quidem quoniam nemine ad nos ex eis confugiente nos eos qui intra cortem erant prodidimus, valentes hos cum pace salvare; secundo vero quia et si fugerunt rari quidam ad nos, pro acquirenda tamen pluribus et contribulibus salute oportebat potius decertare quam super iu-

Digitized by Google

certis et invisibilibus locupletari: gratius enim deo plures quam pauciores salvare. porro damnum in pluribus pati propter modicum lucrum primae dementiae est. sed et qui circa propria inconsulte laborat, fidem secundum Paulum negavit, et infideli deterior iudicatur: ubi erit et illud "cum his qui oderant pacem, eram pacificus;" nisi forte sint et Paulo et David isti sapientiores. quis autem Germano ter beato nunc sapientior, nisi iuxta perniciosum animae tumorem nequam ac perversi consiliarii, qui pacem inhibuerunt. haec kalendis sunt facta Novembribus. porro pridie nonas No-
vembrias apparuit cometes in figura duarum fulgentium lu- p. 778
narum, adunantium se atque separantium in diversa schemata, ita ut in acephali viri fictionem formarentur. et in crastinum de excidio Mesembriae venit nobis miserum dubium, deterrens omnes ob maiorum malorum expectationem. invenientes enim eam inimici plenam omnibus rebus quae ad habitationem hominum adesse debent, hanc tenuerunt una cum Debelto, in quibus et siphones aeneos invenere sex et tricenos, et ignis humidi, qui per eos emittebatur, aurique et argenti haud modicam copiam.

Eodem anno multi Christianorum ex Palaestina, monachi scilicet ac laici, et ex omni Syria in Cyprum venere, fugientes immensam Arabum afflictionem. cum enim sine generali principatu Syria esset et Aegyptus et Africa et omnis principatus qui sub ipsis est, homicidia et rapinae et adulteria luxuriaeque ac omnes deo odibiles actiones in civitatibus et villis a divinitus peritura gente perpetrabantur. inque alma dei nostri civitate colenda loca, sanctae videlicet
resurrectionis ac calvariae, ceu reliqua profanata sunt. si- p. 779
militer autem et laurae eremi opinatissimae *), sancti scilicet Charitonis et sancti Sabae, et reliqua monasteria et ecclesiae desertae factae sunt: alii namque percepto martyrio interempti sunt, alii vero Cyprum et ex hac Byzantium properarunt, quos Michael pius imperator et Nicephorus sanctissimus patriarcha benigna munificentia receperunt: nam his qui venerunt ad urbem monasterium insigne donavit, his vero qui in Cypro remanserunt, monachis scilicet et laicis, talentum auri transmisit, et diversis hos consolatus est modis. erat quippe Michael erga omnes suavis quidem et cle-

*) opinatissimae] Ruffinus interpres Eusebii H. E. 8 1: opinatissimus ille Dorotheus. ipse Ruffinus l. 10: nobiles et opinatissimi convenerunt. Iulius Firmicus 3 3: magos famosos faciet vel philosophos opinatos. Hincmar. Rem. de Praedestin. 34: Gregorius Nazianzenus vir in fide et doctrina opinatissimus. FABR.

mens; circa negotiorum vero dispositionem iners, servitute subactus Theoctisto magistro seu ceteris principibus. praeterea mense Februario duo Christiani ex Vulgaria fugientes nuntiaverunt imperatori Crumnum praedaturum eos, qui essent in Thrace, repente festinare. et decimo quinto kalendas Martias exivit imperator ab urbe, et dei providentia inefficax rediit Crumnus non paucis amissis. ast imperator Hadrianopolim veniens, et ordinatis apte quae circa eam erant, cum gaudio rediit, et ascendens monasterium Tarasii beatis-
p. 780 simi patriarchae, celebratis eius memoriis, una cum Augusta Procopia, argenteo petalo librarum 95 sacrum sepulcrum eius vestivit. post captam vero Mesembriam imperator Crumno pace negata, ex omnibus thematibus militiam ante vernale tempus in Thracem transire praecepit, ita ut omnes moleste ferrent, maxime Cappadoces et Armeniaci. imperatore autem exeunte cum ordinibus mense Maio, exivit cum eo pariter Procopia Augusta usque ad aquaeductus iuxta Heracliam. at vero multitudines super hoc duriter ferentes in derogationem ac maledictionem conversae sunt contra Michaelem. porro tertio nonas Maias eclipsis facta est solis circa duodecimam partem Tauri iuxta horologium, oriente sole, et multus timor cecidit super turbas. ast imperator circumibat Thracem cum praetoribus ac militiis, neque contra Mesembriam pergens, neque aliud quid eorum quae agi debent ad destructionem hostium patrans, sed tantum suasus sermonibus vanis consiliariorum suorum, bellorum experientiam non habentium, ac per hoc asseverantium non audere inimicum adversus illum venire, in propria regione sedentem. et erat barbarico impetu gravior concivium coetus deficientium circa
p. 781 necessarias utilitates, et rapinis ac invasionibus exterminantium compatriotas. circa initia vero Iunii mensis exiit Crumnus Vulgarum dux cum exercitibus suis, veritus, quod multa milia essent Christianorum. cumque movisset exercitum in Versiniciam quasi tricenis signis ab imperialibus castris, Leo patricius et praetor Orientalium Ioannesque patricius et Macedoniae praetor, cognomento Aplaces, multum prompti ad hos bellandos, prohibiti sunt ab imperatore per malos consiliarios. cum autem urbs letanias celebraret cum summo sacerdote in templo SS. apostolorum, quidam impiorum obscenae deo perosi Constantini haereseos, obserata porta imperialium sepulcrorum, nemine attendente propter turbae frequentiam, quo subito cum quodam sonitu aperiretur egerunt, quasi ex quadam operatione divinitus facti prodigii, et intro insilientes procidebant seductoris monumento, hunc invocantes et non deum, "surge" dicentes "et auxiliare perditae rei pu-

Digitized by Google

blicae;" diffamaveruntque quia surrexit super equum sedens, et vadit Vulgares bellaturus, qui e contra Tartarum habitat cum daemonibus. qui ab urbis praefecto comprehensi primo quidem mentiebantur divinitus ultro fuisse portas sepulcro- p. 782
rum apertas: praesentati vero tribunali praefecti et circa testimonium claudicantes obserationis fraudem ante omnem poenam confessi sunt; quos merito vectibus subdens pompae publicae submisit, vociferantes causam poenae. sic enim nequitiae inventor diabolus suos milites erudivit, ut non peccata sua ipsi accusent, sed orthodoxam et a patribus traditam fidem sacrumque habitum monachorum, qui divinae est philosophiae gymnasium. multi autem eorum qui in his blasphemabant, habitu tantum erant Christiani, veritate vero Pauliciani, qui non valentes detestabilia dogmata sua manifestare huiuscemodi occasione indoctos adulterabant, Constantinum, qui Iudaici fuerat sensus, beatum dicentes ut prophetam et victorem, haeresimque ipsius in subversionem incarnatae dispensationis domini nostri Iesu Christi amplectentes. porro decimo kalendas Iulias praelium ineuntibus haud procul ab Hadrianopoli, delinquunt quidem Christiani valde dire circa bellum, obtinent autem inimici pugnam a deo, ut plures Christianorum nec primam congressionem . . summa fuga uterentur, ita ut Crumnus consternatus aestimaret in- p. 783
sidiarum quarumque argumentum esse; quo factum est ut modicum retineret suos ab insecutione; quia enim vidit eos sine ulla retentione fugere, persecutus occidit multitudines copiosas, veniens nihilominus ad sarcinas, et has cum exuviis auferens. ast imperator fugiens repedabat in urbem, multitudinibus harumque principibus sumptis. insuper et imperii pollicebatur depositionem deiurans. inter quos et Leonem patricium et praetorem Orientàlium, tanquam pium et fortissimum et per omnia strenuum, in tenendo imperio asciscere socium voluit. qui nullatenus acquiescens, dimisit eum praeesse thematibus, ipseque ad regiam pervenit urbem octavo kalendas Iulias, volens deponere imperium et alium promovere; qui tamen ab uxore, et ab his qui nequiter praevaluerant, non est permissus. verum in hoc Nicephorus sanctissimus patriarcha consentiebat, "et ipse" inquiens "et filii eius salvandi erunt; si taliter quis promoveatur." at vero praetores discentes imperatorem cum multitudinibus in urbem fugisse, desperati ab eo quod de cetero imperandi forent, et consiliati apud semet ipsos implorabant Leonem patricium et praetorem Orientalium, quo auxiliaretur communi rei publicae et Christianorum religioni opitularetur. ast ille aliquandiu vehementer differebat tempus, considerans difficultatem et barba- p. 784

Digitized by Google

rorum incursionem intolerabilem, et semet ipsum erga imperatores conservans rectum et absque insidiis. quia vero ad urbem properare inimicum vidit, scribit Nicephoro patriarchae de recta fide sua affirmans, petens etiam ut cum oratione et nutu eius imperium sumeret. et veniens ad tribunalium ante urbem positum una cum praetoribus et exercitibus, valde legitimus Romanorum imperator ostenditur, et die media Constantinopolim per Carisii portam ingreditur, et ad regalia pervenit. porro Michael audita huius acclamatione in oratorium Phari accurrens, una cum Procopia natisque suis, detonsis capillis monastica induit vestimenta quinto idus Iulias sextae indictionis, feria secunda. postera vero die coronatus a Nicephoro patriarcha in ambone maioris ecclesiae urbis, praecepit custodiri viriliter muros die ac nocte, ipse per se circumiens et excitans cunctos, ac bonam spei fiduciam habere commonens, eo quod deus celeriter foret inopinate facturus per intercessiones intemeratae dei genitricis et
p. 785 omnium sanctorum, nec omnino confundi nos esset passurus ob multitudinem culparum nostrarum. interea novus Senacherib, Crumnus videlicet, derelicto proprio fratre cum virtute sua ad impugnandum Adrianopolim, post sex dies imperii Leonis superveniens in viribus et equis regiam urbem girabat iuxta muros a Blachernis usque ad auream portam, ostendens virtutem suam, et celebrato polluto ac daemonico sacrificio in prato penes mare sito postulavit ab imperatore ut figeret lanceam in eandem auream portam; quo id fieri non permittente reversus est ad tabernaculum suum. cum autem admiratus fuisset muros urbis et bene ordinatam imperatoris aciem, et super obsidione, quam sperabat, desperatus effectus esset, ad conventiones convertitur, et ante pacem tentatoria verba faciebat. ast imperator accepta occasione conatus est huic insidiari, sed a multitudine peccatorum nostrorum hoc in finem perducere prohibitus est, administrantium huiuscemodi rei rusticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. super hoc insa-
p. 786 niens nequissimus, misso cursu ad S. Mamam, palatium illic habitum incendit, et aereo Leone Hippodromii una cum ursa et dracunculo lacus ac marmoribus electis in plaustra imposito reversus est, et obsessam Hadrianopolim cepit.

Digitized by Google

Haec est collectio annorum,

ut subinfertur.

Adam, annos 230.
Seth, 205.
Enos, 190.
Cainan, 170.
Malalehel, 165.
Iaret, 162.
Mathusalem, 167.
Lamech. 188.
Noe, 500.

Diluvium.

Sem, 100.
Arfaxat, 135.
Cainan, 130.
Sala, 130.
Eber, 134.

Turris factura.

Falech, 130.
Ragau, 137.
Seruch, 130.
Nachor, 139.
Thara, 70.
Abraham, 100.
Isaac, 60.
Iacob, 82.
Levi, 47.
Caat, 60.
Amram, 75.
Moyses, 120.
Iesus Nave, 127.
Phinees, 18.
Chusarathon, 8.
Catonihel, 40.
Eglon, 18.
Aodetsmegar, 80.
Iabes et Iebusan, 15.
Darac et Deborra, 40.
Oribetzib, 7.
Gedeon, 40.
Abimelech, 3.
Thola, 22.
Iaier, 22.
Ammanitae, 18.
Iephte, 7.
Hebeson, 12.
Achelon, 10.
Labdon, 8.
Allophili, 40.
Sampson, 20.

Cessatio Principatus, et pax,
annos 40.

Heli, 40.
Samuel et Saul, 40.
David, 40.
Salomon, 40.
Roboam, 18.
Abia, 3.

Digitized by Google

Asa, 41.
Iosaphat, 25.
Ioran, 8.
Ochozias, 1.
Gotholia, 8.
Ioas, 40.
Amesias, 29.
Ozias, 52.
Ioathan, 13.
Achan, 16.
Ezechias, 29.
Manasses, 55.
Amos, 2.
Iosias, 31.
Ioachin, qui et Ieconias, menses 3.
Ioacin, annos 11.
Ieconias, qui et Iacin Susannae, 8.
Sedecia, 11.
Nabuchodonosor, 23.
Moradach, 5.
Balthassar, 3.
Darius, qui et Astynges, 7.
Cyrus, 31.
Cambyses, 8.
Magi, menses 7.
Darius Ystaspi, annos 36.
Xerxes, 20.
Artabanes,
Arthaxerxes, 41.
Sogdianus, menses 7.
Darius, annos 19.
Nodus,
Arthaxerxes, 40.
Ochus, 5.
Narses, 4.
Darius Arsami, 6.
Alexander Macedo, 6.
Ptolomaeus Lagii, 40.
Ptolomaeus Philadelphus, 38.
Ptolomaeus Euergetes, 34.
Ptolomaeus Philopator, 17.
Ptolomaeus Epiphanes, 21.
Ptolomaeus Philometor, 35.
Ptolomaeus Euergetes, 28.
Ptolomaeus primo Physicus, 10.
Ptolomaeus, qui et Alexander, 18.
Ptolomaeus Philadelphus, 8.
Ptolomaeus, qui et Dionysius, 30.
Cleopatra, 20.
Augustus Romanorum, 56.
Tiberius, 22.
Caius, 3.
Claudius, 13.
Nero, 13.
Galbas, menses.
Otho, menses 3.
Vitellius, menses 8, dies 1.
Vespasianus, annos 9.
Titus, 2.
Traianus, 19.
Domitianus, 12.
Nervas, 1.
Hadrianus, 21.
Antoninus, 23.
Marcus Aurelius, et Verus, 19.
Commodus, 13.
Pertinax, menses 8.
Antoninus, qui et Caracalla, annos 7.
Macrinus, 1.
Antoninus alius, 4.
Alexander Mameas, 13.
Maximinus, 3.
Popianus cum Albino,
Gordianus, 6.
Philippus, 7.
Decius, 2.
Gallus et Volusianus, 2.
Valerianus et Gallienus, 15.
Claudius, 1.
Aurelianus, 6.
Tacitus et Florinus, menses 6.
Probus, annos 7.
Carolus cum Carino, et Numeriano, 2.

Digitized by Google

Diocletianus, et Maxim. Herculius, 20.

Et qui Byzantii imperaverunt Christiani.

Constantinus magnus, 32.
Constantinus, 24.
Iulianus, 3.
Valentinianus, 11.
Iobianus, menses 8.
Valens, annos 33.
Valentinianus et Gratianus et Theodosius maior, 17.
Arcadius, 14.
Theodosius minor, 42.
Marcianus, 7.
Leo maior, 17.
Zeno, 17.
Anastasius, 27.
Iustinus, 9.
Iustinianus, 39.
Iustinus, 13.
Tiberius, 4.
Mauritius, 20.
Phocas, 7.
Heraclius, 21.
Constantinus filius eius, menses 3.
Heraclonas, menses 6.
Constantinus, qui in Occidente occisus est, annos 7.
Constantinus sextae synodi, 17.
Iustinianus, 10.
Leontius, 3.
Absimarus, qui et Tiberius, 7.
Iustinianus iterum, 6.
Philippicus, qui et Bardanus, 2.
Anastasius, qui et Arthemius, 2.
Theodosius, 1.
Leo Isaurus, 24.
Constantinus persecutor, 35.
Leo Chazarus, 5.
Constantinus cum matre Heirene, 10.
Constantinus solus, 8.
Heirene sola, 5.
Nicephorus, 9.
Stauracius filius eius, menses 2.
Michael Curopalates, annos 2.
Leo Armenus, 7.
Michael, 9.
Theophilus filius eius, 12.
Michael cum matre, ...
Michael solus, ...
Basilius, ...

Sunt ergo ab Adam usque ad Cataclismum, annorum 2242.

Et a Cataclismo usque ad centesimum annum Abrahae 1169.

Et a centesimo anno Abrahae usque ad exitum Israelis ex Aegypto octuagesimo anno Moseos factam, anni 405.

Et ab octuagesimo anno Moseos usque ad captivitatem Babyloniae primo anno Sedeciae factam, anni 1076.

Et a primo anno Sedeciae usque ad vicesimum secundum annum Augusti Caesaris, in quo natus est Christus dominus noster, anni 608.

Simul colliguntur ab Adam usque ad nativitatem Christi, anni 5500.

A Christi nativitate usque ad Constantinum primum, ex imperatoribus Christianorum, anni 296.

Et a primo anno Constantini magni usque ad primum Iustiniani magni annum, anni 223.

Et a primo anno Iustiniani magni, anni 280.

Quaedam in hunc locum in omnibus manuscriptis ex Nicephori Chronographia perperam translata sunt, suo loco reponenda, id est, post catalogum Augustarum, secundum Graecum codicem Nicephori.

Digitized by Google

AD

THEOPHANIS

CHRONOGRAPHIAM

NOTAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD S. P. N.

THEOPHANIS

CHRONOGRAPHIAM

NOTAE,

AUCTORE R. P. IACOBO GOAR,

Ord. Praedicatorum Congregationis Reformatae

S. Ludovici Vicario Generali.

P. 3. *l.* 1. *Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν*] Beatitatis possessae titulum, sanctique nomen operis huiusce titulus a me, fateor, verbo solo immutatus auctori Theophani ascribit. sed nec mutationis inductae poenitet: quem etenim virtutum facinoribus praeclaris, difficilique et insigni fidei testimonio perfunctum, et sanctos inter adlectum Caelitum honoribus, anno quoque redeunte, Orientalis ecclesia celebrat; hunc ego, iuratus quantumvis mss eius exemplarium septem sectator futurus, et exceptor fidelis abiecta *Θεοφάνους ἁμαρτωλοῦ*, prout illa nullo cum discrimine proferunt, appellatione indigitandum mihi nequaquam potui persuadere. quod sibi mutuo monachi Orientales, Theophani monacho praestiti. illi *ἁμαρτωλοὺς* privatim, ac passim se quique professi, *ἁγίους* invicem se salutant: ita est et mihi; quae *Θεοφάνους* opus hoc testantur exemplaria, *ἁμαρτωλοῦ* pariter asserunt. quid tum? quem ecclesia sanctum colit, cuius coelo et immortalitate dignas actiones lego, laudo, refero ad eius operis limen, eundem ego erga litterulam religiosus, erga Coelites iniuriosus, inter ecclesiae patres *ἅγιον* si minime recensuis-

Digitized by Google

sem, ne impietatis arcesseres, Christiane lector, verebar. verborum igitur ipsorum, *Θεοφάνους ἁμαρτωλοῦ* vice, *τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν* substituendum ratus sum. ms codex ex quo reliqua, nulla mutatione inducta, desumpsi, regius est, manu fideli, antiqua, et probata exaratus, et ad Leonis grammatici, qui Theophanem sequitur, ut Theophanes Georgium Syncellum excipit, comparationem inspectus ex Amanuensis testimonio, ante annos sexcentos et amplius descriptus agnoscitur. asserti huius argumenta protulimus ad Georgii Syncelli praefationem.

3, 2. *Θεοφάνους*] non unus Theophanes historiae Romanae vel Byzantinae scriptor, aut etiam praesentis operis auctori coaevus, vel suppar. antiquissimus est Mitylenaeus Pompeii M. in bellicis expeditionibus miles, et gestorum testis ac praeco, a Vossio de historicis Graecis lib. 1 cap. 23 memoratus. secundus poeta, cuius paucos versus anthologia exhibet lib. 3 sect. 3. alter Byzantius Theophanes Iustini secundi bellum Persicum, Romanasque res, suo, id est, Iustini tempore, olim visas, libris decem, quos Photius perlectos memorat, scriptis consignavit. quartus hic auctor noster, etiam Byzantius Byzantinae historiae a Diocletiano ad Michaelem Nicephori generum scriptor, Georgius nomine, cognomine Theophanes, quod Georgii Syncelli familiaris extiterit, et eius chronographiae continuator, perperam Vossio, aliisque non indoctis viris, lib. 2 cap. 24 nuncupatus. alius iterum hoc nostro Theophanes iunior Nicaenus episcopus Theodori frater, et cum eo sanctorum imaginum cultus defensi, ab impio Theophilo reus pronunciatus, *κεντητῷ μέλανι* litteratus, ingenii fideique monumenta reliquit laudatissima, a Possevino recensita. Coaetaneus alter Theophanes, et monachorum (haud nominatorum) praepositus sub Michaele Theophili filio, cuius opus in Nicephori patriarchae exilium, et reliquiarum eius translationem refert Metaphrastes, et ex eo Surius martii die decimotertio. septimus Theophanes eiusdem cum Basilio Macedone Michaelis successore temporis, Cerameus est, ille Tauromenitanus praesul: de quo accurate, qui opera eius in publicum evulgavit, Franciscus Scorsus. alium rursus amicus et litterarum amans Leo Allatius suggerit familiari epistola ex Ioannis cuiusdam magnae dei ecclesiae diaconi et rhetoris scripto *εἰς τὸν βίον Ἰωσὴφ τοῦ ὑμνογράφου.* eius verba haec. *Θεοφάνει μὲν οὖν τινὶ τοῦ ἱεροῦ πρεσβυτερίου ἠξιωμένῳ, καὶ τῷ καταλίγῳ ἠριθμημένῳ τῶν μοναχῶν ὁ βίος τοῦδε τοῦ μακαρίου πεπόνηται. οὐ μὴν ἀλλὰ παρέδραμε τοῦτον πολλά, ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐκείνῳ συνεξυφάνθη τὸ πόνημα· ἀμέλει καὶ οἷς ἐκεῖνος τοῦ μάκαρος*

τοῦδε τὸν βίον ἐσμίκρυνεν, ἐν τούτοις ἡμᾶς ἐπὶ τὸ εὖρος τῆς διηγήσεως προεβίβασεν. *Theophani sane cuidam sacra presbyteri dignitate provecto, et monachorum gregi adlecto Beati huius vita elaborata est. verum quam multa ille praeteriit: quod opus nimia quadam festinatione, nec morose satis contexuerit. in quibus tamen Beati huius vitam contraxit, ut spatium per amplius narrationem protenderemus, in iisdem ille nos promovit.* iam quod ex istis non unus Byzantinam tractavit historiam, primus videlicet, tertius, quartus, sextus, et ultimus; nec unicus sacras laudavit imagines, quartus, inquam, et reliqui; vel pro earum veneratione tuenda certamen inierit, velut quartus, ac quintus; ut alterius vice unus nonnunquam adduceretur in medium, et quae uni gesta vel scripta, tribuerentur alteri, non difficile contigit. quid enim Theophani magis simile, quam Theophanes? Mitylenaeus ille Romanam, Byzantius, qui inter nominis huius scriptores tertius, Romanam pariter, diversi licet temporis, contexit historiam. Byzantius idem tertius, cum nostro pariter Byzantio, Byzantinas res tractat. sextus et octavus privatorum vitas scribunt, quarum lectio ad Byzantinorum notitiam accedit. Nicaenus praesul Theophanes ad instar Byzantii, qui tertius, sacras propugnat imagines. hinc incerta, perturbataque huius et alterius cognitio, imo summa inter eos confusio, et vix constituendum discrimen: adeo ut qui paucos recensuit, et distinguere tentavit Vossius, Byzantium nostrum annis 30 superiorem, et iam mortuum cum Theophane presbytero, et praeposito Nicephori praecone se confudisse non animadverterit. eundem nunc nostrum ex paritate cum reliquis conferam? nomen, studia, religio, pietas, vitae professio, labores, quae in aliis certa varietatis indicia, in istis similitudinem obtinent, et discrimen auferunt. dicam Theophanem hunc nostrum ex diversis gestis in duos Baronio divisum ad annum Christi 816 num. 1 et Andreae Scorso prooemii secundi sect. 1 in Theophanem Cerameum? ipsi, quod mirandum, eloquuntur, et errorem, cum ex Theophanis eiusdem nostri vita, tum ex succedente nota convincendum, demonstrant. sane Theophanis ipsius vita, gestaque variis ex auctoribus collecta, sub conspectum posita, quod ipsum inter reliquosque intercidit, discriminis indicia proferunt. tantum, quae in illis haud leviter praetereunda, lector non incautus mecum haec observabit. 1 vitae Theophanis a Metaphraste, vel ex Baronii iudicio a Theodoro studita conscriptae versione Latina, eundem *Isaacium* quoque dictum, ex linguae Graecae inscitia, affirmari apud Baronium a. C. 777 num. 3 et 816 num. 1. lecto quippe vitae programmate, Θεοφά-

Digitized by Google

νους, τοῦ Ἰσαακίου βίος, reddidit interpres; *Theophanis, qui et Isaacius dictus est, vita;* cum vertere debuisset, *Theophanis Isacii F. vita.* ut enim a filio patris nomine vocando penitus abhorrent Graeci, ita a verbis hisce, *οὗτος πατρὸς μὲν ἔφυ Ἰσαάκ*, eius vitam Menologium orditur, et Isaacium pariter eius patrem laudata versio memorat. 2. Theophanem circa Christi annum, ut ipse numerat, 744 ut melius alii 751 vel 752 Constantini Copronymi duodecimum autumni tempestate natum: qui namque anno 755 ex propriis nempe calculis, ex probatioribus 763 et Copronymi 23 ingentem glaciei molem mari supernatantem cum aetatis eiusdem pueris triginta Constantinopoli ludibundum conscendisse (qui aetatis illius ludentium puerorum mos agnoscitur) de seipso scribit, duodennem circiter se tunc extitisse lectori coniiciendum suggerit p. 365. 3. duodennem iniisse coniugium (quod Romanis legibus masculo nondum licet) falso, ut videtur, in Menologii textu asseri. 4. erronee pariter aetatis annum vicesimum primum numerasse Theophanem, Leone quarto Constantini F. mortem oppetente, ibidem legi: quadrimulus enim (ante Leonis videlicet annos quinque, et Constantini duodecim) cum sociis triginta mobilem et fluctuantem ponto glaciem nec ausus ipse, nec ab astantibus in CP. portu superscendere permissus fuisset. 5. eundem modo Agri, modo Sigrianes praepositum Theophanem vocari, qui non unus, sed quasi hic ab altero diversus, scribitur a Baronio ad annum C. 814 num. 31 et 816 n. 1 de quo nota mox subiungenda. 6. confessionis suae palmam in coelo Theophanem nostrum Leonis Armeni imperantis anno 5 Christi 818 excepisse: cuius asserti adversus memoratum Baronium haec demonstratio certissima. imperii anno secundo iam completo, Nicephorum patriarcham sanctissimum, throno et urbe extorrem, in praeconesum agi iussit impius Iconoclasta. Leo Armenus, ex Leonis grammatici verbis hisce: *ὁ δὲ Λέων μετὰ δύο χρόνους τῆς αὐτοῦ βασιλείας μανείς, καὶ τὸν στέψαντα αὐτὸν θεῖον Νικηφόρον ἐξορίσας Θεόδοτον πατριάρχην ἀντιχειροτονεῖ.* ipse Leo aliquibus diebus iam salutatus imperator, Nicephoro diadema capiti imponente, tyrannidem invaserat anno Christi 814, Iunii die 12, indictione septima, prout Baronius, et anonymus Graecus Leoni grammatico eodem codice regio sub numero 713 coniunctus affirmant, nonnihil a Theophane nostro variantes. declaratus imperator varia fortuna, cum Crummo principe Bulgaro ad anni sequentis paschalem tempestatem, eodem anonymo praelia describente, decertat, nec circa religionem, in quo Baronius hallucinatur, quicquam innovat. anni 815 et indictionis octavae, ineunte vere, Crum-

Digitized by Google

mus moritur. οὔπω ἔαρος καταλαβόντος, ὥς φασί τινες διασωθέντες τῆς αἰχμαλωσίας ἀπὸ Βουλγαρίας περὶ τὴν μεγάλην πέμπτην ὁ Κροῦμμος ὁ περίφημος, ὁ τὴν πόλιν ἑλεῖν βουλόμενος τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο. belli Bulgarici cura Leo liberatus, irreligiosum in sacras imagines dentem exerit, et virus eiaculatur: καὶ λοιπὸν μετὰ τοῦτο λαβὼν εὐκαιρίαν ἤρξατο πορθεῖν τὴν ἐκκλησίαν, δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ περιεργαζόμενος κατὰ τῶν θεοῦ κριμάτων. propositi consortes impii rebus novis animum simul adiiciunt, eiusdem anni Pentecostes festo, et mense Iulio coepta promovent: ἀρξάμενοι ἀπὸ τῆς Πεντεκοστῆς οἱ περὶ τὸν Ἰωάννην καὶ τὸν Ὑλιλᾶν σωεύειν τὰ βιβλία, τὸν δὲ Ἀντώνιον προσελάβοντο ἀπὸ τοῦ Ἰουλίου μηνός. Leo de imaginibus profligandis Nicephoro patriarchae propositum aperit, mense Decembri: περὶ τὸν Δεκέμβριον μῆνα δηλοῖ τῷ πατριάρχῃ ὁ Λέων· ὅτι ὁ λαὸς σκανδαλίζεται διὰ τὰς εἰκόνας. ad quadragesimae finem anno 816 indict. 9 Nicephoro tendit insidias, et sede abdicat: ὁ Χαμαιλέων (Λέων) παρασκευάζει λάθρα διά τινων τοὺς στρατιώτας ἀνελθεῖν εἰς τὸ πατριαρχεῖον, καὶ συρτὰ καταβάσαι (καταβιβάσαι) αὐτόν. ἦν δὲ παρέκβασις τῶν νηστειῶν. infra: βαλόντες ἐν ἀκατίῳ ἔρριψαν πέραν εἰς Χρυσόπολιν. festis tandem paschalibus celebratis, Theodotum Haereticum in Nicephori locum substituit: καὶ λοιπὸν μετὰ τὸ πάσχα ποιεῖ σύνοδον, καὶ καθίσας τὸν Θεόδοτον. paucis postmodum diebus Theophanes anno eodem 816 oppugnatur, ait eius vitae scriptor, et post carceris annos duos, id est Christi 818 mittitur in exilium, quo diebus solis tribus ac viginti deportatus, laborum vitaeque terminum attigit. his perspectis, quae Baronius loco memorato, et ad annum C. 814 num. 1 scripsit, ruere penitus, et everti conspiciuntur.

3, 3. ἡγουμένου τοῦ Ἀγροῦ] Σιγριανῆς quoque ἡγούμενος a nonnullis assertus idem noster Theophanes, qui a Baronio, ceu Agri praefectus, ab eo qui Sigrianes audit, diversus aestimatur ad annum 816 num. 1. idem tamen Ἀγροῦ et Σιγριανῆς ἡγούμενος Theophanes, monet familiari epistola litteris omnibus excellentissimus Allatius. Sigriane enim Asiae regio ad Cyzicum ὁ Ἀγρός, qui et μέγας Ἀγρός, privatus regionis locus. Sigrianos montes in Asia locat Ortelius in lexico. auctor vitae Theophanis, post eius in dictam urbem Cyzicenam adventum: *ad magnum*, inquit, *senem rediit, qui apud Sigrianem degebat in oppidulo, etc.* infra: *ad Sigrianae montem pervenit*: eundem Constantinus Porphyrogenneta titulo cap. 25 de administr. imp. et Nicetas Σιγριανῆς τῆς λεγομένης μονῆς οἰκιστὴν in Ignatii vita nuncupat: quem ve-

Digitized by Google

tus interpres *Sigriani monasterii sive Agriani conditorem* reddit. difficultatem tollunt menologii verba ad eius vitae compendium praemissa: *μνήμη τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Θεοφάνους τοῦ ὁμολογητοῦ τοῦ τῆς Σιγριανῆς, (ἡγουμένου) τοῦ ἐν τῷ μεγάλῳ Ἀγρῷ κειμένου. sancti patris nostri Theophanis confessoris, monasterii Sigrianes praepositi, in magno Agro iacentis, sive quiescentis memoria.* hinc in pseudophotianis analectis penes Allatium, *ὥς φησι Θεοφάνης ὁ ὁμολογητής, ὁ Μεγαλαγρίτης· ut Theophanes confessor Megalagrites, μεγάλου Ἀγροῦ* praepositum intellige, *testatur.* Ioanni ii quoque vitae scriptor apud Surium Novembris die quarto. *navigavit adoraturus sancti Theophanis tabernaculum, quod est in Sigriana. Ἀγρὸς* ergo, sive *μέγας Ἀγρὸς* Sigrianes extitit locus designatus, quo monasterium condidit, et ad quod post eius mortem corpus eius relatum: alia tamen monasteria in eadem Sigrianes regione a Gregorio Theophanis abbate gubernata, ex eius vitae serie observabis. advertes iterum Theophanem *ἡγούμενον τοῦ Ἀγροῦ Agri ducem,* et Vossio et Cedreni interprete, vocatum ineptissime: nisi forsan Alexandrum *exercitus abbatem* voluerint pariter nuncupandum. sic fabrilia sutores tractant.

3, 4. *χρονογραφία*] historica narratio cuius personae, gestaque singula percensita, ad tempus proprium, et annos, adde plerumque menses et dies, *κατὰ πλάτος* revocantur et reponuntur. hanc cum vulgo dicta *miscella* Baronius confundit ad annum C. 719 num. 20 his verbis: *auctor Theophanes, qui Graece scribit historiam illam, quae inscribitur miscella, et sub titulo Pauli diaconi errore circumfertur:* et ad annum 726 ad Gregorii papae epistolam nota prima pag. mihi 79. *Theophanes* (miscellam intelligit) *qui falso inscribitur Paulus diaconus.* auctorem historiae miscellae titulus ei praepositus agnoscit Landulphum Sagacem, qui eam ex Eutropio, Paulo Aquilegiensi diacono, et Anastasii bibliothecarii narrationibus collegit. postrema vero pars quantumvis ex Theophane, pleraque Latine ab Anastasio reddita contineat; miscellam tamen integram, Theophani velut auctori germano, ex litteratorum sensu nusquam ascripserit.

Ibid. 5. *ἀρχομένη ἀπὸ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ*] cuius causam assignat auctoris ipsius prooemium mox subsecuturum.

Ibid. *ἕως δευτέρου ἔτους Μιχαήλ*] Cedreni Synopseos historicae prooemio scribentis, *ὁ ὁμολογητῆς Θεοφάνης ἄχρι τέλους Νικηφόρου τοῦ ἀπὸ Γενικοῦ κατήντησε, confessor Theophanes ad Nicephori exgeneralis finem historiam dedu-*

Digitized by Google

xii, codicem annis duobus, et historiae calce mutilum fuisse constat: a Diocletiani quippe primordiis ad Michaelis Curopalatis abdicatum imperium annos supra memoratos viginti octo supra quingentos, Theophaneum hoc opus enumerat: Anastasius vero bibliothecarius Theophanis pene suppar interpres, et saeculis integris Cedreno superior iisdem verbis et temporibus, quibus Theophanis hoc exemplar, hoc est, ad depositum a Michaele principatum, una cum miscella eum secuta, susceptam finit historiam. Baronius ad annum C. 813 num. 8 *ad diem usque captae civitatis Adrianopolis Theophanes perducens historiam, eidem finem imposuit: nec est ut dici possit historiam intercisam esse, quod auctor perorationem nullam (ut moris est) apposuerit. siquidem Anastasius, qui in Latinum eam transtulit, testatur usque ad Leonem, qui successit Michaeli, ipsum eam scriptionem perduxisse. cur autem reliqua imperii Leonis non sit prosequutus, persequutio ab eo excitata, qua est vexatus ipse Theophanes, in causa fuisse videtur.* Theophanem a finita scriptione, anno quinto obiisse superius annotavimus.

3, 7. *τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ ͵εψοζ τοῦ κόσμου*] annus a mundi conditu 5777 in Diocletiani primum incurrens a Christi natalitiis 277 ab auctore Theophane numeratur succedente p. 4 statim ad aetatum ibidem descriptarum limen. iidem vero numeri, tam a mundi videlicet, quam a Christi ortu, ipsi sunt quos Georgii Syncelli chronographia collegit, quosque illius continuator Theophanes impraesentiarum sequi se tacitus profitetur. eam temporis et numerorum mensuram nota succedens examinat et illustrat. interim quae verborum iuxta diversos codices mss varietas, quis defectus aut excessus fuerit observatus, ne forte discessu a regio exemplari damnetur hic expressus titulus, operae pretium fecero, si diligenter exponam. regium post verba iam adducta scribit: *χρονογραφία ἐτῶν φκη' ἀρχομένη ἀπὸ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ, ἕως δευτέρου ἔτους Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου υἱοῦ αὐτοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ ͵εψοζ ἔτους τοῦ κόσμου, ἕως ἔτους ͵ςτκα' κατὰ Ῥωμαίους ͵ςτκα'.* Barberinus codex recentissima quidem manu exscriptus, at cum Vaticanis tribus et quarto palatino comparatus, bonique publici gratia ab Emin. Cardinali, Urbani VIII nepote, Parisios urbane transmissus, aeque corrupte legit: *χρονογραφία ἐτῶν ἀρχομένη ἀπὸ πρώτου ἔτους Διοκλητιανοῦ ἕως δευτέρου ἔτους Μιχαὴλ καὶ Θεοφίλου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ͵εψοζ ἔτους τοῦ κόσμου. ἔτους ͵ςτκα' κατὰ τοὺς Ἀλεξανδρεῖς, κατὰ δὲ Ῥωμαίους ͵ςτκα'.* ita Vaticanus sub numero 979 nisi quod *Θεοφίλου* vice, reddit *Θεοφυλάκτου*. qui sub 154 *χρο. ἐτ. φκη' ἀρχ. ἀπὸ πρώτου Μιχ. καὶ Θεοφίλου*

Digitized by Google

υἱοῦ αὐτοῦ τοῦτ' ἔστιν ἀπὸ εψοζ ἔτους τοῦ κόσμου, ἕως ͵ςτε' ἔτους κα. τοὺς Ἀλ. κατὰ δὲ Ῥωμαίους ͵ςτκα'. sub num. 155 cum Barberino praeter unum et alterum nullius momenti verbum convenit. correctissimus omnium, quem idcirco regio deserto, invitus licet sequor et exprimo, Peyrezianus est, dilectae videlicet ac sacerrimae litteratissimi viri D. Peyrezii bibliothecae reliquiae a clariss. D. Petro Puteano, cuius viventis animum Apollo exornavit, mortui nunc nomen colit Mnemosyne, apud me depositae: is, inquam, ceu praeter omnes emendatissimus, et cum palatino pariter probato 979 consentiens, ne aliorum naevos operis facies statim exhiberet, qui mentem auctoris fideliter in titulo referret, ipseque cum fide redderetur, dignus est habitus.

3, 8. *κατὰ τοὺς Ἀλεξάνδρεῖς, κατὰ δὲ Ῥωμαίους*] quam diversi penes Graecos ab orbe condito ad vulgarem Christi natalem diem annorum numeri chronologiae sincerus illustrator Petavius recenset de doctrina temporum lib. 9 cap. 2, et cultissimus Allatius ad Eustathii Hexaëmeron pag. 250 et seqq. in tres porro summas, quae omnium spectatissimae, discrimen quodcumque extitit, abiisse dignoscitur. tres itaque Graecorum computos, annorumque aeras tres praecipuas eruditi celebrant. trium prior ab orbe condito ad Christum ex Virginis utero natum annos numerat 5493. secunda a mundi ad Christi diem natalem annos 5501 computat. inter utrumque limitem, annos 5508 recenset postrema. primae auctor Panodorus monachus Aegyptius, cuius scripta Georgio Syncello familiaria, ac frequentius momorata. secundae forsan Africanus, quem Anianus, sanctus Maximus abbas et confessor, Georgius Syncellus, et eius coaetanei, S. Nicephorus patriarcha, nec non Theophanes noster sequuntur in numeris. inventor tertiae nondum compertus, licet antiquus; illam quippe velut receptam adhibet chronicon Alexandrinum, et usitatam refert canon tertius Trullanae synodi anno Christi 691 secundo coactae, quae, quo celebrabatur, annum putabat, post Christi nimirum natalem et mundi 5508 ex adiunctis 691, qui collectus est, mundi 6199 eandem in officiis ecclesiasticis Horologio maxime, cyclo paschali construendo manibus versat ecclesia Orientalis, prout Graecorum iureconsulti secundum illam imperatorum edicta consignant in Basilicis. primam aeram Antiochenam appellant aliqui, apud Petavium ad auctarium de doctrina temporum lib. 8 cap. 1, secundam Aethiopicam, tertiam Alexandrinam: quarum appellationum fides stat penes auctores. *Scaliger*, scribit laudatus Petavius, *ad excerpta Maximi primam nominat Lunarem; mediam, Orientalem; postremam, paschalem*;

Digitized by Google

vocumque origines disputat lib. 5 *de emend. temp.* confutatus tamen et convictus lib. 9 de doct. temp. cap. 5 reliquisse monet idem Petavius. meliora, ni fallor, suggero: a Panodoro Aegyptio institutore primam nuncupari Alexandrinam: alteram, quod ei proximior existat, ac pene assequatur, Alexandrinae pariter nomen sortitam: tertiam Constantinopolitanam, sive Romanam. quod CP. quae nova Roma est, et Romani quondam imperii caput effulsit, primum inventa, totum Romanum imperium deinde pervagata sit, et in eo, ut citatus canon Trullanus confirmat, auctoritatem communiter nacta fuerit, lubens assentior. sententiam probat Petavius auctar. lib. 8 capite 1 pag. 293 D verbis huiusmodi. *Graecorum computorum prior et antiquissimus annum eum, qui primus est aerae nostrae, numerat ab Adamo* 5493 *posterior* 5509 *nec plures* (de quo mox sermo) *Graecorum computistae memorant: qui priorem vocant κατὰ Ἀλεξανδρέας, nos Alexandrinum appellemus: posteriorem κατὰ Ῥωμαίους, nos Constantinopolitanum a nova Roma nominemus. ita Theophanes,* quem tamen loquentem haud ibi, sed inferius adducit Petavius, *non uno loco.* haec primo capite: mox quinto aeram secundam memoraturus. *Alexandrinum,* ait, *computum in paschali sua methodo tenere se Maximus ostendit capite* 32, *cum annum incarnationis ac natalis Christi testatur fuisse* 5501. Theophanes vero noster, qui secundam illam aeram Africanum, Maximum, Syncellum imitatus observat, eandem hic κατὰ Ἀλεξανδρεῖς indigitat, eandemque rursus sub eadem voce refert explicatius pag. 345 et 346 de Leonis Isaurici morte loquuturus. *ἔτος ἦν ἀπὸ μὲν κτίσεως κόσμου κατὰ Ῥωμαίους ϛσμη', κατὰ δὲ Αἰγυπτίους, ἤγουν Ἀλεξανδρεῖς ϛσλβ'. erat quidem annus a mundi conditu iuxta Romanos* 6248, *secundum Aegyptios vero, Alexandrinos intellige,* 6232. verumenimvero quod secunda, velut prior, Alexandrina nuncupetur aera Petavius expositurus, illam in hanc refundi, adeoque separatam et distinctam non constituere, duplicemque tantum, non triplicem exurgere, nominibusque solis duobus numerandam contendit de doct. temp. lib. 9 et auctar. citati lib. 8 insignioribus primis capitibus: et indicia quidem ac coniecturas plures in medium profert, causam quae plane convincat, nullam. haec vero legitima ad Syncellum prius observata ex eius numeris mihi deprehenditur. praeter Panodori Alexandrinorumque aeram Syncellus, imo Anianus monachus, etiam Aegyptius, propriam ad annos ulteriores septem vel octo prorogaturus, a prima, quae natalem Christi anno 5493 consignat, haud multum deflexit, eodem ad 5500 vel 5501 semoto: eam ob rem ut Alexandrinae nomen a Panodoro, sic

Digitized by Google

pariter Alexandrinae ab Aniano nomen aera utraque potuit obtinere. verum ne hac sola coniectura arioler: gravissimi ponderis, neque irritandi roboris translatae appellationis argumentum est, quod Syncellus, qui aeram secundam usurpavit, et ad Christi natalem annos septem vel octo supra Panodorum adiecit, statim numero pares rescidit, et ex impp. aetatibus, nec non patriarch. et satrap. totidem resectis, primam tandem aeram ab anno mundi 5493 et alteram a 5501 fluentem concordes inter se et aequali gressu procedere compulit. annos imperatorum aetatibus detractos Syncelli chronologia aliis comparata, me tacente vociferatur: detractorum indicium et exemplum solis ipsius radio describo. Diocletiani tyrannis ad annum a mundi conditu 5777 ex Syncelli computo, et Theophanis pag. 4 reponitur, eademque post Christi aeram anno 5500 et 5501 consignatam, annos ex Syncello et Theophane citatis numerat 277, eandem tamen a Diocletiano tyrannidem arreptam annis 7 vel 8 posteriorem asserit chronologorum vox communis, et ad Dionysianae aerae 284 et 285 alligat. annos igitur septem vel octo a Christi natalitiis ad Diocletianum imperantem, in Syncelli, Theophanis et consortium calculis detractos nullus negaverit. adde iam ad Panodori aeram 5493 aerae Christi Dionysianae annos 284 summam procul dubio colliges 5777, haec vero est, quam a mundi conditu ad Diocletianum Syncellus, Theophanes et alii aeram Graecorum secundam amplexati subducunt. aera igitur secunda recurrit in primam, nec minus quam prima, Alexandrinae meretur nomen: et secunda haec rursus a prima 7 vel 8 annis, et a tertia pari spatio circa Christi natalem dissita; postquam facta detractione in primam refusa est, prout prima annis quindecim vel sexdecim a tertia dividebatur; ab eadem tertia non absimili annorum 16 intervallo disiuncta cognoscitur: quae causa est, ut aeram secundam, et Christi natalem ad annum 5501 repositum, scribens Theophanes, adeoque aera prima et computo 5493 annis tantum octo posterior, et annis totidem Romanorum aera, quae tertia anterior, annis ante Diocletianum septem mutilatis, aeram suam aeque ac primam annis 15 vel 16 tertiam praecedere affiirmet, et Michaelis Curopalatis annum secundum in annum a mundi conditu *κατὰ Ἀλεξανδρεῖς* 6305, *κατὰ Ῥωμαίους* 5321 incidere doceat. numerandi rationem istam repetit et confirmat auctor de Anastasii inauguratione tractans pag. 117.

5, 1. *τὰ ἐλλείποντα ἀναπληρῶσαι*] imperii Romani, et ecclesiae, hoc est sedium eius praecipuarum quinque historiam per annos et tempora concinne digestam describens Georgius

Digitized by Google

Syncellus, vita consiliique successu infeliciter excidit. eamobrem Romanorum impp. gesta suis temporibus et annis distributa describere Theophanis, qui Syncelli propositum ad exitum deducere suscepit, animus est. verum ut ecclesiae rebus imperii res coniunctae, et imperii Romani thronus ad Orientis oras, id est, Byzantii positus, Persarum et Saracenorum aemulum nactus est principatum: hinc Theophanes Romanam historiam prosequuturus, Persarum et Arabum, patriarcharumque primas orbis sedes obtinentium, nomina, aetates, facta, per chronographiam istam ordine bono enarrata percenset.

7, 1. *χρονογραφία*] nonnullis de auctore, fine, et operis huiusce subiecto hucusque praemissis; iam quae circa opus ipsum, lector, edoctum te cautumque volo, paucis evolvo: tibi semel monito operis totius decursu, pluribus exemplis et locis eadem haec recolenda non excidant. 1. brevi facile composito, at non admodum expolito, quinimmo plebeio pene ac vulgari stylo historiam hanc a Theophane digestam: 2. hinc tibi trita, nec palatio, Amboni sacro, vel foro cognita vocabula; sed ex compitis et incultae plebis ore collecta occurrere mirari desines: ea vero chronographiae parte usurpari, cuius tempore in usum fuerunt inducta, certa coniectura non habetur apud me alienum. 3. inemendatum ad grammaticae leges, imo soloecis barbarisque dictionibus textum non raro interpunctum auctori velim ascribendum: sic enim mentem, verborum ambage seposita, significantius exprimendam sibimet suasit: quod tamen recta scribendi ratio, quam dicunt orthographiam, quandoque reprehendat, Amanuensium hallucinationem et errorem non diffiteor; quo relicto, et inemendato, ex fide ad ms exemplar commendationem potius, quam ex correctione ad grammatices praecepta, laudem mihi proposui sectandam. quod nihilo secius iubet illa reparandum declarant annotationes, vel emendant alii codices in variis lectionibus producti: nonnihil ego pro scholiastae licentia interpolo, ex quibus reliqua facilius mente restituenda. 4. verborum lacunae, et quae desiderantur, sententiarum patent hiatus, sed non intolerandi, ceu qui mss in omnibus extent, vel mentis iudicio, sive labore queant reparari. 5. repetitiones fateor, eiusdem rei penitus inutiles, et quae semel dicta sufficerent, eundem in locum bis ingesta illubentius perfero. 6. rerum gestarum metatheses non praetereundas, infrequentius licet, animadverto; et ex historiae tantum fide, non ex temporis accurata recensione plura narrari: quod est, historicum ubique, at non chronographum semper se gessisse Theophanem. 7. temporis canonium, et

Digitized by Google

expressas in eo personas cum historia ad canonium idem subiecta, non consentire frequenter manifesto in annotatis: ut cum ad Damasi annum quintum Iulii pontificis obitum, et liberii promotionem una legimus connecti. 8. anni unius gesta in alium quandoque reponere, cum accuratis etiam historicis Theophanis lapsus communis est. 9. cum aliis pariter commune, ut uno more, unoque sono virorum et locorum proferenda nomina, ipse nonnihil immutata pronunciet, ut Artaxer, Artaxerxes vice, etc. hunc modo Constantium, Maximinum; modo Constantinum, Maximianum; illum hic Euphemium, ibi Euthymium; eundem Iudam et Eaudam vocet, de quo lectiones variae, et annotationes nonnunquam. 10. hinc cum textu Graeco non consentit in nominibus plerisque versio, et haec illum corrigere non veretur. 11. et ubi nullum vel perturbatum textus exhibet sensum, versio restituat, et planum reddere conetur. 12. ex diversis et adversis auctoribus de eodem, raro licet, ponit contraria; ut de Elia Hierosolym. et CP. Macedonio praesulibus, quae loco proprio revocantur in concordiam: verum qui dormitantem patitur Homerum, Theophanem lapsum non eriget, aut eius errorem in aliis non corriget? 13. cum nimirum succedentes, et ad invicem cohaerentes numeros in sequiores transponit annos, seu etiam coniunctos annos in dissita canonia desultorie transfert, quae ἀναρίθμησις pag. 6 et 7 statim occurit. 14. aut eidem viro nunc pauciores, mox plures diversis canoniis assignat annos, quod in Damasi pontificis aetate non uno loco, nec unico ms non sine stupore observatum est. 15. vel cum viri eiusdem pauciores anni plura occupant canonia; quem errorem deductae per canoniorum loculos Demophili pag. 49 et Artaxerxis pag. 51 aetates non obscure arguunt. 16. aut cum summa quaepiam aetatis aequales loculos sive canonia, quibusdam omissis, non accipit: quod plane coacto et invito, ex manu exaratis in Athanasio pag. 23 et seqq. exscribendum fuit. 17. vel denique numero anni eiusdem repetito, in annorum seriem totam (quod Athanasii, Demophili et Artaxeris canoniorum probat inspectio) confusio infertur haud mediocris. 18. emendationem superat omnem Rom. episcoporum nomen frequentius omissum, et aetas a pag. 208 auctori penitus ignota. 19. Alexandriae quamvis et Antiochiae pontificum nomen, aetatemque in haereseos admissae odium et horrorem, post historiae umbilicum ab eo praeterita existimem. 20. errorum sane huiusmodi, si causam diceret, non aliam, me coniectore, quam variorum auctorum sententiam, numerosque varios sequutum, opusque proprium, urgente persecutionis necessitate non recensuisse, proferret.

Digitized by Google

7, 7. *κόσμου ἔτη ͵εψοζ*] Georgii Syncelli continuator Theophanes eius numeros a mundi conditu ad Christi ortum observat: et a Christi rursum die natali ad Diocletiani tyrannidem, quot annos ille posuit, 200 nimirum et 77 ita pares hic exscribit.

Ibid. 9. *Ἀραρενχής*] Syncello dictus *Οὐράκης* et annus eius primus ex eiusdem calculo ad mundi 5768 devincitur.

Ibid. 10. *Γαῖος*] is apud Syncellum 5771 in pontificem inauguratur.

Ibid. 11. *ὑμεναῖος*] cuius annos 12 duntaxat numerat Syncellus, et eorum primum ad mundi 5764 alligat.

Ibid. 12. *Θεωνᾶς*] huic octodecim assignat, primum ad mundi 5767. Alexandriae praesulum annos apud Theophanem et Abrahamum Ecchellensem diversimode recensitos reperies.

Ibid. 13. *τύραννος*] nondum Syncello recensitus: apud quem Cyrillus anno 5768 pontifex institutus, praesente 5777 ex annis 15 sibi attributis decimum numerare cognoscitur.

8, 3. *τῷ τετάρτῳ αὐτοῦ χρόνῳ*] ante annum Diocletiani quartum, quae auctoris est sententia, a chronico Alexandrino anno uno discrepans, Maximianum Herculium *κοινωνὸν τῆς αὐτοῦ βασιλείας, imperii collegam*, renunciari vix potuisse, rerum utrique gestarum relatu mihi compertum est. Diocletianus Persica expeditione confecta, Chalcedone, ita chronicon Alexandrinum, salutatur imperator; Nicomediam mox digressus, Thraciam inde occupat, et in Moesiam se confert, in qua, Flavio Vopisco teste, multis proeliis cum Carino de potestate dimicans, ultima tandem pugna apud Murtium commissa, victor remansit. nunciato in Galliis Carini discessu, Helianus et Amandus, excita manu agrestium et latronum, quos Bagandas incolae vocant, agris late devastatis, plerasque urbes tentant. Diocletianus, ut scribit Eutropius lib. 9 ad subigendos eos Maximianum Herculium Caesarem misit, qui levibus proeliis agrestes domuit, et partem Galliae reformavit. post haec tempora, subdit idem Eutropius, Carausius tyrannidem affectavit, et Britannias occupavit. ita cum per omnem orbem res turbatae essent, Diocletianus Maximianum Herculium ex Caesare fecit Augustum. quare cum *anno minus*, verba sunt Aurelii Victoris, *potentia fuerit Herculio*: iis, non nisi secundo Diocletiani anno, Caesar promoveri potuit. designationi successit expeditio susce-

Digitized by Google

pta, iter in Gallias, cum Bagandis pugnae. Galliae reformatio, in Carausium excita rebellione conatus, quae quis anno unico asseveret confecta? concludit Gordonius: aliqui etiam nunc Caesarem tantum, et post biennium, ab accepta nimirum Caesarea dignitate, Augustum autumant creatum. favet Theophanis sententiae Idatii testimonium, quod tamen excipit eruditissimus Petavius lib. 11 de doct. temp. cap. 31.

8, 6. *Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανός*] non quod coniunctis armis, sed quod utriusque consensu haec gesta, de quo nota inferior tertia.

Ibid. 7. *Ὀβούσιριν καὶ Κόπτων*] qui Theophanem nostrum plurima ex parte transcripsit Cedrenus, *Βούσιριν καὶ Κόπτον* legit: idem Zonaras. vide notam seq.

Ibid. 10. *Διοκλητιανὸς καὶ Μαξιμιανός*] in Diocletiani annum octavum conciliatus huiusmodi nuptias coniecit Petavius lib. 13 in nonum chronicum Alexand. et Pomponius Laetus. *undecimo anno ex quo Constantius Caesar est factus, occubuit.* hinc autem ad Constantini annum primum anni numerantur undecim. chronicum Alexandrinum Theophani lucem praefert ad Diocletiani annum 9 et tum Maximianum Iovium, tum Constantium XII kal. Iunias. Nicomediae Caesares elevatos testatur. Diocletiani filiam vocat Valeriam pag. 8.

Ibid. 18. *Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος*] Petro martyri inter patriarchas 17, pontificatus annos Abraham Ecchellensis numerat decem, et dies 333.

Ibid. 19. *Ἀλεξανδρεία σὺν τῇ Αἰγύπτῳ*] Pomponius Laetus. *erat Iovius*, Diocletianus, *in Aegypto: qui eversis duabus urbibus, superato Achilleo, pacaverat Aegyptum. urbes prope veteres Thebas positae erant, dites ac populosae, Busiris et Coptos. spem rebellionis augebat Achilleus, cuius consilio fere tota dissenserat Aegyptus: tandem caesis ubique auctoribus defectionis, intra novem menses quievit provincia seminarium religionum, in qua archisynagogi plurimum auctoritatis habebant. Alexandria vero obsessa, et octavo mense capta est. imperator contentus optimatum caede, abstinuit a multitudine. Achilleus vero meritas luit poenas, feris oppositus, et dilaniatus: terra vero ubique caedibus potentium maduit.* caeterum quamvis Busiridis et Copti vastitatem ante annos sex auctor posuerit: causam potius exortam, rebellionem nimirum excitam, ab Achilleo deinde accensam intellexisse reor. Aegyptum etenim omnem ad officium novem solis mensibus revocatam scripsit Pomponius, et Eutropius lib. 9 his verbis.

Digitized by Google

Diocletianus obsessum Alexandriae Achilleum octavo fere mense superavit, eumque interfecit. consentit Eusebius in chronico, qui ad annum quoque Diocletiani decimum Alexandriam subactam refert: Busiridis licet et Copti devastationem ante solos tres annos collocet.

9, 4. *διωγμὸν μέγαν καὶ φρικωδέστατον*] Petri martyris et Alexandrini praesulis anno secundo, motam in Christianos persecutionem memorare forsan compulerunt haec Athanasii verba apolog. 2. *Πέτρος παρ' ἡμῖν πρὸ μὲν τοῦ διωγμοῦ γέγονεν ἐπίσκοπος, ἐν δὲ τῷ διωγμῷ καὶ ἐμαρτύρησεν. Petrus apud nos ante persecutionem episcopus, et in persecutione martyr declaratus*: Eusebii quoque lib. 7 cap. ult. *πρὸ τοῦ διωγμοῦ τρισὶν οὐδ' ὅλοις ἔτησιν ἡγησάμενος τῆς ἐκκλησίας. cum triennium prope ante persecutionis tempus in ecclesia gubernanda consumpsisset.* iis tamen auctorem non probe usum Athanasius et Eusebius ipsi sunt argumento, qui de saeviore altera a Diocletiano suscitata persecutione loquuntur: de qua auctor ipse ad Diocletiani annum 19.

Ibid. 7. *τὴν ὀκτάβιβλον*] de martyrum praeliis et laudibus ad ecclesiastica historia opus diversum.

Ibid. 10. *νεωτερισμοῦ γεγονότος*] iam ante annos decem, de quo S. Aurelius Victor, Eutropius lib. 9, Pomponius Laetus, et Egnatius: et nos ex illis no. 6 superiore: sed quod res tunc temporis innovatae, in pristinum statum, sub Diocletiani videlicet potestatem hoc tempore sint reductae, de illis auctor mentionem habet.

Ibid. 12. *ἀλλὰ καὶ Κράσσον*] Carausium auctores Latini nuncupant, cuius apud eos, Eutropium maxime lib. 9, historia fidelius refert. *a Maximiano iussus occidi purpuram sumpsit, et Britannias occupavit* etc. *ad postremum pax convenit. eum post septennium Allectus socius eius occidit, atque ipse post eum Britannias triennio tenuit: qui ductu Asclepiodoti praefecti praetorio est oppressus. ita Britannia decimo anno recepta est.* quare mihi correctius hic legitur: *ἀλλὰ καὶ Ἄλλεκτον Κράσσου τυραννίδος διάδοχον ἐπὶ τρισὶν* etc.

Ibid. 15. *ἐν δὲ ταῖς Γαλλίαις*] Galliarum locum, Lingonas; inter praelia duo spatium horis quinque minus: hostes non Alanos, sed Alemannos, eosque cum Eusebio ad 60, non 6 millia scribit Eutropius citatus, qui Allecti caedem, et Constantii victoriam in eundem annum recenset. *per idem tempus a Constantio Caesare in Gallia pugnatum est circa Lingones: die una adversam et secundam fortunam expertus est. nam cum repente barbaris ingruentibus intra civitatem esset coactus, tam praecipiti necessitate, ut clausis portis per*

Digitized by Google

murum finibus tolleretur, vix quinque horis mediis, adventante exercitu, sexaginta quinque millia Alemannorum recidit. idem Pomponius Laetus. Eusebius ad annum Diocletiani 13 in chronico.

10, 7. τῶν πέντε Γεττιανῶν] quinquegentianos uno verbo dixerunt scriptores infra referendi, quos auctor *Gentianos, quinque* numero, viros arbitratus est. eosdem *Gentianos* scripsit Pamponius Laetus. Maximianus *inde translatus in Africam Gentianos devicit, qui vix pacem impetrarunt. quinquagenarii et supra eum numerum annorum, hi milites fuere, qui Africam diripiebant, cupientes sibi regnum vendicare.* Eutropius lib. 9. *cum Africam quinquegentiani infestarent.* Aurelius Victor quinquegentanas nationes posuit. *eodem tempore Orientem Persae, Africam Iulianus, ac nationes quinquegentanae graviter quatiebant.* Egnatius. Diocletianus *Maximianum Gallis praefecit: eoque confecto bello in Africam adversus quinquagenarios transire iubet: utrobique sedati tumultus, Africanus certe aliquanto difficilius, quod quinquagenarii, et supra eorum annorum numerum veteranus miles ad obsequium tam facile redigi non poterat.*

Ibid. 8. συνῆν δὲ αὐτῷ] Eusebii opinionem lib. 1 de vita Const. capp. 13 et 14 sequitur auctor. fugae a Constantino arreptae causam eiusdem ambitioni Aurelius Victor imputat.

Ibid. 16. Οὐετήριος] *Veturium* scribit Eusebius ad annum Diocletiani 14, alii codd. *Venturium* legunt apud Pontacum: apud quem iterum de Veturio ad alios annos alii codd. narrant. eligat, inquit ille, lector, quod illi magis probabitur. caeterum magister militiae Hieronymo dicitur in versione, qui hic στρατοπεδάρχης.

Ibid. deest. deest] Alexandriae et Antiochiae praesulum anni praesente canonio non annotati defectum ad pag. 23 observandum inducunt.

Ibid. 17. Χριστιανοὺς ἤλαυνε] Cedrenus ἐξέβαλεν· reddo *exautoravit*: ideoque μετρίως ἤλαυνε, quia non vita, sed militari cingulo mulctabat.

11, 1. τούτῳ τῷ ἔτει Μαξιμιανός] de canonii praecedentis annorum defectu variae lectiones consulendae.

Ibid. κατὰ Νάρσεως] victoriam de Persis ad annum 14, triumphum ad annum 18 verius Theophane ascribit Eusebius in chronico: Cedrenus auctorem sequutus ad annum 17. at certe Narses ante annos sex vivis ereptus, Ormisdasque in canonio annos quinque iam regnans, auctorem deceptum ar-

Digitized by Google

gnunt. de bello illo Persico Aurelius Victor, Eutropius, Pomponius Laetus, qui etiam triumphi pompam describit.

11, 4. *Καλλίνικον*] *Gallinicum* ponit Eutropius, circa lib. 9 exitum.

Ibid. 19. *ἀρθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν πραγμάτων*] ista ab anno 9 sibi arrogasse Diocletianum scribunt, qui Eusebium sequuntur in chronico: ex victoriarum tamen tumore ita insolevisse testantur cum auctore Eutropius lib. 9 exeunte, et Pomponius Laetus, in Diocl. titulo de magnitudine imperii R. videndus est et Pontacus in notis ad citatum Eusebium, et Genebrardus in chronic.

12, 4. *Κωνσταντίνου δὲ τοῦ υἱοῦ*] haec historice non chronice relata: non enim ad hunc annum spectant, quae circa Constantii mortem gesta: de quibus inferius.

Ibid. 5. *τὰ Χριστιανῶν φρονοῦντος*] propter eam quae in Christianos ferebatur humanitatem, et quae de eo in eius vita refert Eusebius lib. 1 cap. 13. Constantium tamen Constantinum filium praecepta fidei docuisse, et exercendae erga Christianos clementiae rudimenta dedisse refert Photius cod. 256.

Ibid. 8. *μαντευσάμενος*] idem Eusebius cap. 14.

Ibid. 14. *Θεοτέκνῳ γόητι*] ista fusius narrata reperies apud Eusebium eccl. hist. capp. 2 3 4 et 5, at non Galerio Maximiano, sed Maximino, ac in aliud tempus, ascribenda. refer huc quae habet Nicephorus Callistus lib. 7 cap. 25.

13, 4. *προστάγματι βασιλικῷ*] ea mens est Eusebii ad annum Diocletiani praesentem: addit mense Martio in diebus paschae edictum emanasse. adstipulatur chronicon Alexand. a quo geminum agnoscitur edictum, primum in ecclesias, non multo post in sacerdotes aliud.

Ibid. 11. *ἐξ ἀνοίας*] Eusebius lib. 8 cap. 26 de Diocletiano testatur, *ὡς ἤδη τὰ τῆς διανοίας εἰς ἔκστασιν αὐτῷ παρήγετο.* adeo nimirum anno a persecutione mota secundo morbo laborasse: *ut mens inde de suo statu deturbaretur.* Constantinus oratione ad SS. coetum cap. 25. *διὰ τὴν τῆς ἀφροσύνης βλάβην μιᾶς εὐκαταφρονήτου οἰκήσεως καθειργμῷ ἐτιμωρήθη. propter vitium amentiae et delirationis unius abiectae mansionis ergastulo concredens se, poenas a deo luit.* continuatum ad eius mortem delirium, idemque mortis eius occasionem ibidem leges.

Ibid. 14. *ἐν Λυκαονίᾳ*] ita legunt cuncta exemplaria. Eutropius *Lucaniam* scribit. *concesserunt tum Salonas unus,*

Digitized by Google

alter in Lucaniam. eodem pacto historia miscellanea. Sigonius in vit. impp. abbas Ursperg. et alii. Zonaras. *Διοκλητιανὸς ἐν Σάλωνι πόλει τῆς Δαλματίας διῆγεν, ὁ δὲ Ἑρκούλιος ἐν Λουκανίᾳ. Diocletianus Salonis in Dalmatia, Maximianus in Lucania vitam egit.*

13, 14. *πρότερον τὴν ἐπινίκιον Ῥώμης ἐπιτελέσας πομπήν*] Pomponius Laetus. *triumphaverunt autem victoriosi et felices anno imperii decimo octavo.* reliquam triumphi pompam Pomponius idem prosequitur: qui Maximianum anno imperii 18 triumphasse, tertio ineunte cum chron. Alexand. ad imperium existimat assumptum.

Ibid. 17. *μετὰ ταῦτα δὲ ἀναχωρήσαντες*] ex Eutropio ista compendiose collecta nemo inficias ierit. *his igitur abeuntibus,* inquit ille statim in lib. 10 limine, *in administrationem reip. Constantius et Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus orbis, ut Galliam, Italiam, Africam, Constantius: Illyricum, Asiam, Orientem, Galerius obtineret: sumptis duobus Caesaribus. Constantius tamen contentus dignitate Augusti, Italiae atque Africae administrandae sollicitudinem recusavit. vir egregius et praestantissimae civilitatis, divitiis provincialium ac privatorum studens, fisci commoda non admodum affectans, dicensque: melius publicas opes a privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari. adeo autem cultus modici, ut festis diebus, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum eis argento ostiatim petito, triclinia sternerentur. hic non modo amabilis, sed etiam venerabilis Gallis fuit, praecipue quod Diocletiani suspectam prudentiam, et Maximiani sanguinariam temeritatem imperio eius evaserant. obiit in Britannia Eboraci,* etc. idem chron. Alexan.

14, 7. *βασιλεύσας ἔτη ια'*] Pomponius Laetus quasi ex auctore. *ex Theodora liberos suscepit, Constantinum, Anaballianum, et Constantium, ac Constantiam; undecimo anno ex quo Caesar est factus occubuit.* eo anno ex auctoris sensu quo Diocletianus et Maximianus imperio se exuerunt: imperii siquidem nono Constantius Maximiani gener, et Caesar declaratus fuit.

Ibid. 11. *ὁμοπατρίων Κωνσταντίνου*] ista cum annotatis ad pag. 15 comparanda.

Ibid. 18. *τὸν μὲν ἴδιον υἱὸν Μαξιμῖνον*] *θέσει, adoptivum,* non *φύσει,* naturalem utrumque scribit Pomponius Laetus.

Ibid. 19. *οἱ δὲ ἐν Ῥώμῃ στρατιῶται*] nisi abbreviaret, ad verbum auctor referret Eutropium lib. 10 ineunte. *Ro-*

Digitized by Google

mae praetoriani Maxentium Herculii filium, Augustum nuncupaverunt: quo nuntio Maximianus Herculius ad spem erectus resumendi fastigii, Romam advolavit: et filium Maxentium denudare conatus: inde ad Gallias profectus, dolo composito, moliens tamen Constantium reperta occasione interficere, qui in Galliis et militum et provincialium iam favore regnabat. detectis igitur insidiis per Faustam filiam, poenas dedit iustissimo exitu vir ad omnem asperitatem saevitiamque proclivus.

15, 8. *Εὐσέβιος δὲ ὁ Καισαρεύς*] his eccl. lib. 8 cap. ult. penes exitum.

Ibid. 12. *Γελάσιος δὲ ὁ Καισαρείας τῆς αὐτῆς*] Palaestinae nimirum de cuius scriptis Photius cod. 88 et Possevinus in apparatu. v. Gelasius.

16, 1. *Χριστιανικώτατος*] non solis Christiano dignis moribus, qui in Ethnico quovis altero possunt observari: sed nec baptismatis signo, quo nondum erat tinctus: solo itaque interno fidei symbolo, secretaque ad fidem palam profitendam propensione *θειότατος καὶ Χριστιανικώτατος* Constantinus. sane patrem eius Constantium *Χριστιανόφρονα* ab auctore ante duas lineas non immerito vocatum confirmat Eusebius de Constantini vita lib. 1 cap. 11, quem 16 *θεοφιλῆ, τρισμακάριον, εὐσεβῆ, καὶ φιλόθεον* celebrat. a fideli patre Constantinus ad idolorum cultum divertit? matri Helenae non adeo fidem, quam pietatem antiquam fuisse asserit Eusebius de vita Const. lib. 3 cap. 46. at sanctus Paulinus, qui eodem saeculo celebris in senatu fama clarebat, tum propriis, tum maternae fidei meritis eum imperatorem salutatum auctor est. epist. ad Severum 11 his verbis. *princeps esse principibus Christianis non magis sua quam matris Helenae fide meruit.* fidelis igitur mater fidem imperii *πρόξενον* filio coepit instillare, imo a puero ad pietatem instituisse testatur Baronius ad annum 315 num. 12, quamvis nec in ea plene instructus, nec in ea tuenda firmus extiterit, ante consilium de eadem verbis et factis manifestanda deinceps acceptum, quod Eusebius narrat lib. 1 cap. 21, quae causa fuit ut pontificis Maximi titulum imperator renunciatus admiserit, *quod a recta sacris in rebus via deflexisset, et fidem Christianorum amplexus esset:* scripsit impie Zozimus lib. 4.

Ibid. 12. *δύο κακῶν μεγίστων ἀνατολὴν καὶ δύσιν κληρωσαμένων*] exprimunt ista Eusebium lib. 8 hist. eccl. cap. 27. *τοσαύτη δῆτα κακίας φορὰ ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συνηνέχθη καιρόν, πρὸς τῶν δύο τυράννων ἀνατολὴν καὶ δύσιν διειληφότων κατεργασθεῖσα· τίς δ' ἂν τὴν τῶν τοσούτων διερευ-*

Digitized by Google

νόμενος αἰτίαν διστάξαι μὴ οὐχὶ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀποφῆναι;

16, 15. *γαμβρῷ αὐτοῦ ὄντι*] Vatic. 1 probatior et veritati vicinior lectio *γαμβρὸν αὐτοῦ ὄντα*. Constantini quippe Levir Licinius.

Ibid. 18. *Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας*] istos omnes *ἐκκλησιαστικοὺς ἄρχοντας* quasi ad Diocletiani tempora *μαρτυρήσαντας* refert Eusebius eccl. hist. lib. 8 cap. 25. Petrum tamen Alexandrinum memor sui ad annum Constantini 6 remittit in chronico: cunctos eosdem Maximino persecutore passos narrat lib. 9 cap. 6.

17, 2. *ὅστις τὸν Ἄρειον διάκονον ὄντα*] Sozomenus lib. 1 cap. 14. *Ἄρειος σπουδαῖος εἶναι περὶ τὸ δόγμα δόξας νεωτερίζοντι Μελετίῳ συνέπραττε· καταλιπὼν δὲ τοῦτον ἐχειροτονήθη διάκονος παρὰ Πέτρου τοῦ Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, καὶ πάλιν αὖ παρ' αὐτοῦ τῆς ἐκκλησίας ἐξεβλήθη καθότι Πέτρου τοὺς Μελετίου σπουδαστὰς ἀποκηρύξαντος, καὶ τὸ αὐτῶν βάπτισμα μὴ προσιεμένου, τοῖς γινομένοις ἐπέσκηπτε, καὶ ἠρεμεῖν οὐκ ἠνείχετο. Arius Meletio res novas molienti adiumento fuit, cuius partes cum deseruisset, a Petro episcopo Alexandrino diaconus ordinatus est: et rursus ab eodem ecclesia eiectus, quod cum Petrus fautores abdicasset Meletii, et eius baptisma improbasset, hic in res a Petro gestas graviter invectus est, et quiescere nullo modo potuit.*

Ibid, 7. *Πηδεύς*] ita sonant mss cuncta. *Πηλεὺς* scribitur ab Eusebio.

Ibid. 13. *οὗτος ὁ Γαλλέριος Μαξιμιανός*] Maximianum legunt cuncti codices, qui Maximinus eius filius adoptivus supra recensitus, memoratae persecutionis auctor, de quo aperte Eusebius eccles. hist. lib. 8 cap. 27, ex quo haec noster Theophanes excerpsit.

Ibid. 18. *τούτῳ οὖν θεία δίκη*] ex Eusebii citati cap. 28.

18, 6. *προστάγματα κατὰ παντὸς τόπου*] correctius reponerem *κατὰ πάντα τόπον*. edictum porro exponit Eusebius lib. 8 cap. 29.

Ibid. 10. *μηδέπω δὲ τοῦ τραύματος*] haec apud eundem fusius lib. 9 cap. 1 2 et 3 et seqq.

Ibid. 12. *ἀλλ' εὐθὺς πάλιν ὁ πόλεμος*] quae cap. 7 videre licet.

Ibid. 18. *Ἀχιλλᾶς*] Archelaum vocat Abraham Ecchel-

Digitized by Google

lensis, et diebus 200 solis sedem tenuisse testatur. successori Alexandro annos 22, dies 303 ascribit.

19, 4 τούτῳ τῷ ἔτει Κωνσταντῖνος] Barberinus codex in margine opposita scribit. τούτῳ τῷ ἔτει Μητροφάνης ἐπίσκοπὸς τοῦ Βυζαντίου ἐχειροτονήθη. eadem in marg. cod. 154, quem nos Vaticanum primum dicimus. optime: inferius quippe ad canonium anni a mundi conditu 5809, annum Metrophanis octavum ac subinde nonum notatos observo in regio: quare primus debet esse hic 5802 ab auctore cum sequentibus sex praetermissus: quos tamen omnes inconfectum a nobis canonium reponendos operae pretium duximus.

Ibid. Κωνσταντῖνος ὁ θειότατος] Maxentium a Constantini in imperatorem designatione non longe tyrannidem arripuisse subindicant Eusebius in chronico, Aurelius Victor, Eutropius, et cum his Petavius lib. 11 de doct. cap. 37. verum ex panegyricis verba ista de Maxentio refert loco memorato. Maxentius, *consumpto per desidias sexennio*, (ita legendum probat) *ne septenarium illum numerum sacrum et religiosum violaret* etc. quare merito concludit Eusebius in chronico: *Maxentius iuxta pontem Milvium a Constantino superatus occiditur, anno imperii sui sexto:* quem eundem cladis et mortis illatae putat chronic. Alexand. haud ita planum igitur Maxentii caedem anno Constantini septimo obeunte numerandam, prout Eusebiani codices ferunt.

Ibid. 8. ἐδεδίει τὰς Μαξεντίου γοητείας] ab Eusebio lib. 1 de vita Const. cap. 30 relatas.

Ibid. 10. ὤφθη αὐτῷ] idem Eusebius cap. 22 eiusdem lib. nec non capp. 23 24 31 32 et 33.

20, 2. πόλιν στεφανώσαντες] festis ac triumphi diebus Romanos urbem coronasse, hoc est, domos et templa laureis corollis ornasse legimus apud Tertullianum in apolog. cap. 35. *cur die laeto laureis postes non obumbramus?* ad uxorem lib. 2 cap. 6. *procedit de ianua laureata et lucernata, ut de novo consistorio publicarum libidinum.* de corona militis c. 13. *at enim Christianus nec domum suam laureis infamabit.* de idol. cap. 15. *scio fratrem per visionem eadem nocte castigatum graviter, quod ianuam eius subito annuntiatis gaudiis publicis servi coronassent: et tamen ipse non coronaverat.*

Ibid. 7. ὁσίᾳ ταφῇ παραδοθῆναι] ob partam de Maxentio victoriam Baronius Constantinum celebraturus ad annum Christi 312 num. 79. nec praetermittimus, inquit, de rebus tum a Constantino Romae gestis illud apponere, curasse nimirum, ut SS. martyrum corpora persecutionis tem-

Digitized by Google

pore humata subitanea sepultura, iam loco honestiori conderentur. habet hoc Anastasius bibliothecarius in scripto chronico, et Cedrenus quoque in annalibus testatur: sed an haec modo facta sint, an vero cum sacro baptismo est initiatus, incertum habetur. haec ille. at si unquam facta, modo facta mihi certum est: maxime cum vel inhumatos, vel prophanae sepulturae traditos sub postrema Diocletiani, vel potius Maxentii persecutione martyres, ὁσίᾳ ταφῇ, a victore principe suos milites tumulante, petentibus eam Christianis, honorari iustum fuerit.

20, 7. *καὶ ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι ἄγοντες*] annos sex ita Maxentium imperasse putat Eusebius, ut eius nihilo secius mortem in annum Constantini Augusti septimum referat: ita pariter auctor Theophanes anno superiore, qui Constantini sextus, victoriam eius recensuit, ut Maxentii caedem, et sequutum de ea triumphum in annum sequentem, id est Constantini septimum, hic reiicere videatur. certe per flagitia desidiamque si tyrannus sexennium consumpsit, ut ex Constantini Panegyrico nota superior quinta retulit, et aliquo post Constantinum spatio, quod saltem deferendo nuntio fuerit satis, tyrannidem arripuit: nonnisi Constantini septimo potuit ab eo superari. quare anno imperii sui sexto, *Κωνσταντῖνος ὁ θειότατος εἰς τὴν κατὰ τῶν τυράννων διανέστη κατάλυσιν*, deiiciendum et profligandum tyrannum molitus est, et circa Padum et Romam ipsam frequenter vicit: haud tamen ex integro delevit, et cecidit. partam victoriam, tyranni caedem, habitum de eo triumphum, circa kalendas Octobris, scribit Onufrius apud Baronium ad annum Christi 312 num. 7 et Petavium nota memorata citatum; sed nullo, inquiunt isti, argumento, vel auctore satis tuto. at cum Eusebius et Theophanes auctor annos a Septembri auspicentur, cum hic victoriae laetitiam ad annum Constantini septimum, ille pariter eandem ad septimi latus coniiciat, eo ineunte, quod sagaciter advertit Onufrius, vicisse ac triumphasse Constantinum satis aperte eorum auctoritate mihi demonstratur. publicam Romanorum laetitiam, victoriamque a Constantino cruci ascriptam leges apud chron. Alexand. anno Constantini septimo.

Ibid. 9. *ἐπὶ ἡμέρας ἑπτά*] baptismi, ecclesiae consecrationis, susceptorum ordinum, votorum in monasterio emissorum, subeundae poenitentiae, etc. septem dies continuos beneficium recolere Graecis solemne est et antiquum: de restituta itaque libertate laetitiam per dies septem Romanos produxisse, potuit esse auctoris coniectura. cruci laudes,

Digitized by Google

et trophaea erecta describit Eusebius lib. 1 de vita Const. cap. 33.

20, 11. *τούτῳ τῷ ἔτει ὁ Μαξιμιανός*] Galerius iste Maximinus Galerii Maximiani filius, cuius interitus post annos duos, id est Constantini undecimo, describitur, non hoc anno, qui Constantini nonus, obiisse, sed tyrannidem assumpsisse suggeritur: de quo inferius; adeoque τὸ *αἰσχρῶς καταλύει*, intelligendum *ὕστερον αἰσχρῶς κατέλυσεν*· proindeque verti vitam deinde turpiter amisit in Cilicia. Maximinum porro Maximiani patris nomine frequentius vocari, ut advertit Pomponius Laetus, Maximianum pariter codicibus Graecis saepissime scribi animadverto: quae causa est, ut τὸ *Μαξιμιανός*, hic legens, *Maximinus*, reddiderim.

Ibid. 13. *ἀκούσας δὲ Μαξιμιανὸς Γαλλέριος*] periochen hanc suo loco motam, et in superiorem annum, Constantini videlicet octavum, vel etiam septimum, conferendam existimo, motus hisce rationibus duabus. 1. quod cum anno Constantini septimo ineunte Maxentius perierit, caedis eius nuntius ad annum usque nonum eiusdem Constantini ad Galerium Maximianum pervenire non distulit. 2. quod cum saevior sub Diocletiano excitata persecutio anno Christi 295 ex Theophanis calculo, ante Constantini imperium duobus, principium habuerit, moxque eius aestus *μετ' ὄγδοον ἔτος*, *post annum octavum*, inquit Eusebius histor. eccl. lib. 8 cap. 28 coeperit paululum defervescere, anno nimirum Constantini sexto, sic decimo anno consopitus fuit, isque annus extitit Constantini octavus, quo eius de Maxentio victoriae ad Maximianum perlato nuntio, illud edictum Galerii Maximiani nomine promulgatum, cuius exemplar habet Eusebius lib. citati cap. 29. perioche haec igitur in dictum Constantini annum octavum, qui decimus a persecutione, vel in septimum, qui nonus ab eadem, quo, *μετ' ὄγδοον* eiusdem *ἔτος*, crudelitatem hucusque exercitam relaxari iussit Maximianus, transferenda est.

Ibid. 18. *ἐπεστράτευσε κατὰ Μαξιμίνου*] Eusebius lib. 9 cap. 8. *ὁ δὲ Μαξιμῖνος ἐπ' ἀνατολῆς οὐ πολὺν ἐπιζήσας ἐκείνῳ (Μαξεντίῳ) χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Λικιννίου οὔπω μανέντος τότε καταστρέφει θανάτῳ.* *Maximinus in Oriente non longo tempore post Maxentii occasum in vita manens ab imperatore Licinnio nondum insaniente in bello turpissime superatus fuit.* dissidiorum causam, praelia, Maximini cladem et necem depingit illo capite Eusebius, quae Theophanes noster annis quinque vult exacta. anno primo, is fuit Constantini septimus, Constantinus et Licinnius de co-

Digitized by Google

hibenda in Christianos persecutione Maximino dant litteras: ipse anno secundo ditionis suae praefectis pares mittit, at subinde modestiae limites omnes imperando praetergreditur. tertio *κατὰ τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν*, verba sunt Eusebii, *πρῶτον ἑαυτῶν ταῖς τιμαῖς ἀναγορεύει*, ex imperii collega Constantino et Licinnio negatis impp. honoribus soli sibi primas arrogat, quod auctor superius dixit, *ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν ἐπιτρέψας*· ac novas insuper ad provinciarum praepositos simulate litteras scribit: *δοθέντων γραμμάτων πρὸς τοὺς ἡγεμόνας ἑκάστης ἐπαρχίας τῷ παρελθόντι ἐνιαυτῷ.* quarto Licinnius in eum bellum movet, et variis praeliis fatigat. ultimo tandem, qui ab arrepta suprema tyrannide fuit tertius, et a Maxentii letho quintus, misere interiit: quod brevissime Aurelius Victor complexus est. *Maximinus ad Orientem, post biennii angustum imperium*, intellige tertium a tyrannide, *fusus, fugatusque a Licinio apud Tarsum periit.*

21, 1. *πεποιθὼς ὁ Μαξιμιανός*] Maximiani voce, Maximinum intellige, et superiorem notam tertiam consule.

Ibid. 13. *τὸν Γαλλέριον Μαξιμιανόν*] quod Gallerii Maximiani filius esset adoptivus, Maximinus et Maximianus, Gallerius quoque promiscue dictus. de illius morte chronicon Alexandrinum ad annum Constantini undecimum. *Γαλέριος Μαξιμιανὸς ὕδρωπι δεινῷ πιασθείς, ἐν Σαλῶναις ἀπέθανεν. Galerius Maximianus hydrope gravi laborans Salonis* (auctor cum Victore in Cilicia) *decessit.*

22, 1. *τούτῳ τῷ ἔτει Λικιννίῳ συμμαχήσαντι*] phrasis grammaticae legibus aliena in hunc modum restituitur. *Λικινίῳ συμμαχήσαντι, καὶ ὑποκρινομένῳ δολερῶς τὸν Χριστιανισμὸν ὁ θεῖος Κωνσταντῖνος ἀφορίσας μοῖραν τῆς Ῥωμαίων γῆς ἀπένεμεν ἀρχήν.*

Ibid. 2. *ἀφορίσας μοῖραν τῆς Ῥωμαίων γῆς*] haud collato recenter imperio, sed devicto Maximino, nova Constantinum inter et Licinium Romani orbis facta divisio: illudque est quod ad historiae postremam calcem scribit Eusebius. *οὕτω δῆτα τῶν δυσσεβῶν ἐκκαθαρθέντων μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφθονα Κωνσταντίνῳ καὶ Λικιννίῳ. sic igitur impiorum sordibus expurgatis, praeclara imperii gubernacula firma, stabilita, omnis invidiae expertia, solis Constantino et Licinio iure remanserunt.* quae subdit auctor ex eodem Eusebiano fonte manant. utrique Aurelius Victor nuper relatus adsentitur. *Maximinus ad Orientem, etc. ita potestas orbis Romani duobus quaesita.*

Ibid. 8. *μονοκράτωρ γενόμενος*] imperabat simul Lici-

Digitized by Google

nius, sed penes Constantinum praecipua erat imperii potestas.

22, 9. ἐκκλησίας ἀνεγείρων] relata Maximini caede, narrat haec eadem Eusebius lib. 9 cap. 9 sub initium: idem hic legendus de vita Constant. lib. 2 cap. 44.

Ibid. 10. οὗτος πρὸς τὸν νόμον] haec nisi correxeris, falsa statim comperies. idololatriam enim et prophanos deorum ritus tolerasse Constantinum, quis dubitaverit? itaque τῶν εἰδώλων ναοὺς vice, τοὺς ἁγίους τόπους scribendum putaverim lubens, ut iis, quae Eusebius de vita Const. lib. 2 cap. 40 consignavit, auctor Theophanes consentire, haud vero reliquis historicis adversari comperiatur. chronicum Alexandrinum ad praesentem 14 Constantini annum eosdem sequutum. φωτὸς οὐρανίου κατὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασιν ταῖς τοῦ σωτῆρος καταυγάσαντος ἐκκλησίαις, εἰς πάντα τόπον τῶν πρὸς τῶν τυράννων εἰρημένων οἴκων, ἐκ βάθρων εἰς ὕψος ἄπειρον τελεσθέντων οὐ μόνον ἐγκαίνια ἐγένοντο, ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς συνεχέσι ταῖς ὑπὲρ Χριστιανῶν νομοθεσίαις ἐχρήσαντο. *caelesti Christi servatoris lumine per orbem universum in omnes ecclesias dilato, et templorum per tyrannos deiectorum ubique a fundamentis in immensam altitudinem elatorum, non solum encaenia celebrata sunt, sed et impp. etiam pro Christianis edicta perpetua promulgarunt.*

Ibid. 12. συνενομοθέτει δὲ καὶ αὐτῷ Κρίσπος] Crispum hoc anno Caesarem renuntiatum ex verbis istis colligo. ante Licinii siquidem lethum dignitatem illam sexennio tenuerat. Licinius porro anno Constantini decimo nono sublatum scribet auctor inferius ex huiusmodi Victoris testimonio illustrandus. *ascripti imperio Caesarum communes libri Crispus, Constantinusque Flaviogeniti, Licinianus Licinio. itaque sexennio post, rupta pace, apud Thracas Licinius pulsus, Chalcedona concessit etc.*

Ibid. δεύτερον δὲ Χριστιανούς] ista pariter ad Eusebii mentem intelligenda lib. 2 de vita Const. cap. 43, quae Baronius illustrat ad annum 324 num. 74 et seqq. et ad annum 326 num. 76.

Ibid. 15. τρίτον τὰς πασχαλίους δύο ἑβδομάδας] exstat lex codicis Theodosiani lib. 2 de feriis tit. 8 verum impp. Valentiniano, Thodosio et Arcadio A. A. A. ascripta.

23, 2. τὸν δὲ πῆχυν τῆς ἀναβάσεως] Socrates lib. 1 cap. 14. λεγόντων δὲ τῶν Ἑλλήνων. ὡς ἄρα ὁ Σάραπις εἴη ὁ τὸν Νεῖλον ἀνάγων ἐπὶ ἀρδείᾳ τῆς Αἰγύπτου τῷ εἰς τὸν ναὸν τοῦ Σαράπιδος κομίζεσθαι· Κωνσταντῖνος εἰς τὴν ἐκκλησίαν τὸν

Digitized by Google

πῆχυν Ἀλεξανδρέων μετατιθέναι ἐκέλευσε. cum gentiles affirmarent Serapidem esse, qui Nilum ad Aegypti agros irrigandos introduceret, propterea quod mensura aquae inundantis in templum Serapidis esset deportata, Constantinus mensuram ad ecclesiam Alexandrinam transferri iubet. de nilometrio ad putei latera Strabo: de aliis ad saxa, ad columnas etc. alii.

23, 6. *Θεότεκνον γόητα ἀνεῖλε*] Theotecni mortem huc referendam censuit auctor *πρὸ τοῦ μανῆναι Λικίνιον*, de cuius in Christianos insania anno sequenti. quem porro scribit hic *Λικίνιον*, prius scripserat *Λικίννιον*.

Ibid. 8. *Λικίνιος ἤρξατο κατὰ Χριστιανῶν*] Maximini caede anno Constantini undecimo posita, tum vero firmata imperii cum Licinio divisione, anno deinde duodecimo mota in Christianos Licinii eiusdem persecutio, decimo quinto describitur ex Aurelii Victoris auctoritate. *ita potestas orbis Romani duobus quaesita: qui quamvis per flavii sororem nuptam Licinio connexi inter se erant: ob diversos mores tamen anxie triennium congruere quivere.* de Licinio plura Eusebius lib. 10 cap. 9 et de vita Const. lib. 2 cap. 1, ubi de Basilio nonnulla, de quo Baronius fuse ad annum Christi 316 num. 16 et seqq.

Ibid. 15. *καὶ ὥς τινές φασι, καὶ τοὺς μ*] inter quos praecipuus Basilius magnus orat. in ipsos 40 martyres.

Ibid. 19. *ἄρειος τῆς μανίας ἐπώνυμος*] arium ceu furentem suis literis Constantinus magnus exagitavit, et Homericis versibus in eum lusit. videndus Epiphanius haeresi 69 et Baronius ad annum 319 num. 10. Suidas v. *ἀρειομανής*. Homerus ironiae dedit ansam his verbis,

ἄρες, ἄρες, βροτολοιγέ, μιαιφόνε, τειχεσιπλῆτα.

mars, mars, hominum pernicies, inquinate caedibus, murorum oppugnator.

Ibid. 20. *ἐφανέρωσε, καὶ σχίσμα εἰργάσατο*] Eusebium Theophanes sequutus, bellis adversus Licinium relatis, pugnas in arium ab ecclesia institutas narrat: earum vero primos tumultus, et oppositarum invicem sententiarum, velut digladiantium, agmina non anno hoc primum coacta, et in invicem commissa, ex ecclesiasticis annalibus compertum est: quinimmo dissidiorum flammas longe lateque serpentes, et in altum latas, praesente anno commonstrat: de quibus memoratus Eusebius lib. 2 de vita Const. cap. 60.

24, 5. *μαθὼν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος*] sententia integra, verbis nonnihil immutatis ex Eusebio lib. 2 de vita Const.

Digitized by Google

cap. 62 et ex Socrate lib. 1 cap. 4 deprompta, qui pariter Cordubam *Κουδρούβην* pronunciat.

24, 10. *καὶ ἐν τῇ ἀνατολῇ διορθωσόμενος*] at si restituit et composuit in Oriente celebrandi paschatis ordinem, cur confestim ἄπρακτος rediisse Hosius describitur? corruptus sane hic locus, cuius vice legendum existimo: *ἐληλύθει δὲ Ὅσιος ἐν τῇ ἀνατολῇ διορθωσόμενος τοὺς ἀνατολικούς. venerat sane Hosius in Orientem correcturus incolas, et ad ordinem revocaturus etc.* quamvis sola vox *διορθωσάμενος* in *διορθωσόμενος* mutata locum omnem reparet, et expositioni, quam ad textum adhibui, locum dederit. haec porro ex Sozomeni lib. 1 cap. 15 excerpta: memorat eadem Eusebius lib. 3 de vita Const. cap. 5 Constantini laudatum facinus Silvestro papae tribuit Baronius ad annum Christi 324 num. 160.

Ibid. 13. *Κώνσταν τὸν υἱὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνος*] Cedrenus auctorem sequutus ad annum Constantini decimum septimum scribit. *Κώνσταντα τὸν υἱὸν αὐτοῦ προβαλλόμενος Καίσαρα εἰς Γαλλίας ἀπέστειλεν.* vitiose uterque; vel Theophanis nostri librarius, Constantii vice, Constantis supposuit nomen. anno quippe aetatis tricesimo, qui imperii tertius decimus, Constans a Magnentio occisus, patris decimo septimo Caesar creari, nisi forte bimus, haud potuit. annos vero triginta natum, imperii decimo septimo, a Caesaris arrepta dignitate intellige, trucidatum refert Eutropius lib. 10, cuius verba auctoris errorem fovent, ubi Licinii caede narrata legimus. *eo tempore res Romana sub uno Augusto et tribus Caesaribus (quod nunquam alias) fuit: cum liberi Constantini Galliae, Orienti, Italiaeque praeessent.* verum de temporibus Liciniana clade posterioribus ratio temporum, et Aurelii Victoris auctoritas suadent haec intelligenda: paulo post enim de Constantis interitu verba faciens: *obiit anno imperii* (id est Caesareae dignitatis collatae) *decimo septimo*, ait Eutropius idem, *aetatis trigesimo*: ante patris itaque mortem annis quatuordecim cum aliis Caesar non valuit designari. Aurelius autem Victor Licinii morte relata, *eo modo*, subdit, *resp. unius arbitrio regi coepit, liberis Caesarum nomina diversa retentantibus; namque ea tempestate imp. nostro Constantio* (vide Constantium Constantis loco scribendum) *insigne Caesaris datum.* et inferius, confectis adversus Sarmatas bellis: *interea*, inquit, *Gothorum, Sarmatarumque stratae gentes, filiusque cunctorum minor, Constans nomine, Caesar fit*: quae narratio praesenti, quam elucubramus, toto decennio posterior est. conferendus cum istis Eusebius de vita Constan. lib. 4

cap. 40. Constantem anno paterni imperii 30 Caesarem elevatum testatur Socrates ad cap. 25 lib. 1 calcem. *τὸν δὲ νεώτερον Κώνσταντα ἐν τῇ τριακονταετηρίδι τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ἐχειροτόνησεν.*

24, 16. *ὥς φασί τινες*] antiquiores Theophane, quos amplectitur Baronius ad annum Christi 324 num. 27 et seqq. sunt concilii 2. Romani PP. actorum Sylvestri auctor, et Adrianus papa epistola ad synodum septimam, quae synodi eiusdem act. 2 lecta fuit et approbata, in qua verba haec de Sylvestro ad Constantinum habentur. *αὐτός σοι παρασκευάσει κολυμβήθραν εὐσεβείας ἐν ᾗ βαπτίσει σε. ille tibi piscinam pietatis praeparabit, in qua baptisabit te.* his addendus Zozimus et Sosomenus lib. 1 cap. 5. si bene percipiatur: pluraque apud eundem Baronium requirenda; qui etiam Constantinum anno imperii decimo octavo, in quo decimus nonus a Septembri incipit, sacro baptismate tinctum asserit, ex Anastasio, qui non adeo antiquorum sectator, quam Theophanis interpres extitit. de Crispi baptismo Baronius ad annum 324 num. 13.

Ibid. 18. *μέχρι σήμερον τὸν βαπτιστῆρα ἔχουσιν*] Baronius idem num. 56 et seqq.

25, 1. *οἱ δὲ κατὰ τὴν ἀνατολὴν*] referuntur ac refelluntur a Baronio num. 43 et seqq.

Ibid. 10. *ἀβάπτιστον δεικνύντες*] Arianorum quippe baptismus nullius roboris declaratus synodo prima CP.

Ibid. 13. *οὐδὲ συνηύχετο*] Christiano ritu cum fidelibus convenisse et orasse Constantinum, ex Eusebio demonstrat Baronius ad annum citatum num. 49, quibus imperatoris eiusdem de se ipso testimonium epist. ad ecclesias apud Eusebium lib. 3 cap. 18 adiungendum superest. *ἵν' ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διαθέσεως ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ. ut simul atque desiderato dispositionis vestrae conspectu frui licitum fuerit, uno eodemque die vobiscum sanctum festum peragere possim.* quis autem festum aptius *ἐπιτελεῖ*, quam qui precibus et sacramentis communicat? Chrysostomus in eos qui paschatis antiqui ritu ieiunant: *ὁ κατηχούμενος*, inquit, *οὐδέποτε πάσχα ἐπιτελεῖ, ἐπειδὴ προσφορᾶς οὐ κοινωνεῖ. nusquam catechumenus pascha celebrat, quia nusquam oblationi communicat.*

Ibid. 15. *ἄλλοι δὲ Ἀρειανοὶ καὶ Ἕλληνες*] quibus ad Theophan. mentem opponit se Baron. ad an. 306 a num. 11 ad 22.

Digitized by Google

25, 18. *Κωνστάντιος θυγατρίδης ἦν Κλαυδίου*] Pomponius Laetus. *Constantius natus est patre Eutropio Romanae gentis nobilissimo, qui genus ab Aenea deducebat, et matre Claudia, Claudii Augusti filia.*

26, 4. *περὶ Μουλαίαν τὴν γέφυραν*] Italicum vulgus *ponte Mole*, a quo vox *Μουλαία*, nuncupat pontem Milvium.

27, 1. *Κωνστάντιος ὁ μέγας*] ad varias lectiones ex his pleraque amandanda erant, nisi continua sermonis expositione indiguissent, aut Constantini elucidandae genealogiae conduxissent plurimum. quam lector, in textu cernis ex regio lacunoso plane et fallaci, sed ex Barberino codice cum Vatic. num. 155 ad Anastasii versionem accedente non expressi: regii quaecumque est, ne fidei deserte expostuler, subiungitur.

Ibid. *ἐκ τῆς Θεοδώρας θυγατρὸς Ἑρκουλίου γεννᾷ Κωνστάντιον πατέρα Γάλου Δαλματίου, ἐξ οὗ Δαλμάτιος ὁ νέος Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου*, et in margine *Ἀναβαλίνου.*

Ibid. 7. *ἐκ Ἑλένης γεννᾷ Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν καὶ θεοφιλῆ βασιλέα καὶ μόνον.*

Ibid. *Κωνσταντῖνος ὁ μέγας γεννᾷ Κωνσταντίαν γαμετὴν τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου.*

Ibid. 8. *ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκ Φαύστας θυγατρὸς Ἑρκουλίου γεννᾷ Κρίσπον, Κωνσταντῖνον, Κωνστάντιον, καὶ Ἑλένην γαμετὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Palat. cod. aeque corruptus legit cum Peyrez.

Κωνστάντιος ὁ μέγας.

Ibid. 1. *ἐκ Θεοδώρας θυγατρὸς Ἑρκουλιου* (lege *Ἑρκουλίου*) *γεννᾷ Κωνσταντῖνον* (lege *Κωνστάντιον*) *πατέρα Γάλλου Δαλματίου, ἐξ οὗ Δαλμάτιος ὁ νέος Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Ibid. 4. *Κωνσταντίαν γαμετὴν Λικιννίου.*

Ibid. 7. *ἐκ δὲ Ἑλένης γεννᾷ Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν μόνον.*

Ibid. 8. *ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκ Φαύστας θυγατρὸς Ἑρκουλίου γεννᾷ Κρίσπον, Κωνσταντῖνον, Κωνσταντιανόν, καὶ Ἑλένην γαμετὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Correctior quidem, at interpolatus codex Vat. num. 154, qui primus a me nuncupatur, ita habet.

Digitized by Google

27, 1. *Κωνστάντιος ἐκ θυγατρὸς Ἑρκουλλίου Θεοδώρας γεννᾷ Κωνστάντιον πατέρα*· additur manu recenti *Γάλλου καὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Ibid. 3. *Ἀναβαλλιανόν, τὸν καὶ Γάλλον.*

Ibid. *Κωνσταντίαν γαμετὴν Λικινίου.*

Ibid. 5. additur iterum eadem manu. *Δαλμάτιον ἐξ οὗ Δαλμάτιος ὁ νέος.*

Ibid. 7. *ἐκ δὲ Ἑλένης γεννᾷ Κωνσταντῖνον καὶ μόνον.*

Ibid. 8. *ὁ δὲ μέγας Κωνσταντῖνος ἐκ Φαύστας θυγατρὸς Ἑρκουλλίου γεννᾷ.*

Ibid. 9. *Κρίσπον, Κωνστάντιον, Κωνσταντῖνον, Κώνσταντα, καὶ Ἑλένην γαμετὴν Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.*

Ibid. 12. Anastasius diverso ab his textu Constantii progeniem deducit.

Ibid. *Constantius ex Theodora filia Herculii gignit Constantinum patrem Galli Dalmatici: ex quo fuit Dalmaticus iunior Iuliani praevaricatoris frater.*

Ibid. 13. *Anaballianum qui et Gallus.*

Ibid. *Constantiam uxorem Licinii.*

Ibid. 16. *ex Helena vero gignit Constantinum magnum solummodo.*

Ibid. 17. *magnus autem Constantinus ex Fausta filia Herculii gignit Crispum, Constantium, Constantinum, Constantem, et Helenam uxorem Iuliani refugae.*

Ibid. Baronius ad annum Christi 306 num. 21 Constantii Chlori liberos aliter enumerat: et ex Helena quidem Constantinum solum suscepisse, ex Theodora vero Constantinum patrem Galli et Iuliani, Dalmatium Annibalium parentem Dalmatii iunioris, sive Dalmatiani, et ex quorumdam sensu Constantinum: filias vero, Constantiam Licinio nuptam, Eutropiam Nepotiano, et (ut putant alii) Anastasiam.

Ibid. 15. ac ut Dalmatium ab aliis repudiatum asserat, de eodem refert Eutropii testimonium ad annum 337 num. 54. *verum Delmatius* (ita scribit ibidem) *Caesar prosperrima indole, neque patruo absimilis, haud multo post oppressus est factione militari, et Constantio patruele suo sinente potius, quam iubente.* subiungit num. 55. *cum Delmatio filio Delmatii* (quem ad an. 306 num. 21 Annibalium etiam vocavit) *fratris Constantii, pene periclitati sunt Gallus et Iulianus filii Constantii fratris Constantini etc.* quae verba satis implexa ex dicto num. 21 lucem omnem accipiunt.

Digitized by Google

27, 1. Petavius notis ad orationem Iuliani primam. *Constantius*, inquit, *Helenam coniugem primo habuit, natusque ex ea Constantinus. post, repudiata Helena, Theodoram Maximiani Herculii privignam duxit, ex qua nati Constantius, Hannibalius, et Constantia. Constantii liberi duo fuere, Gallus et Iulianus: Hannibalii vero Dalmatius. Constantia Licinio nupsit. Constantini ex Minervina prima coniuge filius extitit Crispus. ex Fausta Constantinus, Constantius, Constans, Constantia quae Licinio nupsit*, (quae verba quattuor a typographo perperam addita) *et Helena Iuliani uxor.*

Ibid. Pomponius Laetus quattuor tantum recenset Constantii filios, Constantinum, Anaballianum, Constantium, ac Constantiam.

Ibid. Etropius lib. 9 Constantio liberos tribuit septem, soliusque Constantini nomen profert. *Constantius*, ait, *privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit.*

Ibid. Alii Dalmatium Dalmatii iunioris parentem, non Constantini fratrem, verum ex fratre Constantio simul cum Gallo et Iuliano desertore nepotem faciunt, quibus Anastasii lectio favet. alii Anaballianum cum Gallo confundunt, quos separant alii, et diversos faciunt. haec retulisse operae pretium lectori facturus sufficiat. recolendus quoque auctor pag. 8 lit. D.

Ibid. 9. *Κρίσπον*] quem historicorum vulgus ex pellice Minervina natum existimat, inculpatae Constantini vitae cum Graecis recentioribus auctor consulturus, ex legitimo coniugio susceptum ponit.

28, 1. *ὁρῶν Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβής*] anno decimo nono Licinium profligatum funditus vel extinctum merito Theophanes asserit, ante Constantini videlicet mortem annis integris tredecim: ita chronicon Alexandrinum. favet Aurelius Victor suis calculis, *anno*, inquiens, *imperii trigesimo secundoque*, (is est apud auctorem imperii Constantini numerus) *cum totum orbem* (sublatis omnibus tyrannis) *annis tredecim tenuisset, excessit.* haud satis attenta Victoris auctoritas Pontacum reliquit errantem ad not. calcem.

29, 2. *διὸ καὶ κυριακά*] eadem chron. Alexand. ad posteriores annos remittitur perioche haec ab Hieronymo in chronico ad Constantini annum 22.

Ibid. 5. *Μαρτῖνος ἐσφάγη τυραννήσας*] ad imperium nimirum a Licinio sub extremam cladem a Licinio cooptatus.

Digitized by Google

Zozimus lib. 2, Victor et alii. eum vita donatum asserit Petavius ad annum Constantini 19, quem relatus Zozimus et Theophanes occisum testantur. eum correctius auctores reliqui Martinianum scribunt.

29, 6. *ἀπεδύθη ὑπὸ Κωνσταντίου*] Vat. 1 et Peyrez. codd. quos sequutus sum in versione, legunt *Κωνσταντίνου*.

Ibid. 8. *Ναρσῆς ὁ υἱὸς τοῦ τῶν Περσῶν*] inter pugnas adversus Licinium commissas *ἔφοδον τῶν Περσῶν ἀγγελθεῖσαν*, *nunciatam Persarum excursionem* tangit Nicephorus Callistus lib. 7 cap. 47. causam eodem tempore assignare voluisse Zozimum attentus lector ex eius lib. 2, ubi de Licinii postrema clade, percipiet. Constantii quoque victoriam ex Iuliani imp. in eius laudem oratione coniicio ex verbis istis non longe a principio. *τοῖς Παρθυαίων καὶ Μήδων ἔθνεσιν ἀντετάχθης μόνος*, *Parthorum et Medorum gentibus solus ex adverso stetisti:* de proeliis quippe, quae vivente patre Constantino iuvenis sustinuit, ibi loquitur. chronicum Alexandrinum ad Constantini annum 20. *κατ' αὐτὸν δὲ τὸν καιρὸν κατὰ τῶν πολεμίων τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως στρατεύσας ὑπηγάγετο τῇ εὐχῇ τὴν νίκην. διὸ καὶ κυριακὰ πρὸς ἐπιστροφὴν τῶν ἐθνῶν κατὰ τόπους εἰς τιμὴν τοῦ ἐπὶ πάντων σωτῆρος Χριστοῦ θεοῦ ἡμῶν πεποίηκεν. eodem tempore, expeditione in hostes Christianorum suscepta, precibus victoriam reportavit. quare et templa ad conversionem paganorum passim, et Christi servatoris nostri cultum excitavit.*

Ibid. 13. *ἡ εἰκοσαετηρίς*] vicennalia Constantini ad mundi 5816, Christi vero 316, ut Georgius Syncellus devinxit, ita numerum eundem continuator eius Theophanes observare debuit. illius verba sunt. *ἐπὶ τὴν ἀπὸ Ἀδὰμ ἕως τῆς εἰκοσαετηρίδος Κωνσταντίνου στοιχείωσιν διὰ τῆς τῶν κρατησάντων κατ' ἔθνος βασιλέων ὀνομασίας τὸν τῶν ἕως ἐτῶν ἀριθμὸν ἀπαραλείπτως σύναξας ἐπιδείξω. ad summam ab Adam ad Constantini vicennalia, relatis uniuscuiusque nationis regum nominibus annorum* 5816, *numerum ab errore alienus clarissime colligam.* his annos septem addendos edocet nota in operis titulum, et ad pag. 1 septima.

30, 2. *ἐξῆρχον*] ut conciliorum praesides *ἔξαρχοι*, eisdemque *ἐξάρχειν* dicantur, praeter Theophanem edicunt concil. Ephesinum, Chalcedonense act. 2 sub initium. Theodoretus lib. 2 cap. 22. Euagrius lib. 1 cap. 10.

Ibid. 15. *καὶ τοὺς ὁμόφρονας αὐτοῦ*] Arianae sententiae in concilio Nicaeno sectatores episcopos recens auctor recenset dissertati in lib. 1 cap. 8 Photiani Philostorgii.

Digitized by Google

31, 13. ὑπογράψαντες] idem in cap. 9 Gelasius quoque Cyzicenus tomo 2 conc. Parisiis anno 1636 impressorum.

Ibid. 15. Κρίσπος ὁ υἱὸς τοῦ βασιλέως] vicennalibus Constantini patris Crispum obiisse confirmat ex Idatio Petavius lib. 11 de doct. temp. cap. 41. annum eundem prius aperte scripserat Sozomenus lib. 1 cap. 5. vox porro ἐκοιμήθη, nulla vi recensita, mortem opperiisse arguit. alienum siquidem a crimine Constantinum declarare, imo pietati quam studiosissime addictum celebrare pro viribus contendit Theophanes: ac ne quis Crispi sanguine contaminatum credat, Crispum legitimo coniugio procreatum inducit Theophanes, et eius mulieris filium, quam caeteri historici libidinosam et furentem in privignum novercam fingunt. ut ut se habuerit, matrem vel novercam, a nece Crispo illata suo silentio innoxiam demonstravit auctor vitae Constantini, et Socrates: invidiam pariter omnem a Constantino depulit Sozomenus lib. 1 cap. 5, aperte defendit Euagrius lib. 3 cap. 41, quorum auctoritatem haud temere Theophanes excepit, et exinde Cedrenus et Nicephorus sequutus est lib. 7 cap. 35.

Ibid. 16. καὶ ἤρξατο κτίζεσθαι τὸ Βυζάντιον] quod non advertitur facile, discrimen inter Byzantii conditum et encaenia ponendum. hic de conditu solo Theophani sermo est: quem Constantini vicennalibus primo tentatum Socrates asserit lib. 1 cap. 12. ὁ βασιλεὺς ἐπιτελέσας δημοτελῆ τῆς εἰκοσαετηρίδος αὐτοῦ ἑορτήν, εὐθέως τὸ περὶ τὸ ἀνορθοῦν τὰς ἐκκλησίας ἐσπούδαζεν. ἐποίει δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἄλλας πόλεις, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ ἐπωνύμῳ, ἣν Βυζάντιον καλουμένην τὸ πρότερον, ηὔξησαι. *imperator simul ut festum solemne ad vicesimum annum imperii sui celebraverat, nulla interposita mora, ad ecclesias extruendas omne suum studium contulit: istudque praestitit, cum in aliis urbibus, tum ea cui nomen suum imposuerat, quam quidem Byzantium olim appellatam magnis adauxit aedificiis.* quam encaeniorum et conditus varietatem titulo capitis 42 libro 11 de doctrina temporum Petavius statuerat per totum caput non observans, istum cum illis confundit. *Graeci*, inquit, *mundi annos Christique varie computant, dum encaenia Constantini referunt. Theophanes annum mundi* 5816, *Christi* 316, *quem ipsum esse scribit, quo Nicaena synodus est absoluta.* verum haud de encaeniis, sed de CP. conditu praesente Christi anno 316 institutus est sermo. τὸ Βυζάντιον ἤρξατο κτίζεσθαι, pergit. *Theophanes Constantini* 32 *annum illum facit.* nusquam: sed vicesimum inculcat Theophanes, quem eundem canonium eius chronologicum superius exhibuit. his addit: *Theophanes alteram computandi*

Digitized by Google

rationem adhibet, secundum quam natalis Dionysianus convenit anno mundi 5493, *Graecorum vero sententia* 5500. at certe eam esse Theophani, quae Georgio Syncello computandi normam, Georgio vero, quae Graecis Dionysianam aeram anno 5500 statuentibus ipse Theophanes in prooemio, et Georgius suo in opere, et utriusque scripta ad invicem comparata testantur: de quibus supra in annotatis ad prooemium.

31, 17. *πρώτη σύνοδος τῇ ιβ' ἰνδικτιῶνι*] manifestum Theophanis indictiones hic primum memorantis errorem hic detecturo quaedam prius occurrunt supponenda. 1. Graecos Latinis in indictionibus numerandis adsentiri: adeoque anno, quo Christus lucem aspexit, unam apud utrosque affigi, tertiam videlicet, et anno praesenti 1650 tertiam pariter recenseri. 2. a Christi natalitiis ad huiusce anni limitem eundem esse numerum, qui est mille sexcentorum et quinquaginta. 3. a mundi conditu annos putandi tres esse apud Graecos celebriores modos. hi quippe mundi 5493, isti 5500, quae Georgii Syncelli et Theophanis sententia est, alii 5508 Christum ortu suo terras consecrasse praedicant. his praemissis: demus Theophani, iuxta proprios sibi calculos Nicaenam synodum anno ab orbe condito 5816 et a Christo nato 316 celebratam: cum ille ortus sui comitem habuerit tertiam indictionem: Nicaena synodus non in 12, sed in 4 indictionem reperietur incidere, ac simul errorem in posita indictione arguere: vel in adversum Nicaena synodo indictioni duodecimae alligata, ipsam eandem synodum haud iam amplius in mundi 5816 et Christi 316. verum in mundi 5824 et Christi 324 incurrere, ac simul hallucinatum Theophanem deprehendemus. erroris causam et reparandi modum praemisimus nota in operis titulum sexta.

Ibid. 19. *μηνὶ Μαΐῳ κ'*] ex Socrate lib. 1 cap. 9 ad calcem. *ὁ χρόνος δὲ τῆς συνόδου, ὡς ἐν παρασημειώσεσιν εὕρομεν, ὑπατείας Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῇ εἰκάδι τοῦ Μαίου μηνός.* *quoad tempus concilii attinet, coactum quidem fuit, sicut ex annalium commentariis constat, Paulino et Iuliano coss. mensis Maii die vicesimo.* subdit Socrates: *τοῦτο δὲ ἦν ἑξακοσιοστὸν τριακοστὸν ἕκτον ἔτος ἀπὸ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος βασιλείας.* *erat porro ab Alexandri Macedonis imperio annus* 636. Theophanem *τεσσαρακοστὸν* legisse puto. cum enim Georgius Syncellus, quem ille sequitur, Alexandri mortem anno mundi 5170 coniunxerit; his nisi sexcentos quadraginta et sex annos addidisset, Nicaenum concilium anno mundi 5816 non collegisset celebratum, nisi forte ad annum 5180 Alexandri obitum seposuisset. ex hac So-

Digitized by Google

cratis auctoritate errorem priori nota manifestatum in suos calculos deduxit Theophanes.

32, 2. *μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιοῦσθαι*] Meletianos sacerdotes ecclesiae restituendos, manuum impositione (quae vel ordinis consecratio, vel poenitentiae sacer ritus existebat) fuisse confirmatos triplici pacto intelligi posse arbitror. 1. ut patres antiqui haereticorum et schismaticorum sacramentis quibusvis praeter baptismum reiectis, Meletianorum quoque sacerdotum promotionem nullius esse roboris deberent aestimare: et eapropter ad ecclesiae consortium redire cupientes, *μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ καταστάθέντας sanctiore ordinatione* (quasi prior extitisset prophana) *constitutos* et creatos sacerdotes. eam sententiam, quam Gratianus olim et Pallea certam tenuerunt, ecclesia et theologorum schola reprobat: verum, qui nunc est, non adeo antiquis manifestum fuisse ecclesiae sensum declarare obnituntur ex Innoc. epist. 18, Leonis epist. 38, alias 40, ad Anatol. cap. 2 et ex canon. *nos consecrationem*, et, *excommunicati*, quos aliis exagitandos permitto. 2. manus impositione vel *χειροτονίᾳ*, per poenitentiam cum ecclesia reconciliationem hic intelligendam: at quae publica fuit poenitentia, qua ratione *μυστικωτέρα*, vel quo pacto *χειροτονία* ordinis secreta consecratio dicatur, haud clare percipio. quare 3. in gravis momenti negotio, quale Meletianorum sacerdotum extabat ordinatio, aliquorum animis dubium haesisse, num rata vel reproba censeretur, facile mihi persuadeo ex dictis pro priore exponendi modo: ideoque dubio cuivis tollendo de eorum repetenda consecratione ad cautelam, et sub conditione, quod aiunt, latam in synodo fuisse sententiam. ea opinandi via ex tribus verbis istis, *μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιοῦσθαι* mihi tuto colligitur. 1. *χειροτονία*, quod sacerdotalem *consecrationem* et veram *ordinationem* infert. 2. *μυστικωτέρα*, quod vel *sanctiorem* et puriorem, ita dicam, exigit vitam, quam qui apud schismaticos de prophano et irrito foret suspectus, vel qui, velut dubius et incertus, saltem *in secreto* reparari deberet, et innovari; cum certa quaelibet et sacra ordinatio in ecclesiae prospectu, et loco publico celebraretur: quod Theophilus Alexandrinus edixit. *χειροτονεῖν ἐν μέσῃ τῇ ἐκκλησίᾳ* et iterum, *χειροτονία δὲ λαθραίως μὴ γινέσθω. ordinare in media ecclesia, et populo praesente* oportere: *nec clanculum ordinationes celebrari:* vox quippe *μυστικωτέρα sanctiorem* et *secretiorem* significat. 3. *βεβαιοῦσθαι, confirmari* sonat et *approbari*: atque accipere, vel stabiliri de novo subindicat. eadem porro verba legimus apud Socratem lib. 1 cap. 6. *τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ (Μελετίου) καταστάθέντας, μυστικωτέρᾳ*

Digitized by Google

χειροτονίᾳ. καταστaθέντας (alia lectio in margine *βεβαιωθέντας*) *κοινωνῆσαι ἐπὶ τούτοις.* in ipsa concilii Nicaeni epistola apud Theodoretum lib. 1 cap. 11. *τοὺς δὲ ὑπ' αὐτοῦ (Μελετίου) κατασταθέντας μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιωθέντας κοινωνηθῆναι ἐπὶ τούτοις, ἐφ' ᾧτε ἔχειν μὲν αὐτοὺς τὴν τιμήν, καὶ λειτουργεῖν.* de clericorum poenitentia et reconciliatione Ioannes Morinus opere de administ. sacram. poenitentiae lib. 4 cap. 12.

32, 6. *ἐπιστολὰς ἔγραψε*] extant apud Socratem lib. 1 cap. 6.

33, 13. *τῷ δὲ ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων*] Alexander monachus apud Gretserum tom. 2 de cruce pag. 38. *παρεκελεύσατο δὲ Κωνσταντῖνος τῷ τῆς Αἰλίας ἐπισκόπῳ Μακαρίῳ παρόντι ἐν τῇ συνόδῳ, καὶ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ὑπερμαχοῦντι ἀναζητῆσαι τὸν ζωοποιὸν σταυρόν, καὶ τὸ θεόληπτον μνῆμα, καὶ πάντας τοὺς ἁγίους τόπους.* *mandavit Constantinus Macario Aeliensi episcopo, qui et ipse synodo interfuerat, et pro apostolicis dogmatibus acriter pugnaverat, ut in vivifica cruce quaerenda, sepulchroque divino, ac reliquis sanctis religiosisque locis investigandis omnem diligentiam adhiberet.* num vero ex Theophane Alexander sententiam in sua scripta derivarit, vel Alexandrum Theophanes sequutus fuerit, mihi aeque ac Gretsero incompertum.

Ibid. 17. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει τὴν Ἑλένην*] Helenam non a viro, sed a filio salutatam Augustam declarat Eusebius de eius vita lib. 3 cap. 46. *οὕτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετίμηκεν, ὡς ἐν ἅπασιν ἔθνεσι, παρ' αὐτοῖς τε στρατιωτικοῖς τάγμασιν Αὐγούσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐκτυποῦσθαι εἰκόνα.* *ita etiam honore regio exornavit Constantinus, ut cum apud omnes gentes, tum apud eos, qui aliquo gradu militari collocati essent, Augusta et imperatrix nuncuparetur, aureaque numismata eius imprimerentur effigie.* Paulinus epist. de invent. S. crucis. Helena, *cum Hierosolymam agnosceret, nomine conregnabat.* Sulpitius Severus lib. 2 S. hist. *Helena mater principis Constantini, quae Augusta cum filio conregnabat.* Ambrosius de obitu Theod. *magna foemina, quae multo amplius invenit, quod imperatori conferret, quam quod ab imp. acciperet. anxia mater pro filio, cui regnum orbis Romani cesserat.* quibus verbis imperium simul accepisse ac reliquisse indicat, quod eodem nempe anno, quo imperatrix salutata, Hierosolymam migrarit. certe paulo post Crispi necem Faustam Constantini coniugem e vivis excessisse refert Zozimus lib. 2, cuius mors ad Helenam matrem Crispi necem lugentem, Augustae nomine donandam Constantinum impulit.

Digitized by Google

33, 17. *καὶ μονίταν ὡς βασιλίδι ἀπένειμεν*] Eusebio nota praeced. iam relato teste, et Baronio ad annum 326 num. 61.

Ibid. 18. *αὐτὴ δὲ ὀπτασίαν ἑώρακε*] visioni vel revelationi huiusmodi attestatur Ambrosius orat. de obitu Theodosii. Paulinus epist. ad Severum de inv. S. crucis, Rufinus lib. 1 eccl. hist. cap. 7 et Socrates lib. 1 cap. 13. alii Helenae studio et labori crucis inventionem assignant.

Ibid. 20. *ἡ δὲ τὸν παῖδα Κωνσταντῖνον ᾐτήσατο*] quidam Helenam a filio missam referunt: Alexander monachus apud Gretserum tom. 2 de cruce, ab imperatore missam, ipsamque mitti expostulasse narrat. eius verba sunt, quae hic scripta. *ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα Ἑλένην τὴν ἀξιέπαινον καὶ θεοφιλῆ εἰς Ἱεροσόλυμα μετὰ γραμμάτων, καὶ χρημάτων ἀφθονίας πρὸς τὸν Μακάριον Ἱεροσολύμων, ἐπὶ ἀναζητήσει τοῦ ζωοποιοῦ ξύλου, καὶ οἰκοδομῇ τῶν ἁγίων τόπων, αὐτῆς αἰτησαμένης τῆς βασιλίδος, φασκούσης ὀπτασίαν θείαν ἑωρακέναι, κελεύουσαν αὐτῇ τὰ Ἱεροσόλυμα καταλαβεῖν, καὶ τοὺς ἁγίους τόπους εἰς φῶς ἀγαγεῖν χωσθέντας ὑπὸ τῶν ἀνόμων.*

34, 4. *ἐν τῷ πρὸ τοῦ Ἰλίου πεδίῳ*] ad Ilium urbem aedificandam Constantinum suscepisse scribit Zozimus libro secundo: ex divina revelatione alio mentem transtulisse Sozomenus libro secundo capite 2.

Ibid, 11. *τότε δὴ τὸν ναὸν τῆς ἁγίας Σοφίας*] de duobus tantummodo templis meminit Socrates lib. 1 cap. 12, nempe de ecclesia apostolorum, et altera Pacis dicta, quae et alio nomine Sapientia nominata reperitur, scribit Baronius ad annum Christi 330 num. 19. at duarum ecclesiarum licet meminerit Socrates, ubi exstruendam a Constantino sui nominis urbem refert: decipitur nihilo secius ipse annalium auctor, qui Pacis et Sapientiae unam esse asserit, quas sub diversis titulis diversas quoque affirmare necesse ex originibus CP. *ἀνήγειρεν δὲ τὴν ἁγίαν Εἰρήνην, καὶ τὴν ἁγίαν Σοφίαν, καὶ τὸν ἅγιον Ἀγαθόνικον, καὶ τὸν ἅγιον Ἀκάκιον ὁ μέγας Κωνσταντῖνος.* et infra: *τὸν δὲ ἅγιον Μώκιον, καὶ τὸν ἅγιον Μηνᾶν εὗρεν ὅτι ἦσαν ναοὶ εἰδώλων.* et inferius: *τὸν δὲ ἅγιον Μώκιον ὑπάρχοντα ἄλλα δύο μήκη παρ' ὅ ἐστιν, ἐξέκοψε τὸ δίμοιρον μέρος τοῦ ναοῦ ὁ μέγας Κωνσταντῖνος καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, καὶ ἀνήγειρε τὸ θυσιαστήριον. διότι καὶ ἀνῃρέθη ὁ ἅγιος Μώκιος ἐκεῖσε. τούτου χάριν ἀνήγειρε καὶ τὸν ναὸν ὡς ἴδιον αὐτοῦ, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐκεῖσε ἔφερεν. aedificavit sanctam Pacem, et sanctam Sapientiam, et sanctum Agathonicum, et sanctum Acacium magnus Constantinus. san-*

Digitized by Google

ctum autem Mocium, et sanctum Menam templa idolorum comperit extructa. sanctum itaque Mocium alia simili parte magnitudinem, quam nunc habet, superantem, media parte rescidit magnus Constantinus et eius mater, et extruxit altare: quod eo loci S. Mocius occisus fuerit. cuius gratia templum veu iam ipsi addictum extruxit, et eius corpus ibidem reposuit.

34, 13. τοῦ ἀρχαγγέλου ἐν τῷ Ἀνάπλῳ] de hocce archangeli templo, cui nomen Michaelium Sozomenus fuse lib. 2 cap. 2. Anaplus est ipsius CP. portus ingressus, verum ex parte urbi opposita, hoc est, ad Galatae versus Asiam extremum littus. Procopius de aedif. Iustiniani. *littora insigni venustate extructa sunt in hunc modum. duo templa archangelo Michaeli consecrata, ex adverso utriuslibet portum occupant, unum in loco, qui Anaplus dicitur, ad laevam situm ei, qui Euxinum mare ingreditur,* (ex parte nimirum meridionali) *alterum in opposito termino.* Sozomenus: τόπος δὲ οὗτος ὁ νῦν Μιχαήλιον ὀνομαζόμενος ἐν δεξιᾷ καταπλέοντι ἐκ πόντου εἰς ΚΠ. διεστὼς μὲν αὐτῆς πλωτῆρι ἀμφὶ λ' καὶ ε' στάδια. *locus iam Michaelium nominatur, estque naviganti ex ponto* (ex parte boreali) *Constantinopolim ad dextram positus, atque abest ab urbe, si nave traiicias circiter* 35 *stadia.*

Ibid. 16. τότε κατεσκάφη] de duobus istis fanis Eusebius de vita Const. lib. 3 cap. 53 et 54, et Sozomenus lib. 2 cap. 4. idolicarum aedium reditus ecclesiis addictos chronicon Alexand. hoc anno memorat.

Ibid. 18. τότε πολλὰ ἔθνη] Sozomenus de istis lib. 2 cap. 5.

35, 2. Ἰνδοὶ οἱ ἐνδότεροι] ista ex Socratis lib. 1 cap. 19 iuxta Graecam divisionem. Theodoreti lib. 1 cap. 23, Sozomeni lib. 2 cap. 23.

Ibid. 7. ὁμοίως καὶ Ἴβηρες] de Iberibus iidem in consequentibus.

Ibid. 10. ταῦτα Ῥουφῖνος] hist. eccl. lib. 1 cap. 10.

Ibid. 11. ὁμοίως καὶ Ἀρμένιοι] Baronius ad annum 311 num. 22 et seqq.

Ibid. 14. τότε καὶ Δωρόθεος] patria qui Tyrium, Tyri tamen episcopum nusquam fuisse Dorotheum istum demonstrat Baronius in notis ad martyr. 5 Iunii ex Euseb. hist. eccl. lib. 7 cap. 26 et Nicephoro lib. 6 cap. 37. Edessae pariter, non Odyssopoli eum martyrio sublatum refert anno Christi 63 num. 37. Dorotheum Hebraice et Graece solitum orare narrat Eusebius, menologium 18 kal. Maii Graece et Latine

Digitized by Google

scripsisse: adeo ut Dorotheum sacerdotem unum, alterum episcopum; hunc litteras istas, alterum alias, hunc Edessae, alterum Odyssopoli mortuum, eundem tamen et unicum a Theophane et aliis reputatum cum Baronio in martyr. facile sit colligere.

36, 12. *Συμεῶνα ἀρχιεπίσκοπον*] istam Saboris persecutionem, et Symeonis sociorumque mortem ad Constantii et Constantis tempora submovet Baronius an. 341 num. 10, eo nomine quod Hieronymus in chronico praefatorum impp. aetate Saborem in Christianos referat saeviisse: quasi rex impius in eos frequentius impelli non potuerit, quod ipse Hieronymus recenset. auctor Theophanes Sozomenum sequutus Saboris persecutionem primam Constantini temporibus annectit. Sozomeni idem sentientis testimonium occurrit lib. 2 cap. 8 et seqq. Saborem, Saborium et Saporem auctor nonnunquam scribit.

Ibid. 13. *καὶ τὸν Σελευκίας*] addit auctor *ὡς φίλους*. duos igitur putat esse, hunc Ctesiphontis, istum Seleuciae praesules. unum tamen et eundem Ctesiphontis simul et Seleuciae episcopum fuisse Symeonem ponit Sozomenus citatus. *Συμεώνην τὸν τότε ἀρχιεπίσκοπον Σελευκίας καὶ Κτησιφῶντος τῶν ἐν Περσίδι βασιλευουσῶν πόλεων, ὡς φίλον ὄντα διαβάλλουσι.* unum etiam Symeonem habet Anastasius in sua, non adeo historia, quam Theophanis versione. unicum pariter utriusque urbis antistitem memorat Romanum martyrologium Aprilis 21 et Baronius suis in illud notis: ut et menologium Aprilis eiusdem die 17 *Κτησιφῶντος* enim et *Σαλὴκ ἡγεμονευουσῶν ἐν Περσίδι πόλεων* eum solum pontificem laudat.

37, 9. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Ἑλένην τὴν μακαρίαν*] ad annum Constantini vicennalia sequentem conquirendae sanctae crucis studium et laborem seponit Baronius cum antiquis historicis ad annum Christi 326 num. 27 et seqq. videndus Gretserus opere de cruce.

38, 7. *ἕλκυσε τὸ ζητούμενον*] alia exemplaria legentia *ἔλυσε*, sequutus sum in versione.

Ibid. 19. *ἐπ' ὀνόματι τῆς ἑαυτῆς υἱοῦ*] Basilicam Constantinianam intelligit, alio nomine *μαρτύρων* Hierosolymis dictam. de hisce templis Eusebius de laudibus Constantini paulo ante medium.

39, 17. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ φερώνυμος Μακάριος*] hanc periodum a librariorum prioribus suo loco nimia *προλήψει* motam satis indicat sequens annorum canonium et episcoporum

Digitized by Google

tabula, quae Macarii annum 12, aliae vero sequentes annos pariter Macarii eiusdem ad vicesimum usque succedentes indigitant: Maximus autem ille de quo hic sermo anno mundi 5827 pontificatum adeptus repraesentatur. consulendus Baronius ad an. 331, quo Macarii signatur obitus, et 312, quo eius ad pontificatum post Hermonem promotio describitur.

40, 1. *κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν καὶ ἡ μακαρία Ἑλένη*] quoto potissimum anno defuncta Helena, incompertum penitus habetur, neque eius obitum certis consulibus compertum est, scripsit Baronius ad an. d. 326 num. 59, obitum tamen illius et annum auctor Theophanes hic designat, quem prius manifestum exhibuit Theodoretus lib. 1 cap. 8 sub initium. *αὕτη τῶν τῆς ὁδοιπορίας πόνων ἀνασχομένη, ἐκ τοῦ γήρως οὐ λογισαμένη τὰ πάθη, πρὸ γὰρ ὀλίγου τῆς τελευτῆς τὴν ἀποδομίαν ταύτην ἐποιήσατο, ὀγδοηκοντοῦτις δὲ τοῦ βίου τὸ τέρμα κατείληφεν. haec itineris* (Hierosolymitani de quo hoc anno) *labores subire non recusavit, neque senectutis invaletudinem (nam paulo ante mortem, quam octogesimum annum aetatis agens oppetebat, istud iter fecit) omnino animo complexa est.*

Ibid. 3. *ἐτάφη δὲ ἐν τῷ ναῷ τῶν ἁγίων ἀποστ.*] auctor ms ineditus ab erudito et amico Leone Allatio acceptus, ubi de urnis CP. haec habet. *ἐν τῷ ἡρῴῳ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐν πρώτοις κατὰ ἀνατολὰς κεῖται ἡ λάρναξ αὐτοῦ πορφυρᾶ· ἐν ᾗ ἀπόκειται αὐτὸς μετὰ τῆς ἁγίας Ἑλένης τῆς μητρὸς αὐτοῦ. in impp. mausoleio a. S. et M. Constantino instaurato* (sciunt omnes ad apostolorum aedem) *imprimis ad Orientem adest tumulus eius porphyreticus: in quo ipse cum S. matre Helena conditus iacet.* prior Socrates lib. 1 cap. 18 iuxta Graecam divisionem scripserat. *τὸ σῶμα αὐτῆς εἰς τὴν βασιλεύουσαν νέαν Ῥώμην διακομισθέν, ἐν τοῖς βασιλικοῖς μνήμασιν ἀπετέθη. corpus eius ad imperantem novam Romam delatum in imperialibus monumentis repositum est.* istis diluuntur quae de sepulta apud se Helena Romani iactitant. vide Baronium ad an. 326 num. 62.

Ibid. 10. *Εὐσεβίῳ δὲ τῷ Παμφίλου*] hoc anno potius quam seciore, quem Baronius statuit incarnationis 330, mandatum huiusmodi Eusebio impositum constat: de quo Eusebius de vita Constant. lib. 4 cap. 36.

Ibid. 14. *κατὰ Γερμανῶν καὶ Σαρματῶν*] textus hic corruptus inter varias lectiones emendatur. Constantini expeditionem in Scythas memorant Victor, Eutropius, Sozomenus et Eusebius, sed annum tacent. Hieronymus in chro-

Digitized by Google

nico annum Constantini 27 assignat, quem Petavius sequitur.

41, 1. *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ*] in annum superiorem Constantini, nimirum 21, Helenopolis conditum refert Hieronymus, ex quo ad verbum haec perioche. at si primo supra vicesimum sanctam crucem conquisivit, et mortem oppetiit; filius vero consignandae illius apud posteros memoriae, prout indicat Sozomenus lib. 2 cap. 1 ad calcem, Helenopolim illius nomine excitavit, ante praesentem annum urbis opus aggredi minime potuit: maxime cum Helena Hierosolymis rediens Drepanae Luciani martyris sepulchrum ornare coeperit, quae res filium movit, ut mortuae matris pietatem ac nomen eo loco commendaret. favet chronicon Alexand. ad annum Constantini 22. videndus Baronius an. d. 326 num. 57 et 58.

Ibid. 4. *ὀκτάγωνον κυριακόν*] *ἐν ὀκταέδρου συνεστὼς σχήματι, οἴκοις τε πλείοσιν, ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ ὑπερώων τε καὶ καταγείων χωρημάτων περιεστοιχισμένον.* Eusebius de vita Const. cap. 49 cuius interpres. *ad speciem solii octangularis fabricatum, multis aediculis, exedrisque undique constructis, compluribus item tabulatis super terram eminentibus: denique fornicibus subter eandem abditis, ex omni parte circumseptum fuit.* in annum priorem hoc aedificium revocat Hieronymus, ob rationem nota superiori positam. quod porro uni rerum omnium domino Christiani servirent, sua templa *κυριακά*, *dominica* ab initio vocasse Eusebius orat. de laudibus Constant. sub finem auctor est.

Ibid. 16. *τὸν Δανοῦβιν περάσας*] chronicon Alexand. ad annum priorem. *Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβὴς τὸν Δανοῦβιν πλειστάκις ἐπέρασεν. καὶ γέφυραν ἐν αὐτῷ λιθίνην ἐποίησεν.* absolutus igitur hoc anno pons, qui priore ex chronici verbis aedificari coeptus.

Ibid. 20. *κτίζων Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβής*] quod supra notavimus, CP. urbis conditus ab eius dedicatione dirimendus. ille confecta synodo Nicaena, haec apud Hieronymum, velut hic apud auctorem, anno Constantini 25 celebratur, verbis eundem illustrantibus. *CP. dedicatur pene omnium urbium nuditate.* conditus et dedicationis simul chronic. Alexand. meminit ad praesentem annum.

42, 1. *καὶ σύγκλητον ἔχειν*] Baronius ad an. d. 330 qui ipsi Constantini 25 num. 27. auctor quoque dissert. in Photianum Philostorgium ad cap. 9 lib. 2.

Ibid. 2. *στήσας καὶ πορφυροῦν κίονα*] de columna porphyretica, et Constantini superimposita statua fuse Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, orig. CP. et alii.

Digitized by Google

42, 8. *Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος*] eodem Constantini imperantis anno Alexandrum vita functum, et Athanasium in episcopatu subrogatum scribit chron. Alexand. Athanasio pontificatus annos 46, dies 15 assignat Ecchellensis. annos pariter 46 reliqui codd. attribuunt. auctor ipse canonio succedente totidem numerat; numerumque 46 reliquis in canoniis servat, annis licet omnibus sigillatim recensitis, nonnisi 43 lector possit reperire. hallucinationis causam coniicio Athanasii pontificatum in annos tres sequiores ab auctore semotum: unde et Ecchellensis in annum a mundi conditu 5819 illum revocat, quem ut legimus in 5822 auctor seponit. praecessoribus igitur Alexandriae praesulibus annos praeter ius duos perperam assignavit, ac praeterea solis undecim Petro martyri, ex aliorum etiam historicorum sententia concessis, ipse in annis mundi duodecim reliquit spatium, octavo nimirum et sequentibus propriis e sedibus depulsis. relege, amabo, pag. 6 lit. B et defectus originem mecum observa.

Ibid. 9. *ἐπέτεινε Κωνσταντῖνος ὁ εὐσεβής*] consentit auctor Hieronymo scribenti ad annum Constantini 26. *edicto Constantini gentilium templa subversa sunt.*

Ibid. 16. *μελλούσης ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος*] ubi primum superius indictionem observat Theophanes, anno Christi 316 duodecimam statuit: ac ubi rursus eiusdem aget mentionem anno Christi 444 quintam esse decernet, post octo nimirum ab hoc praesente Christi anno 324 indictionum integras periodos: quinta itaque (si modo praecedenti, et sequuturae consentiat) huic anno 324 debet adiungi. quapropter τὸ ἑβδόμης, quod codices omnes proferunt, vitiosum est, aut certe post annos duos hanc narrationem transponi decet. ceterum si Septembris nondum fuerat indictio delibata, et cum ipso mense paribus diebus emensa, sed adhuc erat *μέλλουσα ἐπιλαμβάνεσθαι, iam iam attingenda*, (octavo nimirum kal. Octobr.) auctor verbis huiusmodi Constantini tempore eius primordia Septembris initio, ut aequo passu procederent, nondum fuisse coniuncta significat: de quo doctissimus Petavius lib. 11 de doct. temp. cap. 40.

Ibid. 19. *ἐπὶ τῆς χώρας Ἀντιοχέων*] famem illam anno Constantini vicesimo septimo consignat Hieronymus: eo namque terris incubuit: rusticorum vero irruptio mensis Septembris initio visa Constantini vicesimum octavum penetrat apud Theophanem, quae apud Hieronymum annum a Ianuario auspicantem, intra vicesimi septimi limites perseverat. sic autem de ea scribit. *pestilentia et fame innumerabilis multitudo in*

Digitized by Google

Syria, Ciliciaque periit: qua lectione praesens textus emendandus. ἐπὶ τῆς χώρας Ἀντιοχέων, καὶ Κιλικίας, καὶ Κύπρου. Syriae etenim cui vicina Cilicia Cyprus adiacet.

43, 11. Δαλμάτιος καῖσαρ] cum 7 kal. Octob. caesarem effectum chron. Alexand. testetur, annus hic 29 Iulianus, non quo solet auctor uti, a Septembri ducens initium. alias chronicon tricesimum assignat.

Ibid. Καλόκαιρος δὲ ἐν Κύπρῳ] Hieronymus pariter ad eundem Constantini annum 29 *Calocerus,* inquit, *in Cypro res novas molitus, opprimitur.* Aurelius Victor. *Calocerus magister pecoris camelorum, Cypram insulam specie regni demens capessiverat: quo excruciato, ut fas erat, servili aut latronum more* etc. eodem anno extinctus a Dalmatio, cum eius virtutem probatam reliquisset, Constantino, ut Dalmatium caesarem crearet, hoc anno propositum et animum dedit. Dalmatius autem nonnisi Constantini tricennalibus appellatus est caesar, teste Hieronymo, Constantinopolim nimirum cum victore exercitu reversus, ut suggerit Aurelius Victor. *fratris filium, cui ex patre Dalmatio nomen fuit, caesarem iussit, assistentibus valide militaribus.*

44, 1. καὶ ἐφάνη ἀστὴρ] Eutropius lib. 10. *denuntiata mors eius* (Constantini) *per crinitam stellam, quae inusitatae magnitudinis aliquandiu fulsit. eam Graeci κομήτην vocant.*

Ibid. 13. Μάξιμος ἔτη κγʹ] huic in Palat. cod. nomen Μακάριος. reliquis in codd. anni 6 correctius attribuuntur. fallaces frequenter episcoporum anni in regio.

48, 19. ταῦτα τῷ τριακοστῷ πρώτῳ] quae de Athanasio et Ario in paucos annos contraxit Theophanes, in plures Baronius digerit. hic porro cum auctore Arii mortem anno Constantini tricesimo primo ex Socrate consignat ad an. C. 336 num. 50. τριακοστὸν δὲ ἔτος τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τούτων γινομένων ἐπληροῦτο. *dum haec geruntur, tricesimus annus regni Constantini ad exitum venit.*

49, 2. ὥς φησιν Εὐσέβιος μόνος] quod scriptorum Eusebii nullibi extat. ἀρειονόφρονας itaque potiusquam Eusebium hoc scripsisse pag. sequente asseritur.

Ibid. 8. Μητροφάνην ἐπίσκοπον πρῶτα] πρῶτα *primum,* sub adverbii forma, non πρῶτον vulgaris iam Theophanis tempore Graecorum lingua usurpat. at nec Byzantii primus episcopus Metrophanes, nec Constantino Byzantium profecto in episcopali throno primum sedit, inquies. ab Andrea quippe apostolo ad Metrophanem muneris decessores non paucos Nicephori chronicum breviarium, et iuris Graeco-

Digitized by Google

Romani liber secundus pag. 246 enumerant: Metrophanes vero anno Constantini decimo tertio, morti iam vicinus, ultimam agebat senectutem. non inficior. ἐπίσκοπον πρῶτα nihilosecius ab auctore non incongrue dictum coniicio, sive quod ab eo novae Romae praesules recensere coeperit pag. 10 D, sive quod Constantino Byzantium primum appellanti coaevus inter patriarchas locum primum mereri existimetur, aucta nimirum episcopi dignitate et iuribus, cum primum de transferendo imperio consilium Constantinus accepit.

49, 9. ἔτη λζ'] etiam trigesimo octavo delibato.

Ibid. 20. Εὐστάθιος πρεσβύτερος] Eustathium hunc sacri Hierosolymitani aedificii auctorem Hieronymus scribit ad annum Constantini 30. *Eustathius CP. presbyter agnoscitur, cuius industria in Hierosolymis martyrium constructum est.*

50, 3. μαρτύριον] ita quoque Cyrillus catech. 14, quae alio nomine basilica Constantiniana, S. resurrectionis, vel sepulchri aedes, hodie Graeci τῆς ἁγίας ἀναστάσεως ναὸν dicunt in menologio 13 Septemb. de quo late Franc. Quaresmius tomo 2 elucidationis terrae sanctae.

Ibid. 6. Πέρσαι δὲ ἐδήλωσαν] ex chronico Alexandrino.

Ibid. 13. Ἔζησεν δὲ τὰ ὅλα ἔτη τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη ξς'] Hieronymus in chron. *moritur*, inquit, *anno aetatis suae* 66. in quae verba annotat Pontacus notam 5 ex similitudine in 6 mutatam. Rufinus enim lib. 1 cap. 11, Socrates lib. 1 cap. ult. primis ipsis verbis, et Sozomenus lib. 2 cap. pariter ult. Constantini vitae annos sexaginta quinque numerant.

Ibid. 14. βασιλεύσας ἔτη λα' καὶ μῆνας δέκα] anno pariter imperii tricesimo secundo eum obiisse refert Victor, Epiphanius lib. de mens. et pond. auctor vitae Const. lib. 4 cap. 53 anno videlicet 31 et mense 10, ut chron. Alexand.

51, 5. ἐκέλευσε δὲ Ἀθανάσιον τῆς ἐξορίας ἐπανελθεῖν] Baronius anno C. 337 num. 8.

Ibid. 13. Κωνστάντιος ἔτη κα'] ita cum Regio Palatinum et Peyrez. Vaticana correctiora ἔτη κδ'.

Ibid. 17. Κωνστάντιος δὲ Ἀθανάσιον] Sozomenus lib. 3 cap. 2, Socrates, Theodoretus, Epiphanius, et ipsemet Athanasius apolog. 2. at Epiphanius in haeres. Meletianorum num. 9. ἐκ τῶν δύο βασιλέων, Constantini videlicet, et Constantis mandato, et Constantio συνευδοκοῦντος, assentiente revocatum scribit: litterae porro commendatitiae, de quibus hic

Digitized by Google

mentio, apud tres prius memoratos auctores extant, a Constantino iuniore non Constantio scriptae.

52, 3. ὁ Σωκράτης] lib. 1 cap. 5.

Ibid. 6. εὐθὺς δὲ μετὰ τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον ἀπέθανεν] Sozomenus lib. 3 cap. 1, relata Constantini morte, cap. 2 subiungit. περὶ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου τελευτήσαντος, διαδέχεται τὴν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐπισκοπὴν Ἀκάκιος. *per idem fere tempus, Eusebio cognomento Pamphilo mortuo, Acacius episcopatum Caesareae Palaestinae capessit* etc. quae eadem auctor hic advertit.

Ibid. 12. Σαβώρης ὁ Περσῶν] Saboris expeditionem, et Iacobi Nisibeni precum virtutem refert Hieronymus eodem anno. Nisibis obsidionem duorum mensium terminum non attigisse narrat: Theodoretus ad septuagesimum diem productam scribit lib. 2 cap. 30 chronicon Alexandrinum 73 dies eidem assignat.

53, 3. Δαλμάτιος δὲ ὁ καῖσαρ] εὐθὺς, inquit auctor a Constantini morte. Aurelius Victor. *confestim Dalmatius, incertum quo suasore, interficitur.* Eutropius. *Dalmatius haud multo post oppressus est factione militari, et Constantio patruele suo sinente potius, quam iubente,* οὐ κωλύοντος, ait Theophanes. Hieronymus anno imperii tertio ipsum caesum asserit: tricesimo quippe Constantini Caesarem evectum superius, Eusebio, Baronio, et aliis assensimus.

Ibid. 7. Δαλματίου τοῦ νέου] ex Constantini genealogia et variis mss inter se comparatis, maxime vero Vaticano primo, Constantini fratres dignoscuntur Dalmatius et Constantius. hic Galli, et Iuliani: ille, qui senior, Dalmatii istius iunioris pater habetur. Socrates lib. 3 cap. 1. Δαλμάτιος υἱὸν ἔσχεν ὁμώνυμον αὐτῷ. is autem iunior Dalmatius Constantii patruelis ab eo iussus, aut permissus est occidi, ut ex nota superiore constat. Sozomenus lib. 5 cap. 2. Ἰουλιανῷ καὶ Γάλλῳ γέγονε πατὴρ Κωνστάντιος ὁμοπάτριος ἀδελφὸς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλεύσαντος, καὶ Δαλματίου· οὗ παῖς ὁμώνυμος Καῖσαρ ἀναδειχθείς, ἀνῃρέθη ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν μετὰ τὴν τοῦ Κωνσταντίνου τελευτήν. *pater Iuliano et Gallo etiam fuit Constantius germanus frater Constantini imperatoris, et Dalmatii: cuius filius eodem nomine appellatus, qui Caesar declaratus fuerat, a militibus post mortem Constantini interfectus est.* eadem Socrates citatus.

Ibid. 11. Κωνστάντιος δὲ πρότερον δεχόμενος τὸ ὁμοούσιον] ita Theodoretus lib. 2 cap. 2, Socrates lib. 2 cap. 2, Sozomenus lib. 3 cap. 1.

Digitized by Google

53, 11. *Κωνστάντιος ἔτη κα´*] solum Palatinum convenit cum Regio: reliqua correctius *ἔτη κδ´*.

Ibid. 16. *Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς τοῦ μεγάλου*] ad annum Constantini 4 Constantini iunioris caedem annotant quaedam Hieronymiani chronici exemplària, alia, teste Pontaco, cum Theophane ad 3. numeri istius Theophani auctor est Aurelius Victor. *igitur*, inquit, *confestim Dalmatius, incertum quo suasore interficitur: statimque triennio post minimum maximumque, fatali bello Constantinus cadit.*

54, 1. *ἐν χωρίῳ Δεμακέλλει καλουμένῳ*] locum seu villam imperatoriam fuisse scribit Gregorius Nazianz. orat. 3 in Iulianum num. 27. *διαίτης μὲν καὶ θεραπείας ἔν τινι τῶν βασιλικῶν χωρίων ἠξιοῦντο βασιλικῆς. regio quidem victu cultuque in imperatoria domo digni habebantur.* Macellum vocat Sozomenus lib. 5 cap. 2, ex quo ista excerpta, ad Argeum montem non longe a Caesarea situm: in quo imperiale palatium, balnea, horti, et fontes perennes. *προσετάχθησαν ἐν Καππαδοκίᾳ διατρίβειν ἐν Μακέλλῳ. χωρίον δὲ τοῦτο βασιλικὸν πρὸς τῷ Ἀργέῳ ὄρει, οὐκ ἀπὸ πολλοῦ τῆς Καισαρέων πόλεως, μεγαλοπρεπῆ τε βασίλεια ἔχον, καὶ λουτρά, καὶ κήπους, καὶ πηγὰς ἀενάους.* quare legendum hic putem *ἐν χωρίῳ δὲ Μακέλλῳ.*

Ibid. 3. *ἀνάγνωσται γεγόνασιν*] Gregorius citatus. *τῷ μέν γε κλήρῳ φέροντες ἑαυτοὺς ἐγκατέλεξαν, ὥστε καὶ τὰς θείας ὑπαγινώσκειν τῷ λαῷ βίβλους. in clerum seipsos ascripserunt, adeo ut divinos quoque libros plebi lectitarent.* Sozomenus quoque: *κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους*, utrumque refert. solum Iulianum lectorem Nicomediae provectum testatur Socrates lib. 3 cap. 1 et Theodoretus lib. 3 cap. 2.

Ibid. *τῷ ἁγίῳ μάρτυρι Μάμαντι*] Maviam vocat laudatus Sozomenus, qui Mamanti idem est. martyrum aedes, aedificium illud a Socrate et Gregorio nuncupatur, quod Mamanti sacrum fatetur Elias Cretensis in comm. et ex grammaticae legibus singulare cum plurali nonnunquam confundi.

Ibid. 5. *ἀποκειράμενος δὲ τὰς τρίχας*] ex Socrate lib. 3 cap. 1, et Sozomeno lib. 5 cap. 1.

Ibid. 6. *Κωνστάντιος δὲ καὶ Κώνστας*] ea lex habetur Theodosiani lib. 16 tit. 9 rescripta ad Euagrium, ascribitur Constantino (iuniorem intellige) et AA. Coss. agnoscitur lata. Constantinum autem et Constantem anno imperii sui tertio consulatum gessisse demonstrat Petavius. quae fastorum ra-

Digitized by Google

tio suadet, ut hic legendum putem *Κωνσταντῖνος δὲ καὶ Κώνστας* etc.

54, 11. *Κωνστάντιος Ἄμιδαν οἰκοδομεῖ*] Amidum Antoninupolim, et Constantiam memorat hic Theophanes; quas pariter 18 lib. celebrat Marcellinus comes in contrariam eius profectus sententiam. hic siquidem Constantiam et Antoninupolim diversa oppida, quae Theophanes unum constituit. Amidam vero Constantiamque unam urbem videtur asserere, quas Theophanes distinctas omnino ponit. ita Pancirollus in not. imperii, et Ortelius in geographico lexico comitem intelligunt, cuius haec verba sunt loco laudato probatissimae Henrici Valesii editionis pag. 127. *cumque Bebasen villam venissent, unde ad Constantiam usque oppidum, quod centesimo lapide disparatur arescunt omnia siti perpetua etc.* tum multis ad propositum idem spectantibus interiectis subdit pag. 130. *hanc civitatem olim perquam brevem, Caesar etiam tum Constantius, ut accolae suffugium possint habere tutissimum, eo tempore quo Antoninupolim oppidum aliud struxit, turribus circumdedit amplis et moenibus: locatoque ibi conditorio muralium tormentorum, fecit hostibus formidatam, suoque nomine voluit appellari:* (Constantiam.) cum praeterea, Caesarem adhuc agentem restituisse indicat, quam ab imperatore restitutam affirmat Theophanes: quid etiam subiicit inferius, unde Amidam et Constantiam unum oppidum esse Marcellinus suggerit. *in ipso autem Amidae meditullio sub arce fons dives exundat* etc. quasi verba ista distinctorum non sint indicia locorum.

Ibid. 16. *συνόδου γενομένης ἐν Ἀντιοχείᾳ*] in qua Antiocheni quoque dominici Encaenia celebrata: de quibus Socrates lib. 2 cap. 5 et seqq. et Sozomenus lib. 3 cap. 5. eadem Constantii anno quinto peracta dicunt, quibus eodem numero praeivit Hieronymus.

Ibid. *ἐπισκόπων ϙϛ'*] centenarium numerum abundare contestantur citati Socrates, et Sozomenus, et Hilarius de synodis, quorum hic 97, iste 99, ille 90 solos episcopos Antiochiam convenisse scribunt.

55, 11. *Ἀντιόχεια ὑπὸ σεισμῶν*] Socrates lib. 2 cap. 7 obeunte.

Ibid. 13. *σφαιροειδής*] ac simul *ὀκτάγωνος*, ut supra.

Ibid. *ἓξ ἔτεσι κτισθεῖσα*] an non *ὀκτάγωνον* istud *κυριακὸν* ante quindecim annos, imperii Constantini 23 coeptum? an non eidem extruendo solos decem annos imputat Socrates nuper laudatus? certe Baronius, qui anno Christi

Digitized by Google

326 fundatum, absolutum autem et dedicatum 341 refert, quindecim annos a positis fundamentis ad encaenia exigit: isdem numerus est qui auctoris et Hieronymi computo consentit. potest itaque numerus seu dictio ἕξ, in δεκαπέντε mutari.

55, 16. *Κωνστάντιος ἔτη κα'*] ita mendose cuncti codices: repono ἔτη κδ'.

Ibid. *Ἀσσυρίοις νικήσας*] parum laeta victoria, et ficto triumpho. perpende dicenda ad annum sequentem.

Ibid. 17. *Σαβώρης δὲ ὁ τῶν Περσῶν*] Hieronymus haec anno sequenti.

Ibid. 18. *Κώνστας δὲ ἐν τῇ δύσει*] Hieronymus Constantii anno 5. Franci a Constante perdomiti, et pax cum eis facta. Socrates lib. 2 cap. 10 Constantio III et Constante II coss. Constantii, inquam, anno quinto ex Alexandrino chronico victos, et in foedus ascitos testatur: quod obeunte anno contigisse Theophani creditum, quo ipse a Septembri annum insequentem metitur.

56, 4. *σεισμοῦ μεγάλου γενομένου*] ex Hieronymi chronico ad annum Constantii 7 haec ad verbum translata.

Ibid. 7. *πολλοὺς αὐτῶν ἀνεῖλον*] Persae potius Romanos. infelicibus enim signis Romani cum Persis dimicarunt, et novem praeliis ab eis fusi notantur apud Orosium, Eutropium et Zozimum.

Ibid. 9. *Παῦλος ὁ ὁμολογητής*] eum praecedentibus annis episcopum iam institutum demonstrat Hieronymus in chronico, et ex Socratis lib. 2 cap. 5. Baronius ad annum Christi 340 num. 15.

Ibid. 12. *σεισμοῦ μεγάλου γενομένου*] terram variis locis per Orientem motam et agitatam, infenso numine hominibus ob turbas et seditiones in ecclesiam suscitatas, ex Hieronymo, Orosio, Ephraem, Socrate, et Sozomeno demonstrat Baronius ad annum d. 340 num. 34 et 35, quo nihilo secius Sozomeni testimonio, et prava punctorum observantia abutitur, ut terrae motus, confecto Antiocheno concilio, enatos, et in eius vindictam ab auctore assertos declaret, apud quem solus Gregorii Alexandriam profectus colligitur.

Ibid. 13. *οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς*] narrationis perversum ordinem annorum ratio declarat: hic enim annus, ad quem ista referuntur, tantum quartus est a concilio Antiocheno, quo Gregorius in Athanasii locum praeter fas intrusus, qui

Digitized by Google

tamen anno sexto ab occupata sede ab Alexandrinis interfectus describitur a Theodoreto lib. 2 cap. 4.

56, 16. τέρας τι Καππαδόκιον] appellationis causam recenset Theodoretus lib. 2 cap. 14 et Sozomenus lib. 4 cap. 9. paroemia est apud Suidam, v. Καππάδοξ.

Ibid. 17. Δυῤῥάχειον τῆς Δαλματίας] ita Hieronymus ad annum Constantii 10, cuius alia exemplaria observant eadem ad annum 9. Pontacus in notis.

Ibid. 19. Παῦλον δὲ τὸν ἐπίσκοπον] Pauli e CP. sede depulsio ante concilium Antiochenum a Constantio facta, integris sex annis loco sibi debito posterior est.

57, 5. Λιβέριος ἔτη ιϛ'] consentit Pal. fallaciter: reluctantur codd. reliqui et ϛ' scribunt.

Ibid. 7. Κωνστάντιος τὸν ἐν Σελευκείᾳ] eadem narratione annus Constantii decimus consignatur in Hieronymiani chronici nonnullis codicibus. Pontacus. de Nisibi a Sabore obsessa idem Hieronymus: ac pariter de solis defectione, de qua Petavius hoc eodem anno. Daesii porro mensis die 6 contigisse reliqua exemplaria testantur.

Ibid. 16. καὶ Ἀθανάσιος δὲ καὶ Παῦλος] haec quam incondite, et μετ' ἀχρονησίας ab auctore referantur, coniiciet, qui eadem sub Iulio Romano pont. gesta, ad Liberii iam praesulem anno primo agentis tempus transposita animadvertet.

Ibid. 20. κόσμου ἔτη ͵ εωλε'] mendaces Regii exemplaris numeros saepe monui. hic ͵εωλε' scribens et soli consentiens Pal. a reliquis ͵εωλθ' reponentibus corrigitur. interpolant pariter τλθ' vice τλε'.

58, 5. ὁ ἥλιος πάλιν αὐχμηρότερος] de hac eclipsi disserit Petavius de doct. temp. lib. 11 cap. 43.

Ibid. 6. ἐν ὥρᾳ δευτέρᾳ] ab ortu solis eiusdemque occasu noctis dieique horas numerant Orientales.

Ibid. 17. Σαβώρης πάλιν ὁ βασιλεύς] obsidionis Nisibinae historiam e chronico Alexandrino verbo tenus excerpsit Theophanes. solam eius moram, quae dierum centum extitit, omisit: rem omnem gestam prius narravit Theodoretus lib. 2 cap. 30. quae notatu dignae variant lectiones in auctore et chronico Alexandrino istae sunt. ὡς εἰ μὴ βούλοιντο ἐκχωρήσειν. τὸ λοιπὸν ἐξυδατῶσαι. διεγνώκει ὁ Σάπωρις οἶδεν, quae lectio omnino corrupta, necnon istae aliae. μέρος τοῦ τείχους πέπονθε. τοῖς ὕδασιν ἀντέχεσθαι, ὡς καὶ πολλοὺς ἀπολέσθαι. διὰ τοῦ καταπ. καὶ ὄχλον συμ-

Digitized by Google

πείσαντες ἐμβριθέστερον προσέχειν τῷ πολέμῳ μαγγάνοις παντοίοις μηχανώμενοι. τὸν γὰρ τόπον ἅπαντα. οἱ δὲ λοιποὶ ἐν τοῖς κατατέλμασι. ὁπλίτας ἀπέκτειναν. κύμασι δεινῶς καταντλούμενος.

60, 6. ὃς ἀτενίσας τοῖς ὀφθαλμοῖς] reliqua penitus diversa in praefato chronico consulenda.

Ibid. 18. Κωνστάντιος ὁ Αὔγουστος] haec chronicon idem ad verbum anno Constantii 14, ubi haec legimus ὀνομάσας αὐτόν, habet μετονομάσας. Hieronymus in chronico anno eodem. *cuius nomen suo mutaverat Constantius*: scribit Victor.

61, 4. οἱ κατὰ Παλαιστίνην Ἰουδαῖοι] eadem exhibet chronicon Hieronymi anno Constantii 15, et nonnulla notatu digna adiungit. Theodoretus quoque lib. 4 cap. 6.

Ibid. 9. Κωνστάντιος Λιβερίῳ] Theodoretus lib. 2 cap. 16 et 17, Sozomenus lib. 4 cap. 10, qui ex historiae ordine Mediolanense concilium Liberii exilio praeponit, ut et Theodoretus lib. citati cap. 15.

Ibid. 11. κατὰ τὴν Βρεττανίαν] ex Nicephoro Callisto, histor. tripar. Baronio, et aliis laudatis auctoribus restituto κατὰ τὴν Βεῤῥοίαν τῆς Θρᾴκης.

62, 6. Δάμασος ἔτη ιη'] Regii canonia et numeros errorum larvas esse monui. ad reliqua si emendaveris, leges κη'.

Ibid. 7. ὁ Γάλλος Κωνστάντιος] narratio mutatis paulum verbis ex Socratis lib. 2 cap. 27, et Sozomeni lib. 4 cap. 6 expressa: de qua Marcellinus lib. 14.

Ibid. 11. Θαλάμωνα] Φλάβωνα Istriae insulam legunt Socrates et Sozomenus.

Ibid. 12. Ἰουλιανὸν δὲ τοῦτον ἀδελφόν] ex Sozomeno lib. 4 cap. 2, quae anno Constantii 18 gesta docent fasti consulares a Socrate et Sozomeno citati ante alteram notam, Hieronymus in chronico, et chronicon Alexandrinum.

Ibid. 15. Δάμασος ἔτη ιη'] notae superioris quartae memorem volo lectorem.

Ibid. 16. Μάξιμον τὸν Ἱεροσολύμων] immemor sui narrat haec Theophanes: qui ad Hilarionis Hierosolymorum episcopi Cyrillum excipientis annum primum, et Constantii decimum nonum, ipsius Cyrilli post Maximum institutionem refert. ad annum Constantii duodecimum Maximi mortem habet Hieronymus in chronico.

Digitized by Google

62, 19. *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ*] priorem sequitur hic *μεταχρονισμὸς* primo aspectu despiciendus. historiae verba mutuatur auctor a chronico Alexandrino, in quo describitur ad annum Constantii decimum tertium. de crucis istius in coelo visae tempore habes Socratem et Sozomenum dissentes, hunc lib. 4 cap. 3 et 4, illum lib. 2 cap. 24. Gallo nimirum in Caesarem designato, et in Syriam misso a patruele Constantio anno imperii sui decimo quarto: quibus chronicon Alexandrinum suffragatur. diem pentecostes ipsius sacrum designat auctor, Maias nonas chronicon praefatum, et Graecorum menologium: illud addit horam diei tertiam.

63, 7. *ἀρειονόφρονα διαβάλλουσι*] dubium illud clare discutit theologicorum dogmatum auctor Petavius lib. 1 de Trinitate cap. 13 numeris 10 et 11. idem obiter videndus eiusdem lib. cap. 10 numero 6. locum hic ab auctore citatum catechesim undecimam affirmat.

64, 1. *λα', λβ'*] nec cum praeeunte, nec cum canonio sequente conveniunt hi Athanasii numeri, iidem licet in cunctis codicibus reperti. eorum vice repono *λ'* et *λα'* consensus cum sequentibus obtinendi gratia. cum praecedentibus *κς'* canonio praecedente notandis dissensus origo ad pag. 23 notas manifestatur.

Ibid. 2. *'Αθανάσιος καὶ Παῦλος*] historicam potius quam chronicam relationem hic institui ex eo coniiciendum, quod haec primis Constantii annis gesta luculenter exponat Baronius ad annum Christi 342, et Constantii 6 num. 47 et maxime 48. Eusebii obitus num. 43 asseritur. historiam Pauli et Athanasii omnem ad annum praesentem relatam leges apud Socratem lib. 2 cap. 9 et seqq. et apud Sozomenum lib. 3 cap. 6 et seqq. chronologiam nullam hic requires.

Ibid. 4. *πάλιν εἰς Ῥώμην*] num Italiam semel et iterum Paulus repetierit, edisserit Baronius loco citato.

Ibid. 9. *στρατηλάτῃ*] qui memorato Sozomeno *τὴν ἱππικὴν δύναμιν ἐπιτετραμμένος στρατηγός*, dux cui equestres copiae commissae, *equestris militiae magister*, exponitur.

Ibid. 16. *Μακεδόνιον τέως οὐκ ἐνεθρόνησεν*] ex Socratis de Macedonio loquendi forma quid negotii sit *ἐπίσκοπον ἐνθρονίζειν*, colligitur. *Μακεδόνιον δὲ ἀναδεῖξαι τῆς πόλεως ἐπίσκοπον ὑπερέθετο* lib. 2 cap. 10.

Ibid. 18. *"Αρτων ἡμεριαίων*] scribit Socrates *σιτηρέσιον ἡμερίσιον*, *quotidianum congiarium panis.*

Digitized by Google

65, 6. *κατὰ τὸ Ζεύξιππον λουτρὸν μεταστειλάμενος*] Sozomenus praefato lib. 3 cap. 8. *προσελθὼν εἰς δημόσιον λουτρόν, ὄνομα Ζεύξιππος· περιφανὲς δὲ τοῦτο καὶ μέγιστον, μετεκαλέσατο.* *ad publica balnea* (a Severo aedificata ait Cedrenus) *quibus Zeuxippus nomen: illustre illud quidem atque amplissimum opus est, accersit* etc. idem Socrates lib. 2 cap. 12. a Constantino aedificatum laudat chronicon Alexandrinum in Constant. origines CP. a Severo.

66, 1. *συνῆλθον ἐπίσκοποι τριακόσιοι*] Socrates cap. 12, Theodoretus lib. 2 cap. 7, Sozomenus lib. 3 cap. 10.

Ibid. 18. *Μαγνεντίου δὲ ἐν Γαλλίαις τυραννήσαντος*] Hieronymus in chronico ad annum Constantii 13 et seqq. Socrates lib. 2 cap. 10, Sozomenus lib. 4 cap. 6.

67, 13. *περὶ Μοῦρσαν*] de Mursa Pannoniae oppido legendus Scaliger in Eusebium pag. 232.

Ibid. 15. *τῷ Σελευκῷ*] montem Seleucam verti, historiam tripartitam et miscellam sequutus. *Μοντισέλευκον* habet Sozomenus. v. variantes lectiones.

68, 1. *ἐλθὼν δὲ ἐν Ῥώμῃ Κωνστάντιος*] *Κωνστάντιος Αὔγουστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ εἰκοσαετηρίδα μετὰ πολλῆς φαντασίας, καὶ παρατάξεως εἰσῆλθεν ἐν Ῥώμῃ· συνεισῆλθεν δὲ αὐτῷ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Εὐσέβεια ἡ βασίλισσα, καὶ ἐποίησαν ἡμέρας ιδ´ ἐν τῇ Ῥώμῃ.* ita chronicon Alexandrinum germanis verbis anno Constantii 20, quod evicto Magnentio *ἐπινίκιον ἐπιτελεῖν πομπὴν triumphum*, et vicennalia simul *agere* contigit. describit triumphum Marcellinus comes lib. 16.

Ibid. 5. *ἐξελθὼν δὲ ἐν τῷ τριβουναλίῳ κάμπῳ*] ad milites nonnunquam verba fecisse imperatores, et in *campo* e tribunali allocutos produnt historiae, et quibus alloquutiones huiusmodi impressae sunt, numismata repraesentant. Marcellinus lib. 15. *cum venisset accitus* (Iulianus) *praedicto die, advocato omni, quod aderat commilitio, tribunali ad altiorem suggestum erecto, quod aquilae circumdederunt, et signa Augustus inscendens.* et 27. *progressus in campum tribunal ascendit*, oratione imp. destinaturus: et 21. *omnes centurias, manipulos, cohortes in concionem vocavit, concinentibus tubis: oppletoque multitudinis campo, ut eam ad firmanda promptius adigeret imperata, tribunali celso sistens, stipatoque solito densius, haec prosequutus est.* haec itaque verba *ἐξελθὼν δὲ ἐν τῷ τριβουναλίῳ κάμπῳ, καὶ στὰς ἐφ᾽ ὕψους·* id mihi sonant, progressus in campum, quo e suggestu milites alloqueretur, iamque excelso tribunali stans etc. motum

Digitized by Google

quippe antiqua particula quietis ἐν exprimunt recentiores Graeci. locus etiam allocutionis tribunalis campus potuit auctori barbare dici: apud quem haec circa Brittanionem in Illyrico, non Romae intelligenda gesta. ad Socratis enim et Sozomeni Brittanionis exautorationem referentium, illius lib. 2 cap. 23, istius lib. 4 cap. 30 mentem, Theophanis sensus accomodandus.

68, 17. *ὁ δὲ Κωνστάντιος ἐπιστρέψας εἰς τὸ Βυζάντιον*] mente nimirum reditum parans versus Byzantium, cum adhuc Italiae limitibus post triumphum Romae actum detineretur. Marcellinus lib. 15. *et haec quidem Romae agebantur. Constantinum vero exagitabant assidui nuncii deploratas Gallias indicantes, nullo renitente ad internecionem barbaris vastantibus universa: aestuansque diu qua via propulsaret aerumnas, ipse in Italia residens, ut cupiebat (periculosum etenim existimabat se in partem contrudere longe dimotam) reperit tandem consilium rectum: et Iulianum patruelem fratrem, haud ita dudum ab Achaico tractu accitum, etiam tum palliatum, in societatem imperii adsciscere cogitabat.* revocanda in memoriam quae de Iuliani custodia superius annotata. post aulicorum obtentas adulationes, subdit. *queis adnitentibus obstinate opponebat se sola regina, incertum, migrationem ad longinqua pertimescens, an pro nativa prudentia consulens in commune, omnibusque memorans anteponi debere propinquum, etc. ad imperium placuit Iulianum adsumere.* ante tres porro vel quattuor annos haec actitata monet idem Marcellinus in sequentibus. *haec die octavo Iduum Novemb. gesta sunt, cum Arbelionem consulem annus haberet, et Lollianum.* anno Constantii 18, vel secundum alios 19.

69, 3. *Ἰούλιος ὁ πάπας*] cur Iulii mortem ascribat, et de Athanasio pag. 36 scripta repetat Theophanes anno Damasi quinto, nisi deceptum asseram, fateor me nescire.

Ibid. 9. *Μακεδόνιος ἔτη ιη'*] reliquis codd. *ἔτος α'* scribentibus, interpolo *β'*.

Ibid. *Ἀθανάσιος ἔτη μς', λβ'*] Athanasii anni sigillatim accepti incipiunt hinc recte numerari.

Ibid. 10. *σεισμοῦ μεγάλου γενομένου*] his iisdem verbis narratio instructa chronicon Alexand. legentibus, occurrit ad praesentem Constantini annum. ibidem insuper mensis Hyperberetaeus, id est October, observatur: idem habet Hieronymi chronicon.

Ibid. 15. *Εὐδόξιος ἔτη κ'*] ita cuncti codd. mendose: solos quippe decem annos vixit in pontificatu.

Digitized by Google

69, 17. *Μακεδονίου τοίνυν τυραννικῶς*] instituto recens in Caesarem Iuliano, ante Constantii e Gallis reditum stragi hic enarratae causam dedisse Macedonium a dubio procul alienum est Socratem legentibus lib. 2 cap. 30 ad extremam calcem: auctor chronicon Alexandrinum sequutus ad annum Constantii 23 eam removet. his confer pagg. 35 36 et 37, et num Theophanes sibi cohaereat, expende.

70, 3. *τὸ φρέαρ*] fontibus vel puteis ex ecclesiarum conspectu positis antiqui Graeci gaudebant: iisque elucidandis insudat euchologium, ubi de aqua in Theophaniis benedicenda. haud putei tamen, sed *στοᾶς* porticus aulam inter ecclesiae et plateam mediae mentionem habet Socrates nuper allatus.

Ibid. 8. *Πέρσαι Βεδζαηχδὶ καλούμενον*] Bezabdem, quam Phoënicam quoque appellarunt, anno Constantii 24, ipso Constantio decimum, Iuliano tertium coss. captam, quo tempore quoque Iulianus in Galliis imperator salutatus est, testatum reliquit Marcellinus lib. 20 sub initium.

Ibid, 11. *ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων*] variis eiusdem paginae Marcellini verbis lib. 21 ad invicem consutis firmantur haec a Theophane scripta. *ingressus Antiochiam Constantius, etc. autumno iam senescente, etc. venit Tarsum*, etc. *petiitque per vias difficiles Mopsuecrenas Ciliciae, ultimam huc pergentibus stationem, sub Tauri montis radicibus positam etc. diuque cum anima colluctatus abiit e vita.*

Ibid. 13. *ἐν πρώτῃ μονῇ ἀπὸ Ταρσοῦ τῆς Κιλικίας*] quae prima Tarso, descendentibus, *ultimam* illuc *pergentibus stationem* designat Marcellinus. ex isto Theophanis textu integro vitiosus chronici Alexandrini, in quo haec leguntur, et corruptior eius, qui pravam in margine correctionem apposuit, interpolatur. *ἐλθών*, scribit, *εἰς Μοψοῦ κρήνας πρώσιμον ἢ ἀπὸ Ταρσοῦ Κιλικίας. locus vitiosus*, addit marginalis adnotatio fortasse *πρόθεμος κρίνας.* ita vitium vitio truditur: sanatur utrumque si appositum fuerit: *ἐλθὼν εἰς Μοψοῦ κρήνας πρώτῃ μονῇ ἀπὸ Ταρσοῦ.*

Ibid. *ἐτελεύτησεν μηνὶ Δίῳ γ*] chronicon Alexandrinum. *μεταλλάττει τὸν βίον ὁ αὐτὸς Κωνστάντιος Αὔγουστος μηνὶ Δίῳ γ'.* is October est: quare Marcellinus. *abiit e vita* III. *non. Octobrium.*

Ibid. 14. *πολλὰ τῆς ἀνοίας αὐτοῦ καταγνούς*] Marcellinus. *ultimum spirans deflebat exitium: mentisque sensu etiam tum integro.*

Ibid. 15. *ἐβαπτίσθη δὲ τότε εἰς Ἀντιόχειαν*] aliter chro-

Digitized by Google

nicon Alexand. *πρότερον εἰληφὼς τὸ ἅγιον βάπτισμα παρὰ Εὐζωΐου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας μεταστα λέντος ἐν τῇ αὐτῇ μονῇ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίου.* cuius interpres. *accepto ab Euzoïo Antiochiae episcopo ex monasterio* (prave omnino. repone. *ad eam ipsam stationem:* de qua ante notas unam et alteram) *per Constantium accersito, baptismate.*

70, 16. *τῆς δὲ περιόδου φλβ' ἀρχομένης τῆς ιβ'*] cyclus decemnovellanis lunae per solarem, qui est annorum 28 ductus, periodum annorum 532 constituit. haec decies ac semel repetita annos reddit 5852, quare periodi duodecimae annorum 532 primus limes anno 5853 figetur. variantes lectiones ostendunt hic reponendum *τῆς δὲ ια' περιόδου φλβ'.*

71, 5. *διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν ἡμῶν*] ut malum omne poenae etiam in posterorum peccatum velut in propriam originem refundant, Graecis usitatum.

Ibid. 12. *παντοδαποὶ θεήλατοι ὀργαί*] narrantur a Sozomeno lib. 3 cap. 2.

Ibid. 15. *Εὐσέβιον δὲ τὸν πρῶτον τῶν βασιλικῶν εὐνούχων*] Socrates lib. 3 cap. 1 exponit *προεστῶτα τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος.* Marcellinus lib. 21 velut interpres. *cui erat Constantiniani thalami cura commissa.* hic mortis eius causam intolerabilem superbiam et animi ferocientis crudelitatem; ille iniurias reliquis illatas et in Gallum Caesarem calumniam assignat.

Ibid. 16. *ἐδίωξε δὲ καὶ τοὺς ἄλλους εὐνούχους*] *palatinos* omnes uno verbo includit Marcellinus, quorum deinde, coquorum maxime et tonsorum, exautorationem recenset. legendus ille omnino, ut res gesta penitius inspiciatur: auctoris autem verba cum Socratis textu comparanda.

72, 3. *διὰ φιλαργυρίαν*] quod coniiciendum suggerit Marcellinus.

Ibid. 8. *ἐνεπόμπευον*] *pompare* et *pompatice dicere* reddit Anastasius: quod est, ad inurendam infamiam per plateas, forum, circum et vicos ignominiose traducere, ab honoris, in ludibrii sensum voce translata. chronicon Alexandrinum, ex quo ad verbum ferme haec desumpta. *δι' ὅλης τῆς πόλεως περιέφερον* scripsit.

Ibid. 17. *ἐφυβρίστως κρεμάσαντες*] *ἐν σχήματι κανδήλαις,* ad lampadis appensae normam, inquit chronicon Alexandrinum, ex quo ista. vocem *κανδήλαις* commuto in *κανδήλης.* nisi ut corrupte recentiores pronuntiant, mavis scribere *κανδήλας* in genitivo. ita ex istis plura, etiam dictionem ipsam ex illo chronico mutuatus est Theophanes: ex Socrate, Theodoreto et Sozomeno reliqua.

Digitized by Google

73, 15. *Μάρκον τὸν ἁγιώτατον μοναχόν*] Marcum Arethusium episcopum diris suppliciis Iuliani tempore probatum celebrant Theodoretus et Sozomenus: monachum alium Iuliani servatorem ignorant historici: quare vitiosum, errore maculatum et mutilum hunc locum nemo non advertit.

75, 15. *ἐθνικῷ ἔθει εὐχαριστήριον*] ex ethnico igitur more fluxit, qui sacer creditur, et asseritur imaginum in ecclesia statuendarum ritus? ita sentiet, qui de sacris imaginibus male sapiet, et Graecorum supra Latinum morem eas excolentium sententiam ignorabit. illi certe, quod vix quisquam advertit, imagines colunt pictas, cum levi tantum lineamento adumbratas, addo etiam toreumate fictas suspiciunt et deosculantur; statuas ex marmore, metallo, ligno, parte ex omni sculptas abominantur et conspuunt. rationem exquire, *εἴδωλα* sunt, haud *εἰκόνες*, inquiunt. antiqua monumenta revolve, sacram historiam discute, perlustra quidquid de imaginibus et earum cultu patres scripserunt priores; imagines a contemptu cernes ab eis vindicatas adorari iussas, *ζωγράφους* commendatos, *ἀνδριάντας* et *ξόανα* inter res prophanas; et *εἰδώλοις* quam vicina absque cultu relicta. referam quod expertus sum. ita me deus adiuvet, allatae ex Occid. in Chium, ubi degebam sanctorum exsculpta, sive scapello efficta capita: sin adorationi minus, saltem pio devotoque spectaculo fuerunt exposita. cuncti simul exhorruere Graeci pariter et Latini, et ore uno exclamare, *simulachra gentium, etc. os habent, etc.* quorum haec effata? eorum sane quorum erga pictas imagines cultus a pontificibus potius moderandus, adeo viget, adeo summus, ut fines pene praetergrediatur, quam excitandus habetur. quid igitur mirum, si mulier gentilis, gentilium praecipuis viris, euergetis, et principibus statuas erigere solitorum moribus assueta, fusam ex aere Christi statuam, in loco publico, via nimirum, vel ad fontem statuisse *ἐθνικῷ ἔθει* dicatur a Theophane sacrarum imaginum studiosissimo assertore, et pro imaginum tutando nomen olim confessoris adepto, qui pictas admittit et caelatas imagines, fusas et sculptas pro gentis suae mente, gentilibus relinquendas existimat?

77, 16. *τῶν δὲ ἀποσταλέντων*] correctius hic lego. *οἱ δὲ ἀποσταλέντες κόμητες δύο Φῆλιξ καὶ Ἰουλιανὸς ἀποστάται ἔλεγον.* ex Theodoreto lib. 3 cap. 11. de comitibus istis auctor dissertationum in Philostorgium Photii pag. 298.

78, 6. *τούτῳ τῷ ἔτει τινὲς ἠπατήθησαν*] historias gestaque cuncta superioribus annis duobus ascripta ex Socrate, Theodoreto, Sozomeno, et Rufino fidem mereri nullus du-

Digitized by Google

bitat: quae hic referuntur chronico Alexandrino, non auctoritatem modo, sed ipsa quoque verba debent, anno Iuliani secundo. variantes a nostro lectiones praecipuas subiicio. *ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀρχόντων·* addit illud *χαυνούμενοι Θεότεκνος δέ τις πρεσβύτερος τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας ἐξ ὑποσχέ. παραχρῆμα τρόπῳ τοιούτῳ. τότε καὶ Ἥρων οὕτω λεγόμενός τις Θηβαῖος ἐπίσκοπος ἐν τῇ Ἀντιοχέων πόλει τυγχάνων, ὃν παραδοξοποιὸς τοῦ θεοῦ δύναμις εἰς παράδειγμα καὶ φόβον πολλῶν τιμωρίας εἰσεπράξατο. ἔρημον γὰρ αὐτὸν καταστήσας πάσης κηδεμονίας, καὶ σηπεδόνος νόσον ἐμβαλὼν, ταῖς πλατείαις φερόμενον ἐκψύξαι δημοσίᾳ ἐνώπιον πάντων ἐποίησε. τάγματος Κορνούτων, οὕτω λεγομένων νουμέρων. ὑποβληθεὶς γενναίως καὶ προθύμως ὑπέμενεν.*

79, 1. *τάγματος Κορωνάτων λεγομένων νουμέρου*] correctior chronici lectio, qua *Κορνούτων*, exhibetur. *Cornutos* enim legionarios lego in notitia imperii Orientalis Pancirolliana folio mihi 61 et 75, et imperii Occidentalis folio 34 37 et 38. *Coronatos* nullibi reperio. Valentinianum eundem *ταγματάρχην τοῦ καταλόγου τῶν καλουμένων Ἰοβιανῶν* commendat Sozomenus lib. 4 cap. 6. *Scutariorum tribunum* Paulus diaconus ex Hieronymi chronico.

Ibid. 3. *ὁμοίως καὶ Ἰουβιανός*] tacet haec chronicon Alexand. quae ex Suida et ex Theodoreto lib. 3 cap. 10 refert noster Theophanes.

Ibid. 4. *ὃν ὁ λαὸς ἀγαπῶν στρατοπεδάρχην*] *λαοῦ* voce militarem plebem significari auctor in sequentibus frequentius confirmabit. Iovianum porro, quem hic *στρατοπεδάρχην* vocat, *domesticorum ordinis primum* Ammianus lib. 25, *primicerium domesticorum* Hieronymus in chron. celebrant.

Ibid. 7. *Ἀρτέμιος δὲ δοὺξ*] rursus chronicon Alexandrinum, cuius haec varia lectio. *ἐπειδήπερ ἐν τοῖς καιροῖς τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίνου τοῦ Αὐγούστου ζῆλον πολὺν ὑπὲρ τῶν ἐκκλησιῶν ἐνεδείξατο, ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων ἐδημεύθη, καὶ τὴν κεφαλὴν ἀπετμήθη, μνησικακήσαντος αὐτὸν τοῦ Ἰουλιανοῦ.*

Ibid. 11. *Καπετουλιανοῦ*] chron. idem *Καπετωλίνου Οὐικαρίου.*

Ibid. 13. *Θαλάσσιος δέ τις*] *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ Θαλάσσιός τις, ὁ καὶ Μάγκος, ἐν ἀσελγείᾳ μὲν καὶ ἀσωτείαις ἐπίσημος, ὁ καὶ τῆς ἑαυτοῦ θυγατρὸς ἐπ' αἰσχρουργίαις προαγωγεὺς ἐτύγχανεν, συμπεσόντος αὐτῷ τοῦ οἴκου ἀπέθανεν.* ita chronicon idem. vertit interpres. *hoc tempore Thalassius quispiam, cui et Magno nomen, etc.* an *μάγκος Magnus*, po-

Digitized by Google

tiusquam *Mancus* te, lector, iudice, reddendum? num melius ac certius vocabulum *μάγκος mangonem* interpretabor, obscoenae libidinis proxenetam, et impuritatis nunditatorem, etc. *ἐπ' αἰσχρουργίαις προαγωγέα;*

80, 19. *τότε καὶ γράψαι κατὰ τῆς ἀληθείας*] Constantini, Constantii, et Iuliani temporibus Porphyrium vixisse testatur aperte Socrates lib. 3 cap. 19, facile itaque circa eius aetatem delusus est Baronius, qui Constantini vicennalibus iam annum 91 attigisse scripsit ad Christi annum 325 num. 90, ex eius quippe ratione annus iste Iuliani tertius vitae centesimus et tricesimus Porphyrio existeret.

81, 15. *νῦν πάντες ὡρμίσθημεν*] ex Theodoreto lib. 3 cap. 18.

82, 8. *θεόκτανος*] eventus quam obscuri dilucidissima expositio. Baronius ad annum 363 num. 54. auctor dissertationum in Philostorgium pag. 308, Theodoretus lib. 3 cap. 20. *δῆλον ὅτι ὃς τοῦτο δέδρακε τοῦ θείου νεύματος ὑπουργὸς ἐγεγόνει. constat eum, qui facinus commisit, divinae voluntatis administrum fuisse.*

Ibid. *ἐν τῇ κς' τοῦ Ἰανουαρίου μηνός*] mendum a primo scriptoris errore in cuncta exemplaria derivatum, *Ἰανουαρίου*, ob quandam similitudinem, *Ἰουνίου* vice posuit. errorem scriptis suis convincunt Ammianus lib. 25, Socrates lib. 3 cap, 18. Idatius si modo verus, chronicon Alexandrinum, Cassiodorus, et alii apud Petavium lib. 11 cap. 43. ipse auctor annos imperii duos et menses 9 Iuliano asserens, nonnisi Iunio interiisse credat, quem Octobri primo imperasse scripsit superius anno Constantini ultimo.

Ibid. 9. *ἐτῶν ὑπάρχων λα'*] ita quaedam Hieronymi exemplaria apud Pontacum, Socrates lib. 3 cap. 18 ultimis verbis, Ammianus lib. 23.

Ibid. 16. *ἐν Κάρραις δὲ εὑρέθη*] Theodoretus lib. 3 cap. 21.

83, 2. *χιλίαρχος*] qui anno superiore *τριβοῦνος* idem *χιλίαρχος* anno sequente Cedreno scriptus.

Ibid. 3. *ὑπὸ παντὸς τοῦ στρατοῦ*] Ammianus lib. 25. *principio lucis sequutae, quae erat quintum kal. Iulias, collecti duces exercitus, advocatisque legionum principibus, et turmarum super creando principe consultabant.*

Ibid. 6. *εἰρήνη γέγονεν*] Eutropius ad lib. 10 calcem, Ammianus lib. 25, Socrates lib. 3 cap. 19, Theodoretus lib. 4 cap. 1, Sozomenus lib. 6 cap. 3.

Digitized by Google

83, 11. *σωτήρια περιλειφθέντος λαοῦ*] plures ex Ammiano sententias in scripta traduxisse auctorem observant notae duae praecedentes. ex eodem *μίαν συμβολὴν πολέμου*, et pacem exinde compositam scripsit ex eodem: *ὡς ἀπὸ θεοῦ γενομένην* dixit, haec verba imitatus. *furebat inedia iraque percitus Romanus miles, ferro properans quam fame ignavissimo genere mortis, absumi. erat tamen pro nobis aeternum dei caelestis numen, et Persae praeter sperata priores, super fundanda pace oratores Surenam et optimatem alium mittunt*, hic Nisibim Persis relictam *σωτήρια περιλειφθέντος λαοῦ*, ait; quod prius ille fassus est. *petebat rex* (Persarum) *obstinatius pro redemptione nostra quinque regiones transtigritanas.*

84, 5. *μηνὶ Ὑπερβερεταίῳ*] Octobri Ammianus. *flagrante inde hyeme profectus, signis vetantibns plurimis, etc.* quibusdam ex illis ante verba allata expositis, praesens prodigium tacuit, vocabulo communi illud indicare contentus.

Ibid. 12. *ὕπατος προῆλθεν*] *τὸ προέρχεσθαι*, et *προέλευσις* de imperatore, vel magistratu dicta, non incessum simplicem, sed qui cum apparatu et pompa celebratur, interpretor. asserti auctoritates proferam alibi commodius. quoad praesentem Ioviani consulis renunciati *προέλευσιν* Ammianus lib. 25 versus finem. *cum introisset Ancyram imperator, paratis ad pompam pro tempore necessariis, consulatum iniit, adhibito in societatem trabeae Varroniano filio suo admodum parvulo: cuius vagitus pertinaciter reluctantis ne in curuli sella veheretur ex more, id quod mox accidit portendebat.*

Ibid. 13. *ἐπιφανέντα τὸν αὐτὸν ἀναγορεύσας*] Philostorgius Photianus quasi dux verbi. *γεγονὼς ἐν Ἀγκύρᾳ θάτερον τῶν αὐτοῦ παίδων Οὐαρωνιανὸν κομιδῇ νέον ὄντα ἐπιφανέστατον (ὃ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ νωβελίσσιμον δύναται) ἀναγορεύει. Ancyrae constitutus alterum e filiis Varonianum iuvenem admodum ἐπιφανέστατον* (*quod nobilissimum apud Romanos valet*) *renunciavit.* lib. 8 cap. 8.

Ibid. 14. *ἄνευ τοῦ ἐνδῦσαι αὐτὸν πορφύραν*] nobilissimatus et consulatus dignitati debitam: de qua alibi opportune.

Ibid. 15. *βασιλεύσας μῆνας θ' καὶ ἡμέρας ιε'*] ex Philostorgio id assertum puto: *νοτὶς διαφθείρει τὸν βασιλέα διανύσαντα ἐν τῇ βασιλείᾳ μῆνας ἐγγὺς δέκα. vapor suffocat imperatorem, qui decem ferme imperii menses egit.* octo solos numerat Zozimus lib. 3 et Sozomenus lib. 6 cap. 6, pauciores Socrates lib. 3 cap. ult. verbis ultimis. uno verbo

Digitized by Google

a Iunli 26 sive a sexto ante kalendas Iulias ad decimum tertium kal. Martias ex Socrate, ex aliis ad Maias regnavit.

85, 6. *ὁ Αὔγουστος Γρατιανὸν τὸ ἑαυτοῦ υἱὸν Αὔγουστον ἀνηγόρευσεν*] cunctis historicis et fastorum consularium peritis Gratiani consulatum primum patris Valentiniani anno secundo, collatum vero imperium anno tertio statuentibus; Gratianum eundem imp. Augustum simul et consulem ab auctore hic assertum (ne solus, ac temere sine duce errasse convincatur) nisi me fallit coniectura, ita ex Socrate interpretor. Iovianum decimo tertio kal. Martii ipso Ioviano et Varroniano puerulo coss. obiisse fastorum consularium inspectio testatur, eiusdemque mensis diebus postremis Valentinianum imperatorem salutatum narrat Ammianus Marcellinus. sequentem annum Valentiniáni et Valentis consulatu primo consignant fasti, quos ab ipsius imperii exordiis consules declaratos, ac propterea Ioviano defuncto, et Varroniano dignitate remoto circa Martium substitutos non obscure indicat Socrates lib. 4 cap. 1 ineunte. *τοῦ δὴ βασιλέως Ἰοβιανοῦ ἐν Δαδαστάνοις ὡς ἔφημεν, τελευτήσαντος, τῇ ἑαυτοῦ ὑπατείᾳ, καὶ Βαρωνιανοῦ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ τῇ ιζ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, οἱ στρατιῶται ἐκ τῆς Γαλατῶν ἑβδομαῖοι εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας ἐλθόντες, κοινῇ ψήφῳ Οὐαλεντινιανὸν ἀνακηρύττουσι βασιλέα τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ αὐτοῦ Φεβρουαρίου μηνὸς ἐν τῇ αὐτοῦ ὑπατείᾳ. cum imperator Iovianus in Dadastanis, uti diximus, ad suum ipsius, et Varroniani filii sui consulatum* XIII *kal. Martii e vita migrasset: milites e Galatia decedentes, septimo post die Nicaeam Bithyniae veniunt: omnesque una voce Valentinianum ad quintum kal. Martii, illo ipso consule imperatorem declarant.* imperium itaque Valentiniano una cum consulatu ex Socratis calculo delatum: eapropter annus sequens filii Gratiani et Dagalaiphi consulatu eodem auctore annotatur cap. 9 obeunte: ad decimum itaque suscepti imperii mensem, intra primi, inquam, anni cancellos Gratianum filium Valentinianus declaravit consulem, et collegam dedit Dagaláiphum. iam cum Lupicino et Ioviano coss. qui Valentiniani annum tertium designant, Socrates cap. 10. Hieronymi chronicon, Marcellinus lib. 27 et chronicon Alexandrinum, adiuncta sibi reliqua historicorum manu, Gratianum in Galliis imperatorem factum concordibus scriptis enuncient, istud nihilo secius (chronicon intelligo) Gratianum *ἐπιφανεστάτου nobilissimi*, consulisque dignitate simul insignitum haud tacite demonstrat, *ὑπάτων*, inquit, *Γρατιανοῦ ἐπιφανεστάτου* (quem *illustrissimum* non bene vertit interpres, de quo ante duas notas) *καὶ Δαγαλαΐφου.* nobilissimus autem is est, qui insigni-

bus, licet non potestate Caesar, ut ex Zosimo commodius alibi proferetur, ac ideo is idem, qui Augustus iam proposito designatus. ut igitur ante conclusum Valentiniani annum primum Gratiano consulis fasces delatos ex Socrate, et ex chronico Alexandrino dato nobilissimi nomine imperium pollicitum simul et exhibitum Theophanes collegit, sic hoc primo Valentiniani anno audacius, quam verius scripsit: *Οὐαλεντινιανὸς ὁ Αὔγουστος Γρατιανὸν τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Αὔγουστον ἀνηγόρευσεν, κοινωνὸν τῆς βασιλείας ὁμοῦ καὶ ὕπατον.*

85, 10. *καὶ ὑπὸ Εὐδοξίου βαπτισθέντα*] Valentem salutis fiduciae bene consulturum, dum in Gotthos expeditionem pararet, ab Eudoxio baptizatum observat Theodoretus lib. 4 cap. 11. arma vero in Gotthos Lupicino et Iovino coss. movisse scribit Ammianus lib. 27 ineunte: quare haec de Valentis baptismo per *πρόληψιν* ante annum Valentiniani tertium ab auctore hic posita nullus dubitaverit.

Ibid. *οἱ δὲ ὀρθόδοξοι προσῆλθον Οὐαλεντινιανῷ*] secedenti ad occiduas partes Valentiniano episcopos orthodoxos occurrisse observat Theodoretus lib. 6 cap. 7, ex quo haec Theophanis narratio: separatos autem ab invicem ante susceptum ab utroque consulatum, quo anno mortuus est Iovianus, scriptis testatur Ammianus lib. 26 paulo post initium.

86, 2. *οὔτε ποιμένα, οὔτε ἐκκλησίαν εἶχον*] *οἱ δὲ τοῦ ὁμοουσίου φρονήματος ἐν μικρῷ οἰκίσκῳ τὰς συναγωγὰς ἐποιοῦντο ἔνδον τῆς πόλεως. fidei consubstantialis propugnatores in aedicula quadam intra civitatem conventus celebrabant.* Socrates lib. 4 cap. 1.

Ibid. 3. *Λιβέριος ἐπίσκοπος Ῥώμης*] ex Socratis loco memorato transcripta. celebrium autem virorum huiusmodi vitam voluit esse testatam sub Valentiniani et Valentis imperium, *κατὰ δή*, ait, *τὸν χρόνον τόνδε*, non praefixe ad eorum annum secundum, quo Liberium adhuc vixisse, Damasi annus decimus quartus, quem hic auctor numerat, falsitatis omnino convincit, vel compendio contractam hanc narrationem historiae, non chronographiae partem astruit.

Ibid. 13. *Προκόπιος ἀντῆρεν ἐν ΚΠ. μηνὶ Σεπτεμβρίῳ*] ut Procopii tyrannidem anno Valentiniani tertio ascriberet Theophanes, potuit ansam dedisse Philostorgius, cuius epitome Photiana haec habet: *ὅτι τρίτον τῆς βασιλείας ἔτους Οὐάλης ἐπιβὰς Πέρσας ἐστράτευσε· καθ' ὃν καιρὸν καὶ Προκόπιος τὴν τυραννίδα κατὰ ΚΠ. ἐσκευάσατο. quod Valens tertio imperii anno expeditionem in Persas moverit: quo tempore Procopius et tyrannidem CP. arripuit.* Valentiniano tamen et

Digitized by Google

Valente coss. a primo iam eorum imperii anno Procopium ab eis defecisse res nota est, et omni dubio aliena apud Marcellinum lib. 26, Socratem lib. 4 cap. 3 et Idatium in fastis. mense quoque Septembri tumultum ab eo CP. excitum habent iidem Idatiani fasti, et de eo nuntium Valentem accepisse cum *Vaporatis aestibus Ciliciae iam lenitis ad Antiochiae percurreret sedes*, hoc est, ineunte autumno et Octobris diebus demonstrant Marcellini in medium allata verba: missum quoque in Gallias Procopii ad Valentinianum caput, instante Lupicini et Iovini consulatu, id est, Gratiano et Dagalaipho coss. anno Valentis et Valentiniani secundo narrat in sequentibus idem Marcellinus. quapropter ad annos superiores narrationem hanc revocandam auctor Theophanes, si mendacem Philostorgium, aut alium similem non exscripsisset, significaret.

87, 4. *τότε καὶ Ἐλεύσιον τὸν Κυζίκου*] haec circa Eleusium post devictum Procopium gesta anno Valentis tertio potuerunt obtingere: primo quidem tyrannidem movit Procopius, secundo prostratus obiit, duodecimo kalendas Iulias, ait chronicon Alexandrinum: tertio igitur a Septembri initium ducente, episcopatu sese exuere potuit Eleusius, etc.

Ibid. 10. *διῆγεν Οὐάλης ὁ βασιλεὺς ἐν Μαρκιανουπόλει*] de qua Marcellinus lib. 27. *dein Mysia, ubi Martianopolis est, a sorore Traiani principis ita cognominata.* anno imperii tertio ad eam Valentem in Gotthos pugnaturum parta de Procopio victoria divertisse scribit Marcellinus lib. 27.

Ibid. 11. *σεισμὸς δὲ γενόμενος καθ' ὅλης τῆς γῆς*] anno Valentiniani primo, ipso collega fratre Valente consulatum gerente, illum terrae motum, et Alexandriae inundationem visam refert Ammianus lib. 26. ad Iuliani tempora revocat eam Sozomenus lib. 6 cap. 2. ad Valentiniani annum secundum removet Hieronymus, qui cum Theophane tertium a Septembri auspicante quam facile potest conciliari. legendus idem Hieronymus in Hilarionis vita, et in Isaiam cap. 15, necnon Orosius. Socrates inter tumultus a Procopio excitatos terram tanta concussione agitatam, et mare ultra praefinitos carceres elatum indicat lib. 4 cap. 3, anterius nimirum quam auctor Theophanes statuat.

89, 4. *πέμπουσι δὲ καὶ πρὸς Λιβέριον*] acta Liberii refert incaute Theophanes ad annum Damasi pontificis Romani 17, eadem Baronius ad annum Valentis 2 Christi 365. haec auctor opportune ad annum Valentis 4, ut post alteram notam declarabitur.

Digitized by Google

89, 11. *ἐν Μαρκιανουπόλει δὲ Οὐάλης*] de hybernis, tum praesente, tum superiore anno a Valente Marcianopoli actis Ammianus lib. 27.

Ibid. 14. *σύνοδος ἐν τοῖς Τυάνοις γέγονεν*] ad consulatum Valentiniani et Valentis AA. secundum a Socrate cap. 10 lib. 4 ineunte observatum Eustathii, Sylvani et Theophili episcoporum ad Liberium iter et reditum describit Socrates idem cap. 11. *τῶν δὲ φρονούντων τὸ ὁμοούσιον σφοδρῶς τότε συνελαθέντων. eo tempore, illis qui fidem consubstantialis servabant, graviter et acerbe exagitatos*: *τότε*, inquam, eo consulatu, qui Augustorum eorundem imperantium annus numeratus est quartus, quo illi Romam profecti, ac postmodum reversi concilium Tyanis habuerunt, quod nonnisi circa consulatus eiusdem finem, vel anno sequenti, hoc est, iam a Septembri Valentiniano anno quinto fluente, potuit congregari: de quo Sozomenus lib. 6 cap. 12.

91, 4. *Εὐδοξίου τελευτήσαντος*] Eudoxium Valentiniano et Valente iam tertium coss. defunctum aperte narrat Socrates lib. 4 cap. 13. *Εὐδόξιος ὁ τῆς Ἀρειανῆς ἐκκλησίας ἐπίσκοπος εὐθὺς μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ἔξοδον τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο ἐν ὑπατείᾳ Οὐαλεντιανοῦ τὸ τρίτον, ὁ Οὐάλεντος τὸ τρίτον.* principum istorum consulatum tertium imperii eorundem septimo nonnulli adiungunt, chronicon Alexandrinum Valentiniani Augusti consulatum tertium, et Victoris eiusdem imperii anno quinto, Valentis autem tertium et Valentiniani quartum sexto consociat.

Ibid. 10. *εἰς Κύζικον ἐξώρισεν*] observa Vat. et Pal. codd. habere *Βιζύην*.

Ibid. 19. *Δακίζων*] Socrates lib. 4 cap. 13 scribit *Δαδίκιζον*. Sozomenus lib. 6 cap. 14 habet *ἄχρι Δακίδης*, marginalis lectio *Δακιβίζης*. legit Rufinus Acibizam. lege varias lectiones.

92, 5. *Οὐάλης ἐν Ἀντιοχείᾳ*] Antiochenum iter Valens ipso et Valentiniano tertium consulatum gerentibus aggressus est, uti Socrates clare describit lib. 4 cap. 14. is consulatus annum imperii eius septimum signat, a cuius mense Septembri octavus iste a Theophane propositus ducit initium: quare, quae tum superiore, tum iterum alio priore, contigisse scribuntur, cum inter agendum iter illud sint gesta, praeter ordinem praemissa, et in hunc annum seponenda intelliguntur: de quibus necnon aliis sequentibus Socrates lib. 4 capp. 13 et 14, Theodoretus lib. 4 capp. 13 et 16 Sozomenus lib. 6 capp. 14 15 et 16.

93, 1. *τῆς ἐμβάτης*] *εὐχὴν τῆς διακονίας ἐν τῷ ἐμβάτῃ*

Digitized by Google

exhibet euchologium inter Theophaniorum officia, qua labri sive crateris aqua benedicitur διὰ πόσιν, νίψιν, ἢ ῥάντισιν· masculinum ibi refert genus.

93, 12. Ἀλεξανδρείας Πέτρος] annos 6, dies 288 obtinet apud Abrahamum Ecchellensem. idem canonio sequente annos decem ab auctore accipit, eiusdemque annus primus denuo numeratur.

Ibid. 15. ἐπιβουλὴν κατ' αὐτοῦ μελετῶντες] etiam verba Marcellinus suggesisse opinandus libro 29 ineunte. *qui dum ibi moratur securus hostium externorum, Antiochiam imperator Romanus ingressus, intestinis pene perierat fraudibus, etc.* quas Socrates lib. 4 cap. 15 et Sozomenus lib. 6 cap. 35, enarrant: Socrates cap. 16 Athanasii mortem prosequitur, quam Valentiniani anno decimo ascribit Hieronymus, auctor nono; uterque tamen penultimo, cum hic principis illius annos undecim tantum numeret: sed etiam nonnulli apud Pontacum codices utrumque convenire demonstrant.

94, 7. ὁ βασίλειος] his quidem annis episcopatum, quem non primo auspicabatur, tenuit: de quo Baronius anno Christi 369 num. 41 et seqq.

Ibid. Πέτρος ἱερομάρτυς ἔτη ι'] sex duntaxat numeravit canonium superius. septem ζ' lubens ubique interpolarem: nam decurrentibus annis, et succedentibus canoniis annorum septem spatium lector attentus observabit. nota vero superior tertia annos 6 et dies 288 eundem sedem affirmat tenuisse. consulendae hic etiam variae lectiones.

Ibid. 12. ὁ Ἀμβρόσιος] Ambrosii electionis annus Valentiniani undecimus Hieronymo, auctori decimus, utrique tamen, cum hic undecim tantum eius regni censeat, penultimus. videndus in notis Pontacus.

95, 13. ἐποίησαν σύνοδον ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ] ad annum praesentem Illyricam synodum ideo revocat Theophanes, quod post Ambrosii electionem, modo recensitam, legerit Theodoretum lib. 4 cap. 6, de eadem synodo contexentem historiam. anno d. 365, eam habitam putat Baronius n. 17 et seqq. at cum is annus sit apud eum Valentiniani secundus, illo nusquam celebrari potuisse sequens nota demonstrat.

Ibid. 17. κοινωνὸν καὶ Οὐάλεντα τὸν ἀδελφόν, καὶ Γρατιανόν] edictum Valentiniani Gratiano iam imperii consorte declarato editum constat. illud idem ad Illyrici concilii litteras synodales accessisse indicat Theodoretus, et consentit Baronius locis nuper allatis: ex quo tum concilium, tum edictum memoratum nonnisi Gratiano iam in imperatorem

Digitized by Google

elevato audiri coepisse reliquum est. errore itaque deceptus est Baronius ubi anno Christi 365, Valentiniani secundo accenset utrumque, Gratiani vero promotionem annis duobus semovet, ad Christi videlicet 367, patris autem 4. sed an decipere, vel in errorem inducere voluerit, Gratiani nomine in illis litteris suppresso, et in earum limine nullatenus extante, anno 365 num. 21 nondum compertum est. ut autem de illo praefigendo testis adest Theophanes, ita certus est auctor Theodoretus lib. 4 cap. 7, ex quo edicti titulum non fideliter Baronius exscripsit. *αὐτοκράτορες μέγιστοι, ἀεισέβαστοι, νικηταί, Αὔγουστοι, Οὐαλεντινιανός, καὶ Οὐάλης, καὶ Γρατιανός.* etc. *impp. maximi, semper Augusti, victores Augusti, Valentinianus, Valens et Gratianus,* etc. Baronius scripsit. *impp. maximi, semper Augg. victores, Valentinianus, et Valens episcopis diocoeseos,* etc.

95, 18. *τότε καὶ Γρηγόριος*] praesentem de Gregorii theologi in CP. sedem promotione errorem corrigit inferius auctor ipse ad annum mundi 5873, Christi 373.

96, 9. *Βάρσην δὲ τὸν ἐπίσκοπον Ἐδέσης*] historiam non chronicon texit hic Theophanes, Barses quippe ante Valentis Edessam profectionem exilio mulctatus est, ex Theodoreti lib. 4 cap. 16 ineunte, atque adeo non iis annis quibus leto proximus bellum in Gotthos ultimum renovarat: de pelagio Laodicaeno eadem sentire cogit Baronius ad annum C. 370 num. 13.

Ibid. 15. *Οὐαλεντινιανὸς ὁ μέγας*] quotis vixerit aut imperaverit annis Valentinianus senior vix cum quovis alio consentit Theophanes: de his chronicon Hieronymi et Alexandrinum, Victor in epitome, Ammianus lib. 30, Socrates lib. 4 cap. 26, Sozomenus lib. 6 cap. 36, clarissimi litteris Petavius, Valesius, et alii.

Ibid. 17. *Σαυρομάται*] *Quados* vocant Ammianus et Victor. haec narratio ex Sozomeno citato.

97, 17. *ὀνειδιζόμενος δὲ μαλακίαν*] ipsis pene Theodoreti verbis lib. 4 cap. 29 narrat ista Theophanes: quae Gratiano quartum et Merobaude coss. ad autumnum gesta indicat Marcellinus lib. 31.

Ibid. 19. *πολλοὺς δὲ ἀνεῖλεν*] inanis repetitio dictorum anno Valentiniani nono.

99, 5. *διὰ τοῦ μέλους τοὺς ἀργοτέρους*] de Graecor. melodis exquisitum Leonis Allatii opusculum legendum.

Ibid. 10. *ἡ τῶν Μεσσαλιανῶν αἵρεσις*] in Theophanis

Digitized by Google

sententiam de Messalianorum haeresis origine accedit Petavius notis in Epiphanium.

99, 11. βαλλίζουσιν] Suidas βαλλίζειν, τό, κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνων ἦχον ὀρχεῖσθαι. est quoque Latinis *ballo et ballatio*, salto: de quibus Meursius, et Lacerda in adversariis. dictionem Graecam, et antiquis scriptoribus notam vindicat Athenaeus Deipnosoph. lib. 8.

Ibid. 17. ἧκεν εἰς Καισάρειαν ἐξ ἀνατολῆς] non praetereundum errorem (pace tanti viri dixerim) in Baronio ad annum 370 num. 37 deprehendo. uno quippe Valentis Caesaream accessu posito, eo profectum existimat, cum Nicomedia iter agens Antiochiam perrexit, Basiliumque loci eiusdem creatum antistitem reperit. Valens, inquit, *Nicomedia recedens, contulit se cum suis Caesaream Cappadociae, vexaturus ecclesiam illam, nempe quod praeter suorum magistratuum sententiam creassent orthodoxae fidei insignem defensorem, acerrimumque propugnatorem magnum Basilium:* infra vero. *quid autem actum sit a Valente adversus Basilium, cum Caesaream venit, Sozomenus et alii cum recitant, plane hallucinantur, dum putant adventum Valentis Caesaream eo tempore contigisse, quo Eusebii eius civitatis episcopi adversus Basilium simultas illa vigebat. nam Basilio iam episcopo creato, Valentem eo pervenisse, ipsa rerum gestarum series plus certo declarat.* verum semel et iterum, Antiochiam videlicet euntem, et ex ea revertentem, iter Caesarea fecisse, et in eam ingressum, Baronium non advertisse, ex eius verbis plus aequo constat. itinere primo Antiochiam tendens Basilium quidem audivit orthodoxae fidei defensorem et propugnatorem magnum, at neque praesentem, neque reperit episcopum: secundo, cum nimirum rediret, conspicuum habuit, et ecclesiae Caesariensis rectorem, et cum eo gessit illa, quae hic brevibus contracta fusius a Theodoreto referuntur lib. 4 cap. 17 et a Sozomeno lib. 6 cap. 15. duplicis illius Caesaream adventus assertor est, tum quem Baronius eludit Sozomenus, tum Gregorius theologus orat. 20 in Basilii laudem pronuntiata. illius testimonio, quo nugari Baronius censet, omisso, huius verba referam. καὶ μετα τοιαύτης ἡμῖν ἐπιστρατεύει τῆς ἀσεβείας. *cum huiusmodi impietate adversum nos expeditionem* (Caesaream versus) *suscipit* Valens: mox exercitus, ducumque Valentis barbaricas incursiones superante impetu descripto, et enarrata per ecclesias illas immissa strage, tum Gregorii ad Basilium legatione, et eius e Ponto reditu, subdit. *atque illi sane*, Valentis comites, *sic infectis rebus discesserunt, mali male tum primum pudefacti, et superati, atque*

Digitized by Google

edocti, etiamsi alios homines, Cappadoces tamen non ita contemnere, ac pro nihilo putare, quorum nil tam proprium est, quam fidei firmitas, etc. exinde composita cum Eusebio pace, eoque ad Christum migrante, Basilius designatus antistes refertur: *quid alia dicere necesse est,* subiicit nonnullis interiectis Gregorius? verum enimvero *Christi hostis imperator, et fidei tyrannus, cum maiori impietate, ac ferventiore acie, ut pote cum valentiore adversario rem habiturus, ad nos iterum venit, impuri ac pravi illius spiritus in modum, qui ex hominis corpore pulsus, diuque vagatus, ad eundem rursus cum maiori spirituum agmine habitaturus redit* etc. ac inferius. *ut vero peragratis omnibus oppidis, ad hanc firmam, et inoffensam ecclesiarum matrem se contulit* etc. hoc si non geminum Valentis Caesaream accessum probant, plane hallucinor. secundo vero, quae hic tanguntur, contigisse testes sunt Sozomenus et Gregorius, quibus adiungit se auctor, dicens: *ἧκεν εἰς Καισάρειαν ἐξ ἀνατολῆς κατὰ τοῦ θείου Βασιλείου μαινόμενος· ἔπραξε δὲ καὶ ἃ ὁ μέγας Γρηγόριος εἰς τὸν Βασιλείου ἐπιτάφιον ἔλεξεν.*

100, 13. *Μαυΐα Σαρακηνῶν βασίλισσα*] haec post Valentis Antiochia discessum, et in hunc annum incurrisse collegit auctor, ex Socrate lib. 4 cap. 29, de quibus Theodoretus, Sozomenus, et Rufinus.

101, 3. *ἱστορεῖ περὶ τοῦ ἔθνους ὁ Σωζόμενος*] lib. 6 cap. 38.

Ibid. 5. *οἱ δὲ Γότθοι*] idem cap. 37 lib. 6 de Ulphila, vel Urphila Gotthorum episcopo eruditam habet dissertationem auctor earum in Photiani Philostorgii cap. 2 lib. 2.

Ibid. 15. *Λούκιος ἔτη ιβʹ, δʹ*] neque annus hic Lucii quartus, neque annis 12 pontificatum obtinuit, sed sex duntaxat, cuius hic quintus, succedens sextus. alium Pal. codicis et Peyrez. errorem, ac subinde barb. emendationem variae lectiones exhibent.

Ibid. 16. *Γότθοι πάλιν ἑνωθέντες*] praecipuam hanc Romanorum stragem describit Ammianus lib. 31 ad annum Valentis 14 assignat Hieronymus in chronico, qui post Valentiniani fratris mortem Valentis tertius numeratur a Theophane: cui concors Ammianus scribit. *periit hoc exitu Valens quinquagesimo anno contiguus, cum per annos quattuor imperasset, et parvo minus.*

103, 16. *ἐν τῷ κυνηγείῳ*] *amphitheatrum,* quo venationes, et hominum cum bestiis pugnae edebantur *κυνηγεῖον*

Digitized by Google

hic interpretor; appictae huiusmodi significantiae auctoritates alibi profero.

104, 6. *τότε καὶ Πέτρος Ἀλεξανδρείας*] Petri Alexandriam reditum, et Lucii eiectionem Socrates lib. 4 cap. 30, et Sozomenus lib. 6 cap. 39 ad Valentis tempora referunt. Lucium tacet Ecchellensis, et eius annos confundit cum Timothei, quem Petri successorem ordinat, et annos 6 et dies 156 regnasse notat.

Ibid. 10. *ἐν δὲ Ἀντιοχείᾳ*] ad Gratiani et Valentiniani iunioris imperium ante ascitum Theodosium, ista, necnon leges de revocandis in sedes episcopis, coniicienda docet Theodoretus, ex quo haec Theophanes, lib. 5 cap. 2 et 3, Socrates lib. 5 cap. 2 et seqq., Sozomenus lib. 7 cap. 2 et 3.

105, 3. *τότε Διόδωρον ἐπίσκοπον*] ex Theodoreti lib. 5 cap. 4, qui cuncta ante Theodosio traditum imperium gesta testatur.

Ibid. 14. *εἰς τὸ εὐκτήριον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας*] loco haec congruunt, et anno. de oratorio Anastasiae a Gregorio theologo excitato, et *Ἀναστασίας* sive *ἀναστάσεως* ob fidei resurrectionem in eo manifestatam dicto, deque primis ibidem visis miraculis luculenter Baronius ad annum Christi 378 num. 56 et seqq.

Ibid. 19. *Γρατιανὸς ὁ βασιλεὺς ἀνῃρέθη*] arreptam potius a Maximo tyrannidem, quam illatam Gratiano necem, huic anno Theodosii quarto sociandam uno stylo contestantur chronicorum auctores Prosper, Marcellinus comes, Socrates lib. 5 cap. 11 chronicon Alexandrinum.

106, 5. *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ*] *ἱστορικῶς* tantum, haud *χρονικῶς* scribi docent verba illa, *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ· eodem tempore*, sive, *circa tempus illud.* confirmat lex hic memorata in Theodos. cod. extans Gratiano Aug. V. et Theodosio I. coss. qui Theodosii imperii annus sequens est, lata.

107, 4. *ἡ μεγάλη καὶ οἰκουμενική*] quam ex Socrate signatis consulibus Eucharide et Euagrio, pronunciant alii Syagrium et Eucherium, anno Theodosii tertio synodum CP. peractam cuncti ferme chronologi statuunt; miror Theophanem in eiusdem, quo celebrari non potuit, annum sextum distulisse, quo Syricii papae Romani annum quartum numerat, cuius tempora synodus eadem longo spatio anteverlit. Socrates lib. 5 cap. 8, Theodoret. l. 4. c. 8, Sozomenus l. 7 c. 7.

108, 4. *τὸν συντακτήριον λόγον*] orationem componendis episcoporum dissidiis dictam nonnulli existimant, quam potius pro abdicanda sede pronuntiatam cum Billio iudico.

Digitized by Google

συνταχτήριος enim ille *λόγος*, idem qui *ἀποταχτήριος*. hinc lexicon Anonymum inter Regia ms. *συνταχτήριοι λόγοι, οἱ ἐν ἐξόδοις ἐπὶ τῶν ἀρχόντων ἀποχαιρετισμοί, οἷος καὶ ὁ τοῦ μεγάλου πατρὸς Γρηγορίου τοῦ θεολόγου συνταχτήριος. orationes quibus discessuris proceribus vale dicimus συνταχτήριοι, qualis est illa, quam magnus pater Gregorius theologus habuit.* bardam *συνταχτήριον ἐκπληροῦντα*, vota pro felici discessu nuncupantem describit Cedrenus editionis Regiae pag. 555. ita loquentem Damascenum orat. de fidel. defunctis exponit Billius, relato etiam Maximo in Dionysium teste: *ἔνθα Παῦλος ἐν Ἀσίᾳ συντάσσεται ταῖς ἐκκλησίαις αὐτῆς. ubi Paulus Asiae ecclesiis valedicit.* illic *συντάσσεται* nihil aliud significat quam *ἀποτάσσεται*. Nicetas ipse Gregori expositor orationem *συνταχτήριον* sub eius finem *ἀποχαιρετικὸν* quasi *valedictoriam* nominat. haec ille.

109, 9. *τότε καὶ Παῦλον*] Sozomenus lib. 7 cap. 10.

Ibid. 14. *Ὁνώριον υἱὸν αὐτοῦ γεννηθέντα*] anno Theodosii sexto Ricimere et Clearcho coss. natum Prosperi, Idatii et Alexandrinum chronica demonstrant, quibus accedit Socrates lib. 5 cap. 12. iidem deinde Arcadii et Bautonis consulatum anno sequente ordinant, ac tandem Honorii et Enodii fasces elevant. isti igitur anno Theodosii octavo dignitatem adierunt: quare Theophanes anno citius Theodosii septimo eam memorat. his autem verbis et litteris in fastos consulatum hunc Prosper retulit. *Honorio N. P. et Euodio coss.* eas vero litteras N. P. *nobilissimum puerum* designare ex inscript. veteribus notis, et codice Theodos. certo et erudite declarat Pontacus, quam vocem auctor hic scribit *ἐπιφανέστατον*, et ad annum Ioviani unicum *ἐπιφανέντα*, ubi nos *nobilissimum* referre fidem dedimus.

Ibid. 16. *εὐτρεπίσθη δὲ πολεμεῖν*] etiam anno sequente praeparatam in Maximum expeditionem suggerit Socrates lib. 5 cap. 12, eo nempe, qui Arcadii et Bautonis consulatum excepit, Theodosii octavus. reliqua hic memorata sequius reiicienda habentur cap. 13, Sozomeni lib. 7 cap. 14.

110, 11. *τὸν κίονα Ταύρου*] columnam illam describit Cedrenus in Theodosio. *τοῦ Ταύρου κίονα ἔστησεν ὁ μέγας Θεοδόσιος τρόπαια καὶ μάχας κατὰ Σκυθῶν καὶ βαρβάρων ἔχοντα τοῦ αὐτοῦ. ἔχει δὲ οὗτος ἔνδοθεν καὶ ὁδὸν ἄνω φέρουσαν· καὶ ὁ κατὰ τὸ ἄμφοδον δὲ ἑστὼς ἱππότης, αὐτός ἐστιν ὁ μέγας Θεοδόσιος χεῖρα τείνων δεξιὰν πρὸς τὴν πόλιν, καὶ δεικνὺς τὰ ἐγγεγραμμένα τρόπαια. Tauri* (in foro Tauri intellige) *statuam posuit magnus Theodosius, suas contra Scythas continentem pugnas, et de iis statuta trophaea.*

Digitized by Google

habet intus viam sursum ferentem. eques porro in bivio positus, ipse est magnus Theodosius, dextram versus urbem intendens, ac monstrans inscripta statuae trophaeorum monumenta. columnae et statuae superimpositae casum enarrat Zonaras in Alexio. origines CP. Petrus Gyllus in CP. topographia.

110, 14. *χειροτονεῖται ἀντ' αὐτοῦ Θεόφιλος*] ad annum Theodosii septimum, quo coss. agebant Arcadius et Bauto, Theophili ordinationem revocat Socrates lib. 5 cap. 12, annos 27 et dies 87 tribuit Abraham Ecchellensis.

Ibid. 17. *νικήσας Μάξιμον τὸν τύραννον*] Theodosio et Cynegio coss. anno ipsius Theodosii decimo Maximum devictum attestantur Prosperi et Idatii chronica, et Socrates lib. 5 cap. 13 et 14, hic sexto kal. Septembris, iste quinto kal. Augustas, auctor duodecimo cladem accepisse narrant.

111, 1. *ἦλθεν Θεοδόσιος ἐν Ῥώμῃ*] Idatii et Alexandrinum chronica ad annum Theodosii undecimum. Socrates lib. 5 cap. 14.

Ibid. 4. *ὁ Εὐγένιος ὁ ἀπὸ γραμματικῶν*] arreptam ab Eugenio tyrannidem praemature anno Theodosii duodecimo locatam Prosper et Idatius reclamant in chronicis, et annis duobus posteriorem statuunt. confirmat Zozimus lib. 4 Valentiniani iunioris necem, et Eugenii rebellionem, Rufino consule, qui eodem anno fasces tenebat, CP. auditam referens: quibus addere poteris Socratem, qui Theodosio III et Abundantio coss., ipsius nimirum Theodosii 15, exercitum ad expetendam de tyranno ultionem CP. movisse testatum reliquit lib. 5 cap. 24.

Ibid. *ὁ ἀπὸ γραμματικῶν*] *Ῥωμαϊκοὺς παιδεύων λόγους ἐν τοῖς παιδευτηρίοις* habet Socrates idem. *qui Latinas litteras in ludis docuerat.* *ἀντιγραφεὺς* vero *magister scriniorum* est: *ᾧ βασιλεὺς τὴν βασιλικὴν γλῶσσαν ἐπέτρεψε.* Eunapius in Nymphidiano.

Ibid. 9. *Θεόφιλος*] *εἰδωλοκτόνος* propter hic enarrata Georgio Syncello dictus. Socrates lib. 5 cap. 16 et 17, Theodoretus lib. 5 cap. 22, Sozomenus lib. 7 cap. 15, Rufinus lib. 2 cap. 23.

112, 5. *Μάρκελλος ὁ Ἀπαμείας*] Sozomenus nuper citatus, et Theodoretus lib. 5 cap. 21.

Ibid. 8. *Νεκτάριος δὲ ὁ ΚΠ.*] ecclesiae particularis error recto et integro universalis sensui non officit, nec Orientalis quantumlibet ampla spectandaque, poenitentiariis sacerdotibus reiectis, ac sequuto tempore receptis, suis gestis aut privata doctrina Romanae auctoritati, generali consuetu-

dini, sanis de poenitentia dogmatis ullum praeiudicium aut damnum intulit. pauca haec circa temerariam poenitentiarii sacerdotis a Nectario rerum ecclesiasticarum minus experto abrogationem, circa quam multi multa falsa et inutilia. Nectarius enim Neophytus ab Eudaemone sacerdote pari ignorantia damnando, in errorem, et si vis crimen, abduci potuit.

112, 13. *νόμον ἔγραψεν*] de hac Theodosii lege et diaconissarum aetate copiose et erudite disserit Franciscus Hallier, de sacris electionibus et ordinationibus: et nos olim in euchologicis.

Ibid. 18. *Πλακίλλα ἡ γαμετὴ*] cum eam ante plures annos ex Marcellini chronico, et ex Baronii calculis ad annum 387 num. 58 obiisse constet, magis placeret auctoris textus hoc pacto interpolatus, *Πλακίλλης τῆς γαμετῆς Θεοδοσίου κοιμηθείσης, ταύτης ἀνδριάντα*, etc. ita tamen ut etiam verba *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει* nusquam retinenda censeam.

113, 9. *ἐπιστρατεύσαντος Θεοδοσίου*] expeditio Theodosii in Eugenium annis duobus praeoccupata. videnda nuper scripta ad annum eiusdem duodecimum.

Ibid. 12. *μιτάτα*] de *metatis*, sive *metationibus* castrorum et *metatoribus* Pancirollus in notitiam imperii. codex Theod. lib. 7 tit. 8 et leg. novellar. Theod. tit. 16.

114, 10. *Νείλου ποταμοῦ κατὰ τὸ ἔθος*] hanc de Nilo historiam ad tempus quo Ioannis baptistae caput CP. illatum est, Sozomenus lib. 7 cap. 20 et 21 revocat: eam vero translationem anno Theodosii 12 Prosper et Marcellinus in chronicis, Alexandrinum autem 13 consignant.

Ibid. 18. *Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς*] anno imperii decimo quinto, ad tertium ipsius consulatum, Theodosium castra movisse in Eugenium Socrates lib. 5 cap. penultimo auctor est: pugnasse vero ac vicisse anno sequente, Arcadio tertium, et Honorio secundum coss. refert.

115, 1. *Ἀργαβάστης*] qui pag. 60 scribitur *Ἀρτύβασδος*. de quo variae lectiones.

Ibid. 3. *τὰ τῶν προφητῶν*] ad Theodosii vitae annos extremos prophetarum inventa corpora suggerit Sozomenus lib. 7 cap. ult.

Ibid. 6. *ἐλθόντι δὲ τῷ βασιλεῖ εἰς Ῥώμην*] ista commodius in annum sequentem, quo parta de Eugenio victoria Theodosius Romam profectus est, reiicienda.

Ibid. 7. *γνώμῃ Ἰννοκεντίου*] haec tamen historia Siricii

Digitized by Google

tempore includitur. attende, amabo, canonium anni praesentis.

115, 13. *περιελὼν καὶ τὰ γενόμενα*] maxima duo flagitia a Theodosio Romae sublata fuse narrat Socrates lib. 5 cap. 18. unum hoc fuit. ad pistrina publica (*μαγκιπεῖα* vocabant, quae Suidas exponit *ἀρτοπωλεῖα*) domus erant meretricibus constructae, ad quas extranei, vel cibi capiendi, vel libidinis explendae causa profecti, insidiosa quadam machina ex meretriciis cauponis in pistrinum praecipitati, ad summam usque senectutem molere, et ita iniurie publico servire cogebantur. alterum, mulieres in adulterio deprehensas, ad lupanar ductas impudenter rursus scortari iubebant, ac interim dum flagitiosa copula committeretur, pulsatis tintinnabulis, in novam ignominiam lubenter lapsae, et per vim subactae inurebant. ex his corrigitur Cedreni locus, quo de pistrinis sive *mancipiis* agens scribit *ἐμπήπτοντα ζῶα animalia*, praeter fas in eis detenta, cum potius *ἐμπίπτοντας ξένους* scribere debuerit. de mancipiis et mancipibus codex Theodos. lib. 12 tit. 16, de iisdem sub pistorum nomine lib. 14 tit. 3 et 5. ista vero, devicto Maximo, diu iam a Theodosio perpetrata demonstrat Socrates.

116, 16. *ἔμβολον*] ambulacrum ab imbre et temporis iniuria tectum est. *ἔμβολος, ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν*, quod homines intro se mittant. *ὁ πατριάρχης διέρχεται διὰ τοῦ δεξιοῦ ἐμβόλου*, ait euchologium: *transit patriarcha a dextra porticu.* Codinus in orig. CP. *ἐσκέπασαν ἐπάνω τὰς ἀψῖδας ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τῶν ἐμβόλων. apsides porticuum ab utraque parte erectarum texerunt σιγματοειδεῖς ἔμβολοι.* porticus rotundo fornice ad sigma litterae formam.

Ibid. 17. *Ἀναστάσιος ἔτη γʹ*] cui apud codd. omnes annorum duntaxat duorum spatium assignatur.

Ibid. *Ἀρκάδιος ἔτη ιδʹ*] mendosi igitur eidem Arcadio pag. praecedente anni concessi.

Ibid. 18. *Ἰννοκέντιος ἔτη ιεʹ*] de Innocentio tamen quasi praesulem Romanum gerentem auctor verba habuit pag. praecedente.

Ibid. 20. *μετετέθη τὰ λείψανα*] reliquiae Ioannis Baptistae sub Iuliano apostata in ignem coniectae, et a monachis Philippi monasterii utcumque ereptae, et Athanasio oblatae, exinde a Theophilo in ecclesiam eius nomini dicatam, sub Theodosio quidem fundatam, at sub Arcadio anno eius 2 consummatam, reconduntur. ita Baronius ad annum C. 389

Digitized by Google

num. 97, Rufinus lib. 2 cap. 28, Beda de sex aetatibus mundi in Iuliano, acta inventionis capitis S. Ioannis in appendice ad Cyprianum.

117, 3. Ἀνατόλιος ὁ λαμπρότατος] eum puto, de quo Suidas. Ἀνατόλιος μάγιστρος Θεοδοσίου (lego ἐπὶ Θεοδοσίου) ὃς φιλότιμος ἦν, προσῆν δὲ αὐτῷ καὶ τὸ μὴ φείδεσθαι τῶν χρημάτων. *Anatolius magister sub Theodosio, vir honoris cupidus, et liberalis, cui illud a natura inerat ut pecuniis non parceret*, etc.

Ibid. 4. ἴδιον ἀριθμόν] numeri militares, inde, ut Egnatius opinatur, dicti, quod ad numerum omnia praestarent, vel quod eorum certus quidam numerus esset: *cohortem* nos vocamus, vel etiam *legionem*. Zonaras parte 3. εἶτα τριβοῦνον ἀριθμοῦ τῆς ὑπερορίας ἀνακληθέντα· *tribunum numeri exilio revocatum*, etc.

Ibid. 5. Ἀρκαδικούς] notitia imperii exhibet felices Arcadianos iuniores, et seniores ab Arcadio institutos. Pancirollus cap. 45 et 47.

Ibid. 6. Νεκτάριος ὁ ἐπίσκοπος ΚΠ. ἐκοιμήθη] Caesario et Attico coss. inquit Socrates lib. 6 cap. 2 ineunte, quorum fasces annum Arcadii tertium, haud sextum notant. quae sequuntur ex eodem Socratis loco, et Sozomeni lib. 8 cap. 2 excerpta.

118, 3. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐτέχθη] ista redundare linea sequens demonstrat.

Ibid. 9. Ἀρκαδίῳ γεννᾶται υἱός] ita Socrates lib. 6 cap. 6, chronicon Alexandrinum, et Marcellini, quae de die a Socrate, et inter se variant.

Ibid. 12. Γαϊνᾶς ἐτυράννησε] Gainae tyrannidem et necem ad an. Arcadii 6, quo consulatum Stilico et Aurelianus tenuerunt, Socrates reponit. Marcellini, et Alexandrinum chronica ad septimum: ab utrisque auctor diversus.

Ibid. 21. Ὀνώριος ἐν Ῥώμῃ] mira Theophanis circa personas, loca, tempus, res hic narratas hallucinatio, mera ἀνιστορησία, foedus omnino προχρονισμὸς deprehenduntur ex Zozimi, et Iornandis lectione: huius de Geticorum origine, illius lib. 5 et 6.

120, 2. πρὸ τῆς ἁγίας ἐν Χαλκηδόνι συνόδου] sive ex tacita concilii CP. primi concessione, sive in eas provincias, seu potius dioeceses, eiusdem concilii verbis nonnihil faventibus can. 3 ab episcopis CP. usurpato iure, sive imperatorum decreto eiusmodi ius ante concilium Chalcedonense tribuente, cuius mentio apud Socratem lib. 7 cap. 28.

Digitized by Google

120, 17. *Ἀρσένιος δὲ ὁ μέγας*] de monasterio eius nomine, ut quidem reor, potius quam nomini, ut habet Ecchellensis, disserit ipse historiae Orientalis et Arabicae pag. 59.

121, 4. *τὸν κίονα τοῦ ξηρολόφου*] qui vidit, circumspexit, conscendit, et mensus est Petrus Gyllius, accurate describit Arcadii columnam CP. topographiae lib. 4 cap. 6, xerolophon ex Suida et orig. CP. interpretor certum eius urbis thema, sive spatium.

Ibid. 17. *ἐν τῷ Ἑβδόμῳ*] Hebdomus urbis regiae suburbium ad occidentem et septentrionem vergens, quod forte Septimum numeraretur inter suburbia, sic dictum. Petrus Gyllius CP. topographiae lib. 4 cap. 4. templum quoque Prodromi ita dictum edocent origines CP.

122, 10. *ἐν τῇ Ἀρυΐ, τῇ νῦν Ῥουφινιαναῖς*] Quercus locus trans mare Rufini villa postmodum vocatus. Palladius dialog. de gestis Chrysost. *προαστεῖον Χαλκηδόνος*, *Chalcedonis suburbium* scribit Socrates lib. 6 cap. 14.

Ibid. 17. *εἰς προάστειον κατὰ τὸ Ἀνάπλουν*] *καλεῖται Μαριαναί*, scribit idem Socrates trans urbis portum ad Orientem.

123, 4. *ἐν τόπῳ λεγομένῳ τὰ Πιττάκια*] *πρὸς τὴν μεσεμβρίαν τῆς ἐκκλησίας πρὸ τοῦ οἴκου τῆς μεγάλης βουλῆς*. *ad meridionalem templi plagam, ante domum magni senatus*, scribit Sozomenus lib. 8 cap. 20. Socrates nuper laudatus, ad plateam S. Sophiae ponit. auctor *πλησίον τῆς ἁγίας Εἰρήνης*. Irenes quippe et Sophiae aedes tunc temporis quam vicinae, ut superius pag. 18 annotavimus. *Πιττάκια* porro locum ita dictum scribunt orig. CP., quod ad Leonis imperatoris statuam postmodum erectam *brevia supplicesque libellos* populus apponere soleret. is autem sororis Euphemiae palatium, quo ferebatur in eam amore quotidie frequentans, *Πιττάκια* apposita vel oblata regia mansuetudine perlecturus eo loco acceptabat: ex quo *Πιττάκια, libelli supplices*, nomen impositum. at si *μεγάλης βουλῆς*, ibidem et *Πιττακίων* locus.

124, 12. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐτελεύτησεν ἡ Εὐδοξία*] nec Chrysostomum in exilium pelli, nec Eudoxiam hoc anno e vivis excedere potuisse demonstrat Petavius lib. 11 de doct. temp. cap. 47, huius enim mortem, et illius exilium ad annum Arcadii decimum alligat lib. 13, ad annum period. Iul. 5117. quibus illud mihi suffragari videtur argumentum, quod cum a Ioannis expulsione ad Arcadii mortem Socrates lib. 6 capp. 16 17 18 et 21, et chronicon Alexandrinum consulatus quattuor recenseant, auctor vero annos duntaxat duos

Digitized by Google

inter utrumque interponat, in eius calculos errorem irrepsisse indubium est.

124, 14. *Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς γενόμενος*] ad Arcadii vitae postremum tempus hoc contigisse narrat Socrates lib. 6 cap. 21.

125, 1. *αὐτῷ δὲ τῷ ἔτει Ἀρκάδιος ἐτελεύτησεν*] verum Socrates lib. 6 cap. ult. refert obiisse kalendis Maiis: ut solerter advertit Petavius lib. 13 ad annum period. Iul. 5121. imposuit Theophani Zozimi locus lib. 6, ubi de obitu Stiliconis agit. *Βάσσου μὲν ἦν ὑπατεία καὶ Φιλίππου, καθ' ἣν καὶ Ἀρκάδιος ὁ βασιλεὺς ἔτυχε τῆς εἱμαρμένης, τῇ δὲ πρὸ δέκα καλανδῶν Σεπτεμβρίων ἡμέρᾳ.* hoc est: *obiit Stilico sub Bassi et Philippi consulatu* (*quoquidem etiam Arcadius imperator fato functus est*) *die decimo kalendas Septembris.* at dies hic non ad Arcadii, sed ad Stiliconis obitum referendus. ipsius Theophanis sententia anno succedente certius ac clarius exposita. Arcadius, inquit, annis 14 regnavit, mensibus 3, diebus 14. at unde hic annorum, mensium, et dierum adeo accuratus numerus, nisi ex Socratis chronico, quo lib. 5 cap. ult. magnum Theodosium decimo sexto kalendas Februarii mortem oppetiisse, erat is annus primus 294 Olympiadis, filium Arcadium kal. Maii anno secundo 297, Olympiadis pari fato raptum legit lib. 6 cap. 21.

126, 4. *ὃς ἐβασίλευσεν μετὰ τὴν τελευτὴν*] ut nota praecedens declarat.

Ibid. 7. *συμβασιλεύσαντα καὶ τῷ πατρὶ αὐτοῦ*] Socrates lib. 6 cap. 21 annum alterum cum patre Arcadium imperasse scribit: at cum Merogando et Saturnino coss. ad imperium ab eo acceptum referat lib. 5. ii vero coss. anno Theodosii quarto adiungantur, ex chron. Alex., nec Theodosius imperii decimum sextum, ex lib. 5 cap. ult. superaverit: uno anno Socratem delusum reliquum est.

Ibid. 9. *ἐτῶν ὄντα ὀκτώ*] octavo nimirum decurrente, ait Socrates lib. 7 cap. 2. natus enim imperii paterni anno septimo, IV idus Apriles, ex chron. Alexandrino, kal. Maiis anni 14 imperium paternum excepit solus, cuius collega anno octavo fuerat assumptus.

Ibid. *δέκα καὶ πέντε ἐτῶν ὑπάρχουσα*] nedum decimum quintum agentem annum, asserit Theodoretus lib. 9 cap. 1, quod kal. Februarii nata, ex chron. Alexand. kal. Maii patrem Arcadium amiserit, ut paulo superius Socrates testatus est. ex Theodoreti et Theophanis calculo, quo puella viro matura, maturo quoque et regendis viris haud inepto po-

tuit dotari iudicio, chronici Alexandrini error emendandus, ubi Pulcheria imperii paterni anno 5 lucem aspexisse relata, ex eius computo annos decem nondum provecta, omnem orbis administrandi molem in se suscepit.

126, 18. *ὁ δὲ Σωζόμενος φησί*] loco nuper adducto.

127, 1. *Ἀττικὸς ἐπίσκοπος ΚΠ.*] Socrates libro 7 cap. 4.

Ibid. 5. *Ῥώμη παρελήφθη*] anno Theodosii dieque mensis hic notatis, Romam captam validis argumentis confirmat Baronius ad annum d. 410 num. 19.

Ibid. 6. *καὶ μεθ' ἡμέρας ὀλίγας Κωνσταντῖνος*] ita Prosperi chronicon ad annum Theodosii 3, Idatius quoque, qui Constantini istius mortem ad Honorii annum 17, qui Theodosii tertius numeratur, conscribit.

Ibid. 8. *ἐν Γαλλίαις Ἰουλιανός*] Idatii excerptum ad praesentem annum.

Ibid. 13. *Ἰουδαῖοι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*] pars horum maxima cum fuerit Cyrillus antistes, neque praesente anno, neque vivente adhuc episcopo Theophilo, potuerunt contingere.

128, 1. *Πουλχερία τελείως*] chron. Alexand. *Πουλχερία ἐπιφανεστάτη ἀνηγορεύθη Αὐγούστη μηνὶ Πανέμῳ πρὸ δ' νωνῶν Ἰουλίου. Pulcheria nobilissima Augusta renunciatur mense Panemo* 4 *non. Iul.* verum id anno sequente notatur.

Ibid. 3. *Ὑπατίαν τὴν φιλόσοφον*] quod incerto tempori Socrates, certo Theophanes assignat: legendus ille lib. 7 cap. 15.

Ibid. 5. *Ἰσδεγέρδης ὁ τῶν Περσῶν*] Socrates lib. 7 cap. 8.

129, 4. *κοίμησις Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας*] obitus Theophili Honorii nono consulatu Theodosii quinto signatur apud Socratem lib. 7 cap. 7. illi fasti anno Theodosii imperantis quinto socios se adiungunt: quare videretur Theophili mors ad praenotatum Theodosii annum quintum, aut ad sextum potius conscribenda, eo quod auctor anni periodum a mense Septembri deducendam existimat, post quem mensem et dimidium alterum 15 kal. Novembris Socrates Theophili decessum contigisse annotat.

Ibid. 6. *Θεόφιλος ἐπίσκοπος*] inutilis dictorum repetitio: vel superflua praemissorum, quae in Vatt. Barb. et Peyrez. desunt, et in solo Pal. extant, memoria.

Digitized by Google

129, 9. *Ἡσύχιος πρεσβύτερος Ἱεροσολύμων*] Hesychium Hierosolymitanum alium non agnoscit Possevinus in apparatu, nisi qui Gregorii papae temporibus, et in eius epistolis haud presbyter, sed eius sedis patriarcha celebratur. duos hoc nomine insignitos, unum Theodosii senioris, alterum iunioris aetate florentem memorat Sixtus Senensis: hunc tamen ex quadam glossa praesulum infula decoratum dubius affirmat. lego Hesychium, ad quem Augustinus 78 et 80 dirigit epistolas: at cum coepiscopum et compresbyterorum patrem salutari videam, num is sit Hierosolymitanus, haereo. cum Photio itaque auctore, et bibliothecae Graecorum PP. collectore, sola presbyteratus dignitate provectus mihi Hesychius iste manebit.

Ibid. 12. *Κύριλλος ἔτη λγ'*] ponit Ecchellensis annos 31, dies 155. optime: solos quippe 32 auctor ipse numerat aliis in canoniis.

Ibid. 13. *Ἰουδαῖοι εἰς τὸν Ἴμμον*] Socrates lib. 7 cap. 16.

Ibid. 19. *Λεοντίου τοῦ φιλοσόφου θυγατέρα*] ut Athenais infimo loco nata ad imp. thalamum evecta fuerit, prolixa orationis serie narrat chronicon Alexandrinum: nuptias illas, quibus pronuba fortuna disparis cultus animos conciliavit, paucis refero. imperator Theodosius, exardescente in Venerem adolescentia, quam maturam attigerat, sanguine sororem Pulcheriam imperii vitaeque tutricem de uxore iam saepius expetita, sibi quaerenda sollicitabat. ei nobilissimas quasvis, et tanto coniugio dignas circumspicienti frater Theodosius suggerit, nec nobilitatem nec opes curae sibi esse, sed formam in puella requirere, quae reliquas illuc temporis visas si non superet, minime sibi sociandam: summam enim, quae nondum oculis obiecta fuerat, foeminae speciem deperibat. per omnium ora puellarum, quasi per saltus Venerem aut Nympham illam oculis indagat, et vaenatur Pulcheria, et Paulinum comitis domesticorum filium adolescentem Theodosio charum (a pueritia quippe ei adiunctus educationis eiusdem factus fuerat particeps) naturae delicias, et supremum eius opus, si forte occurrat, per provincias quaesiturum amandat. accidit interim ut Athenais Athenis oriunda virgo Graecanica Byzantium ad amitam cum cognatis se conferret, cuius profectionis occasio ista fuit. Heraclitus pater philosophus, Leontium alii vocant, Valeriano et Gesio filiis, quas collegerat ex academia, facultates ex testamento reliquit, filiae sola centum numismata, et fortunae promissa. Athenais apud fratres quasi haereditatis iure mulctata, ut lauda-

Digitized by Google

tam bonorum partem acciperet, precibus agebat. repulsam saepius passa, ad amitam divertit Constantinopolim, quae causa illius suscepta, actionem in fratres instituit, et de Athenaide sorore in haereditatis consortium asciscenda coram Pulcheria diem dicit. adest Athenais eam venustatem facie praeferens, quam sibi finxerat Theodosius, ac praeterea litterarum omnium copiam, ubi pro se oravit, ad eius tribunal exposuit. plura dicam? una placet, quae non modo foeminarum, sed quae virorum etiam ornamenta laudesque in se una collegerit. ad palatium puellae condicit Pulcheria, quae mox a sociis comitata cubiculariis committitur, et inducitur in Pulcheriae thalamum. ingressus iuvenis imperator Paulino comite per velum, velum enim puella oculis obduxerat, furtim, raptim, sed attente conspicit, vultum eius omnem, ac simul in eam ardorem animo accipit, ac demum in coniugii, vitae, et imperii consortium assumit. Socrates lib. 7 cap. 21, Euagrius lib. 1 cap. 20.

130, 1. *Εὐδοκίαν μετωνόμασεν*] Atticum nominibus imponendis disertum multis exemplis declarat Socrates lib. 7 cap. 25, nil mirum itaque si in Eudocia appellanda *εὐδόκησεν*. concilii Nicaeni canon 30. Turrianae editionis *nomina Christianorum secundum scripturam in baptismo imponi* iubet: quam bene *εὐδοκία* utriusque testamenti paginis sapiat, declaravere patres, qui vocabulum illud in scriptura lectum Eudociam designasse senserunt.

Ibid. 4. *ἐγεννήθη Οὐαλεντινιανός*] anno Honorii 25, qui Theodosii undecimus est Valentiniani tertii diem natalem conscribit Idatius, quem Theophanes sequitur. Prosper ad annum praecedentem.

Ibid. 11. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐγεννήθη*] superfluus et inutilis scriptoris labor.

Ibid. 15. *ἐσφάγη πρὸ τῶν τεσσάρων νωνῶν*] si sexto idus Februarias ad imperium vocatus quarto nonas Septembriles interficitur Constantius Valentiniani pater, anno Theodosii duodecimo imperii collega, tertio decimo lethi praeda factus est, ex auctoris annos a Septembri numerantis computo; illud autem est, quod Idatius affirmat, anno nimirum Honorii 26, in Theodosii duodecimum incidente imperii consortium accepisse, ac sequente Ravennae defunctum. eadem sententia Prosperi calculis aperte manifestatur.

Ibid. 18. *μηνὶ Θωθῒ*] placet magis aliorum mss lectio *μηνὶ Θὼθ ί*, et mensis Thoth die 10 Augustalis caedes ascripta.

Digitized by Google

130, 19. ἐτελεύτησεν. Ὁνώριος] Asclepiodoto et Mariano coss. scribunt Socrates lib. 7 cap. 23. Idatius et Prosper in chronicis. consulatus autem ille anno Theodosii 15 apud istos, ut apud auctorem describitur. reliqua ex eodem Socrate excerpta.

131, 1. ἐκ τῶν βασιλικῶν ὑπογράφων] πρωτοστάτην τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων scribit Socrates nuper citatus. *primicerium notariorum* vocat imperii notitia. de hoc Ioanne Olympiodorus apud Photium.

Ibid. 19. ἐβασίλευσεν ἔτη λα'] Vat. ms ἔτη λβ' recenset. consulendae ad hunc locum variae lectiones.

132, 3. Θεοδόσιος διὰ Ἡλίωνος] Socrates lib. 7 cap. 24, Prosperi chron.

Ibid. 5. Μαρουθᾶς δὲ ἐπίσκοπος] alia de Marutha profert Socrates lib. 7 cap. 8, quae primis Theodosii annis gesta subindicat, et ex eo affirmat Baronius ad annum 408. historica igitur, non chronica narratio est, ceu quae Isdegerde mortuo hic interseritur.

Ibid. 10. Ἰσδεγέρδου θανόντος] Socrates lib. 7 capp. 18 et 20, Euagrius lib. 1 cap. 19, Procopius de bello Persico sub initium. at si Vararanis annus hic undecimus est, qui σὺν τῇ βασιλείᾳ τὸν τῆς εὐσεβείας διεδέξατο διωγμόν;

133, 10. τῶν λειψάνων Ζαχαρίου] Sozomenus ad totius historiae calcem. chronicon Alexandrinum ad annum principis huius septimum translationem refert.

Ibid. 14. καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος] delatae in Africam Stephani protomartyris reliquiae ab Orosio sancti Augustini presbytero, postquam ad Hieronymum ab eo missus in Africam remeavit, praesente Theodosii iunioris anno 19 inventionem earum non contigisse declarant. prius enim inventae quam delatae: at vivente adhuc Hieronymo in Africam asportatas ex eo coniicimus, quod ab Hieronymo redux in Africam Orosius provinciam reliquiis ditaverit, ex Marcellini chronico ad annum Theodosii 9, Hieronymus autem obiit eiusdem Theodosii 12, prout Prosperi chronicon testatur: qui ergo fieri potuit, ut eiusdem imp. anno 19 repertae fuerint reliquiae? adde Ioannem Hierosolymorum antistitem reliquias Luciani monitu effodisse, quem ante annos novem immemor historiae temporisque Theophanes e vivis excessisse in chronico laterculo posuit.

134, 13. ἀγαθότητι πολλῇ κινούμενος Θεοδόσιος] bellum Persicum anno Theodosii 13 iuxta chronicon Alexandrinum, vel 15 iuxta Marcellinum comitem restinctum: quo trecen-

Digitized by Google

tesimae Olympiadis annus quartus, et Honorii decimus tertius, Theodosii vero decimus numerabatur, ex Socr. lib. 7 cap. 20, a cuius calculis longe abest noster Theophanes.

135, 4. *Σισίννιος ἀρχιεπίσκοπος*] is Theodosio duodecimum, et Valentiniano iuniore secundum coss. ordinatus, ex Socrate lib. 7 cap. 26, anno suae promotionis primo, de quo Theophanis laterculum facit hic fidem, Theodosium annos duntaxat octodecim ex chronici Alexandr. computo, vel novemdecim ex Marcellini scriptis vidit imperantem.

Ibid. 10. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ὁ κατὰ Χριστιανῶν*] falsa et inutilis repetitio.

Ibid. 12. *Φίλιππος πρεσβύτερος*] ex Socrate lib. 7 cap. 26 et 27 excerptum loco incongruo repositum.

Ibid. 15. *εὐθὺς δὲ Σισίννιος ἐτελεύτησεν*] moritur, inquit Socrates cap. 28, Hiero et Ardaburio coss. quorum fasces annum Theodosii 19, teste chronico Alex. vel ex aliorum rationibus vicesimum signabant.

Ibid. 19. *Νεστόριος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται*] Felice et Tauro coss. Socrates lib. 7 cap. 29 consules istos chronicon Alexand. anno Theodosii 20, Prosperi 21, adiungit.

Ibid. *Γερμανικεὺς τῷ γένει*] haud igitur Antiochia natus, ut doctrina temporum testatur.

136. 1. *Συγκέλλῳ*] ut *cellae* et aedium *consors*, ita negotiorum, et secretorum conscius, imo conscientiae rector et animae moderator, nondum vero dignitatis successor intelligitur hic *Σύγκελλος*, *cancellaneus*. Socrates lib. 7 cap. 32. *συνῆν Νεστορίῳ Ἀναστάσιος πρεσβύτερος, ἅμα αὐτῷ ἐκ τῆς Ἀντιοχείας σταλείς· τοῦτον διὰ τιμῆς εἶχε πολλῆς, καὶ ἐν τοῖς πράγμασι συμβούλῳ ἐχρῆτο. convivebat Nestorio Anastasius presbyter, una cum eo Antiochia missus, quem plurimo honore prosequebatur, et eo in negotiis consiliatore utebatur.* de Syncello plura docet euchologium nostrum, ac nostrae pariter in Cedrenum et Codinum notae, necnon Georgii Syncelli praefatio, de quibus iterum sermo habendus.

Ibid. 5. *σχολαστικὸς τῆς βασιλίδος*] duo mss non urbem regiam sed imperatricem exprimunt his verbis, *σχολαστικὸς τῆς βασιλίσσης*. Regium, Barber. et alia imperatricem urbem intelligendam volunt, scripto: *σχολαστικὸς τῆς βασιλίδος Κωνσταντινουπόλεως*. favet his Anastasius interpretatus, *imperatricis Constantinopolis*. dicam itaque Eusebium istum non imperatrici addictum, sed in urbe regia CP. scholasticum et advocatum fuisse. Nicephorus enim eundem scribit

Digitized by Google

ῥήτορα, *rhetorem*, lib. 14 cap. 32. de scholastico notae ad pag. 86 edisserunt.

136, 19. τὸ φοβερὸν θαῦμα τῶν ἁγίων ζ παιδῶν] Baronius de illis in martyrol. Rom. 27 Iulii.

138, 14. ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ] Ephesina synodus Bassi et Antiochi consulatu descripta in annum Theodosii iunioris 24 et 25 ex Theophanis anni periodum a Septembri metientis computo incidit: Iunio enim mense inchoata Octobri terminatur: quae causa forsan extitit, ut ad praefati imperatoris annum 25 eam referet.

141, 8. ἐν τῇ Θάσῳ] Ὀάσει correctius habent quidam codices. provinciam enim Aegypti incultam, et intemperie aeris incolis rigidam, Oasim nomine, exulanti Nestorio fuisse assignatam tradit Theodoretus ad Sporadium epist. 1.

Ibid. 19. *Νόννος ὁ θεοφόρος*] martyrologium Romanum 2 Decembris.

Ibid. 20. *μιμάδων*] *pantomimam* fuisse auctor vitae eius Iacobus diaconus inter patrum vitas testatur.

142, 1. *μαργαριτοῦς*] ex *margaritarum* et gemmarum quibus onerabatur copia.

Ibid. *πελαγίαν*] quod a natalibus impositum, in baptismo restitutum nomen, auctor est Iacobus relatus.

Ibid. 12. *ἦλθεν Οὐαλεντινιανός*] quas cum Eudoxia Valentinianus tertius contraxit nuptias, quam diversis annis Socrates lib. 7 cap 43., et chronicon Alex. a Theophane statuerint, vide apud Petavium de doct. temp. lib. 13 ad annum 5150. ipse Petavius Prosperum sequutus aliis coss. quos fixit Socrates celebratas asserit.

Ibid. 17. *Ἡσύχιος πρεσβύτερος*] Hierosolymorum antistitem, Sixto Senensi in adversum sentiente, Hesychium non extitisse verba ista, et praefatae urbis antistitum laterculum declarant.

Ibid. 19. *ἐν ἀσκήσει ἐκοιμήθη*] aliquotis annis posteriorem esse Melaniae istius mortem indicio mihi est, quod Eudociam imperatricem Hierosolyma profectam ipsa in sancta urbe susceperit, et cum ea novi templi dedicationis festum et alia peregerit, quae in eius vita 31 Dec. exhibet Surius: Eudocia vero anno sequente Hierosolymorum peregrinationem agressam auctor ipse circa Melaniae facta hallucinatus describit. obitus Melaniae incertus est Baronio ad annum 438 num. 17.

143, 1. *Θεοδόσιος ὁ βασιλεὺς τὴν γαμετὴν*] anno qui-

Digitized by Google

dem Valentiniani tertii nuptias excipiente, Hierosolymitanam peregrinationem suscepisse Eudociam, Theodosio decimum sextum consule, scribit Socrates lib. 7 cap. 44 et 46. eum autem consulatum anno Theodosii chronicon Alexand. tricesimo, alii 31 devinciunt. de eodem itinere Euagrius lib. 1 cap. 20 et 21.

143, 9. *τῇ παννυχίδι τῶν Νειλώων*] quaelibet in totam, vel plurimam noctem actio producta Graecis est *παννυχίς*, sic longiores matutinarum, quas vocant, precum vigilias, vel etiam prophana convivia per noctem agitata *παννυχίδας* vocari testatur Euchologium, et Theophylactus Simocatta lib. 8 cap. 13. Niloa porro sacra in noctem dilata narrat Heliodorus Aethiopicorum lib. 9 ineunte. *τῆς τῶν Νειλώων ἑορτῆς ἐνεστηκυίας, οἱ μὲν ἐγχώριοι πρὸς θυσίαις τε, καὶ τελεταῖς ἦσαν, τοῖς μὲν σώμασι καὶ περιεστηκόσι δεινοῖς κάμνοντες,* etc. *ὁ δὲ Ὀροονδάτης μέσας νύκτας ἐπιτηρήσας, πρὸς ὕπνον βαθὺν τῶν Συηναίων ἀπὸ τῆς εὐωχίας τετραμμένων. festo Niloorum exorto, indigenae quidem mactationibus victimarum et sacrificiis vacabant, corporibus quidem et circumstantibus malis laborantes,* etc. *at Oroondates observata occasione, media nocte cum Syenaei arcto somno post epulationes premerentur,* etc. Niloa vero quae sacra vel festa fuerint ipse libro praecedente ad calcem exponit. *καὶ γάρ πως συνέπεσε καὶ τὰ Νειλῶα τότε τὴν μεγίστην παρ' Αἰγυπτίοις ἑορτὴν ἐνεστηκέναι, κατὰ τροπὰς μὲν θερινὰς μάλιστα, καὶ ὅτε ἀρχὴν τῆς αὐξήσεως ὁ ποταμὸς ἐπιλαμβάνει τελουμένην, ὑπὲρ πάσας δὲ τὰς ἄλλας πρὸς Αἰγυπτίων σπουδαζομένην δι' αἰτίαν τοιάνδε. etenim quodammodo acciderat, ut tunc quoque Niloa, maximum apud Aegyptios festum instaret: quod quidem circa solstitium aestivum maxime, et quando initium crescendi fluvius capit, celebratur, ac in summo honore prae omnibus habetur, propter huiuscemodi causam:* quam ibidem refert esse Nili exundationem certa naturae lege totam Aegyptum foecundantem.

Ibid. 14. *καὶ τῷ ἐρχομένῳ χρόνῳ*] quo Theodosius imperii unum et triginta numerabat annos, ipso decimum sextum et Fausto coss. prout Socratis lib. 7 cap. 44 et Prosperi calculi auctori concordes reddunt.

Ibid. διὰ λγ' ἐτῶν] obiit quippe Chrysostomus a condita mundi an. 5894, CP. vero relatus est anno 5931 et secundo deinde anno partium eius asseclae ecclesiae ex integro revincti: illudque est quod Socrates nuper adductus scripsit. *Ἰωάννης τῷ τριακοστῷ πέμπτῳ ἔτει μετὰ τὴν τελευτὴν, εἰς κοινωνίαν ὑπὸ Πρόκλου ἐδέχθη. Ioannes tricesimo quinto*

Digitized by Google

anno, postquam e vivis excesserat, in communionem a Proclo receptus est.

143, 18. *ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμὸς γέγονεν*] quo anno contigerit, incertum: solum chronicon Alexandrinum ultimo Procli vitae anno CP. eo concussam referre Petavius asserit de doctrina tempor. lib. 13 ad annum Iul. Per. 5160 his verbis. *chron. Alexandr. his ipsis coss.* (Ardabure et Callepio) *refert ingentem terrae motum fuisse, ita ut cives omnes extra urbem degerent, nemo tamen hominum periit. hic ille motus est, per quem arreptus in caelum puer trisagium hymnum audiit.* verum duos terrae motus annorum quattuor spatio eodem chronico memoratos facile quivis advertat: primum anno Theodosii 39, Ardaburio et Alypio coss. cuius memoria annuo litaniarum ritu in Triconcho VIII idus Novembris peragitur: alterum Theodosii eiusdem anno 42, Valentiniano A. VII et Albino coss. quo CP. cives territi processerunt in campum *λιτανεύοντες*. annum pene integrum terram primus incessit, *ἐγένοντο σεισμοὶ μεγάλοι, καὶ ἐκράτησαν ἐπὶ χρόνον*, ait chronicon; alter haud vicibus repetitis, sed concussione ferme continua urbem vexavit: in primo de imperatore, vel ecclesiae ministris sermo nullus: in isto supplicat imperator nudatis pedibus, et cum senatu cleroque actas ad campum frequentat preces. puer autem in caelum raptus est eo terrae motu, quo CP. agitata cives suos in campum imperatore et patriarcha ducibus supplici processu deum interpellaturos emisit. haud itaque priore, sed secundo in aerem elevatus est puer, et secundi huius memoria, quidquid in adversum ad chronici marginem adnotet Raderus, renovatis precibus annua observatione recolitur. chronicon tamen in eo deceptum animadverto, quod motum hunc in ultimum Theodosii annum, quo Proclus excesserat e vivis iam diu, seponendum censuerit: Proclum vero processum in eo duxisse affirmant ex testimoniis subiunctis plura. de illo motu praefatum chronicon ita scribit. *τούτῳ τῷ ἔτει ἔπαθε ΚΠ. ἀπὸ σεισμοῦ μηνὶ Αὐδυναίῳ ς′ καὶ κ′, νυκτὸς ἀπὸ τῶν λεγομένων Τρωαδησίων ἐμβόλων ἕως τοῦ χαλκοῦ Τετραπύλου ἐπὶ χρόνον, ὥστε μὴ τολμᾶν ἐν οἴκῳ τινὰ μένειν, ἀλλ᾽ ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως πάντες λιτανεύοντες ἡμέρας καὶ νυκτός, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐλιτάνευε μετὰ τῆς συγκλήτου, καὶ τοῦ ὄχλου, καὶ τοῦ κλήρου ἀνυπόδετος ἡμέρας πολλάς. γέγονε γὰρ ἀπειλή, οἵα οὐ γέγονεν ἀπ᾽ ἀρχῆς. τινὲς δὲ ἔλεγον καὶ πῦρ ἐν τῷ οὐρανῷ θεᾶσθαι. ὅθεν καὶ ἡ μνήμη κατ᾽ ἔτος ἐπιτελεῖται τῆς λιτανίας μέχρι καὶ νῦν ἐν τῷ καμπῳ ὑπὲρ τῆς τοῦ θεοῦ μακροθυμίας. hoc anno CP. magnam labem accepit ex terrae motu, mense Ianuario, sexto et*

Digitized by Google

vicesimo die, noctu a Troadesiis porticibus usque ad aereum Tetrapylum sat diu durante, ita ut nemo auderet domi manere, sed omnes fugerent in campum, diesque et noctes precibus intenderent: et ipse imperator cum senatu, et populo, cleroque nudus pedes multis precibus deum votis propitiabat. ingens enim terror, qualis nunquam fuerat, omnes perculerat. quidam affirmabant ignes se in caelo vidisse. unde anniversaria memoria precum celebratur etiam hodie in campo, ad dei clementiam in genus hominum laudandam. menologium. τῇ κε' ἡμέρᾳ Σεπτεμβρίου ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου, γέγονε σεισμὸς φοβερός· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λαοῦ παντὸς σὺν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ, καὶ Πρόκλῳ τῷ πατριάρχῃ, μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος, καὶ πάσης τῆς πόλεως ἔξω λιτανευόντων διὰ τὸν φόβον ἐν τῷ κάμπῳ, ἤδη τῆς τῶν Θεοπασχητῶν αἱρέσεως ἐξ ἐπερείας διαβόλου ἀρχὴν λαμβανούσης, καὶ τῷ τρισαγίῳ τό, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, βλασφημούντων· ἐξαιφνῆς παιδίον, εἰς τὸν ἀέρα ἁρπαγὲν ἀνεφέρετο πάντων ἐν ἐκπλήξει, καὶ φόβῳ κραζόντων ἐπὶ πολλὰς ὥρας τό, κύριε ἐλέησον· αὖθις κατηνέχθη τὸ παιδίον ὡς ἐπὶ νεφέλης καθήμενον, καὶ φωνῇ μεγάλῃ παρεκελεύσατο, ὅτι οἱ τῶν ἀρχαγγέλων χοροὶ ἄνευ τῆς προσθήκης τοῦ, ὁ σταυρωθείς, τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπουσι τῷ θεῷ· ἅγιος ὁ θεός, ἅγιος ἰσχυρός, ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ εὐθέως ταῖς τοιαύταις φωναῖς ἀπέδωκε τὴν ψυχὴν τῷ θεῷ. καὶ ὁ τοῦ σεισμοῦ κλόνος ἐπαύσατο. *die 25 Septembris, imperante Theodosio iuniore, accidit horribilis terrae motus: quo factum est, ut totus populus cum imperatore Theodosio, et patriarcha Proclo, ac universo ecclesiae coetu, tota urbe exierit, in locum, qui dicitur campus, ad orandum prae timore. iam Theopaschitarum haeresis ex diaboli astu sumebat initium, et hymno trisagio cum blasphemia addebant:* qui crucifixus est pro nobis. *extemplo puer in aerem raptus volitabat, clamantibus cunctis prae timore, et stupore per multas horas:* domine miserere. *repente descendit puer perinde ac nubi insidens, et magna voce admonebat ab archangelorum choris trisagium illum hymnum deo concinni, sine illo additamento,* qui crucifixus est. *sed ita:* sancte deus, sancte fortis, sancte et immortalis, miserere nobis. *et illico cum his vocibus animam deo reddidit, et illa terrae agitatio quievit.* Contiaenus episcopus Herculianarum epist. ad Petrum episcopum Antioch. concil. CP. sub Mena act. 1 eandem refert historiam, puerumque in terras delapsum μετὰ τρίωρον στῆναι ἐν τῷ τριβουναλίῳ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Πρόκλου· *ultra tres horas ad Procli pedes in* campi *tribunalio* orantis *stetisse* narrat. Acacius CP. ad eundem Petrum ad tertiam caeli regionem

Digitized by Google

puerum raptum scribit: et Damascenus tandem epist. de trisagio, virtute quadam angelica in aerem evectum, hymnum quo trinitas laudatur, didicisse, etc. plura Nicephorus lib. 14 cap. 46.

144, 17. *Οὐαλεντινιανὸς οὐ μόνον*] irruptionem Vandalorum in Africam chronicon Alexandrinum, Prosper, et alii ad annum Theodosii 20 assignant. eapropter quae hic ex Procopio lib. 1 de bello Vandalico summatim collecta, historice non chronice referri facile quisque perspiciet.

145, 14. *Ὑπόγοτθοι*] Visigotthos reddit interpres Procopii, *Ἰσίγοτθοι* habet alia lectio, apud quem Godigisclus legitur, qui hic *Μοδίγισκλος*.

147, 18. *μετετέθη ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*] Eugeniae martyri Philippi Augustalis filiae, Alexandriae olim Romam profectae qua in urbe etiam martyrium passa est, reliquias Alexandriam potius translatas arbitrarer, quam Euphemiae, cuius depositum in annos sequentes Chalcedonensis civitas diutius custodivit.

Ibid. 21. *μοναχοὶ δέ τινες ἐλθόντες ἐν ΚΠ.*] de Theodoro Mopsuesteno a Proclo et Ioanne Antiocheno ultro citraque datas epistolas dedit Vincentius Ricardus ad Procli operum calcem, quas etiam commentariis illustravit: de eodem Baronius abunde tomo 5 annalium, Facundus, Liberatus, et alii.

148, 12. *Ἀντίοχον*] eum suspicor, quem Persarum rex Isdegerdes Theodosio imperium ineunti curatorem dedit, quique ab anno eius quinto a summa rerum administranda summotus, imperii patricius, Pulcheriae eunuchorum praepositus, ipsius Theodosii Baiulus promotus, de potestate aucta timorem incusserit. Antiochi nomen et officiorum affinitas suspicionis sunt argumenta. auctor ad annum Theodosii primum et quintum.

Ibid. *πραιπόσιτον*] eunuchorum princeps, et imperatoriae custodiae, et quandoque cubili praefectus est *praepositus*. euchologium in imperatricis inauguratione. *εἰσάγεται ἡ βασίλισσα παρὰ τοῦ πραιποσίτου, καὶ παρίστησιν αὐτὴν τῷ πατριάρχῃ. imperatrix a praeposito inducitur, qui eam patriarchae praesentat.* Photius in politia Metrophanis et Alexandri. *συνέτρεχον τῇ προδοσίᾳ Εὐσέβιός τε, ὁ δυσσεβὴς πραιπόσιτος, καὶ ἄλλοι τινές, καὶ τῆς δυσσεβείας, καὶ τῆς ἀνδρογύνου φύσεως συνθασιῶται. concurrebant in ea proditione Eusebius impius praepositus*, (non episcopus, ut ignare interpres) *et alii nonnulli, et impietatis, et eviratae effoemi-*

nataeque naturae sodales: id est eunuchi. Simocatta lib. 4 cap. 15. εὐνοῦχον εἰς τὴν βασιλικὴν δορυφορίαν συντεταγμένον κορυφαιότατον, ὃν πραιπόσιτον εἴθισται Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν. *eunuchum supremum et praecipuum ad imperatorium satellitium deputatum, quem praepositum vocare solent Latini.*

148, 13. πατρίκιον] maiorum gentium senatores patricios olim dictos est a dubio procul. eorum dignitatem Constantinus auxit. Zozimus hist. lib. 2. *cum honoris titulum primus Constantinus excogitaverat, lataque lege sanxerat, ut qui eum consequuti fuissent, supra ipsos praefectos praetoriis sessitarent.* idem lib. 2 epist. *votis in commune deposcens, ut sicut nos utramque familiam nostram praefectoriam nacti, etiam patriciam divino favore reddidimus: ita etiam ipsi, quam suspiciunt patriciam, faciant consularem.* Suidas de patricio una ac Antiocho. πατρίκιος, πατὴρ τοῦ κοινοῦ. ὁ δὲ πέμπει πρεσβευτὰς τοὺς ἐν τῷ κορυφαίῳ τῆς συγκλήτου βουλῆς τελοῦντας ἀξίᾳ. πατρίκιον δ' ἄρα ὄντες ἐτύγχανον. *patricius, reipublicae pater est. mittit ille legatos in supremo senatoriae dignitatis fastigio constitutos: patricios, utique.* subdit. ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος ὀργῇ τῇ πρὸς Ἀντίοχον τὸν πραιπόσιτον διαβληθέντα εἰς καθοσίωσιν, ἐξεφώνησε διάταξιν· εὐνοῦχον ἐν τοῖς πατρικίοις μὴ τελεῖν. διὸ καὶ καθῃρέθη ὁ πραιπόσιτος τῆς τιμῆς, καὶ ἐδημοσιεύθη, καὶ τοῖς ἱερεῦσι κατετάγη. *imperator Theodosius, qua ferebatur in Antiochum ad exautorationem expostulatum ira motus legem sanxit: eunuchum inter patricios haud ultra numerandum. quare praepositatus magistratu abdicatus, publicatis facultatibus, inter sacerdotes recensitus est.* plura de patricio Cassiodorus in variis.

Ibid. βαΐουλον] ὃς καλεῖται ἐπίτροπος. *vocatur procurator,* inquit Gregoras lib. 4 superius. κουράτωρ, ἐπίτροπος, καὶ παιδαγωγὸς dictus. Mochopulus. παιδαγωγός, καὶ παιδοτρίβης. *paedagogus, magister, qui baiulus vocatur.* Leunclavius. magnus baiulus imperatoris moderator est, et arbiter consiliorum eius, aut etiam tutor, si minor eius aetas fuerit.

Ibid. παππᾶν] πάπαν, et παπᾶν ita discriminat accentus, ut ille sit *papa*, Romanus nimirum pontifex, vel Alexandrinus, etiam ante Cyrillum ita vocatus apud Epiphanium haeres. 69, in Arii epistola, et alios. hic *sacerdos* vel *clericus*, qui tamen in saeculo, non in monasterio degat: sacerdos enim monachus ἱερομόναχος est. *sacerdotem* dixi, falsam Lacerdae in adversariis expositionem convicturus, qui παπᾶν

lectorem interpretatur, in Photii Nomocanone, quo lector non simpliciter *παπᾶς*, sed *λιτὸς παπᾶς simplex clericus* appellatur: alias Antiochus iste, de quo sermo, ut *παπᾶς* ab auctore, sic a Suida nota secunda superiore *ἐν ἱερεῦσι καταταγῆναι* scriptus est. sic itaque *παπᾶς clericus*, *πάπαν* Romanum vel Alexandrinum pontificem habet auctor pluribus locis. *πάππαν* et *παππᾶν* duplicato *π* pingi testatur Suidas v. *πάππα*, quod *σεπτικὴν πατρὸς καὶ τροφέως φωνὴν* affirmat. vide sequentem notam quartam.

148, 17. *Κῦρον τὸν ἔπαρχον*] Cyrum exautoratione, et ad clericalem statum relegatione, damnatum refert Suidas v. *Κῦρος*, quo tempore Eudocia Hierosolymam peregrina abierat: de cuius itinere superioribus annis. *Κῦρος Πανοπλίτης ἐποποιός, γέγονεν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ νέου βασιλέως, ὑφ' οὗ καὶ ἔπαρχος πραιτωρίων, καὶ ἔπαρχος πόλεως προεβλήθη· καὶ γέγονεν ἀπὸ ὑπάτων, καὶ πατρίκιος. Εὐδοκία γὰρ ἡ Θεοδοσίου γαμετή, βασιλὶς οὖσα, ὑπερηγάσθη τὸν Κῦρον φιλοεπὴς οὖσα. ἀλλὰ αὐτῆς ἀποστάσης τῶν βασιλείων, καὶ εἰς ἀνατολὴν ἐν Ἱεροσολύμοις διατριβούσης, Κῦρος ἐπιβουλευθείς, ἐπίσκοπος τῶν γένεται ἐν Κοτυαίῳ τῆς Φρυγίας, καὶ παρέτεινε μέχρι Λέοντος τοῦ βασιλέως. Cyrus Panopolites carminum auctor, sub Theod. iuniore imp. vixit: a quo etiam praefectus praetorio, et praefectus urbis renunciatus est. floruit exconsul, et patricia dignitate provectus. Eudocia quippe Theodosii coniux cum imperaret, et versibus delectaretur, Cyrum in pretio habuit. ea vero a palatio absente, et in Oriente Hierosolymis degente, Cyrus insidiis appetitus, Cotyaei in Phrygia sacrorum antistes ordinatus est, et ad Leonis imperatoris tempus vitam produxit.* Cyri e magistratu deiectionem chronicon Alexandr. supra auctorem errans ad Theodosii annum ultimum removet.

Ibid. *ἔπαρχον τῆς πόλεως καὶ τῶν πραιτωρίων*] *ἐκράτησεν γὰρ δύο ἀρχὰς ἐπὶ χρόνους τέσσαρας, διότι καθαρὸς ἦν πάνυ. duas enim praefecturas quattuor annis administrarat, eo quod summa vir esset innocentia.* chron. idem.

Ibid. 19. *ἀνανεώσαντα πᾶσαν τὴν ΚΠ.*] *αὐτὸς ἐπενόησεν τὰ ἑσπερινὰ φῶτα ἅπτεσθαι εἰς τὰ ἐργαστήρια, καὶ τὰ νυκτερινά. curavit instaurari lumina in officinis cum vespertina, tum nocturna.* chron.

149, 6. *ἐγένετο παππᾶς*] idem. *ἐποίησεν αὐτὸν κληρικόν. fecit eum imperator clericum.* notae superiores consulendae.

Ibid. 7. *Σμύρνης*] ita chron. non Cotyaei, prout Suidas superius. addit chronicon, *ἦσαν γὰρ οἱ τῆς πόλεως ἐκείνης*

Digitized by Google

ἤδη τέσσαρας ἐπισκόπους φονεύσαντες· καὶ ἵνα καὶ Κῦρον αὐτὸν ἀνέλωσιν. *Smyrnenses enim iam quattuor episcopos interfecerant: volebatque imp. Cyrum etiamnum ab ipsis interfici.*

149, 10. τοῦ δὲ εἰσελθόντος εἰς τὴν ἐκκλησίαν] ipso sui adventus die, qui Christi natali extitit. πρὸ τῶν ἁγίων θεοφανίων posuerunt variae lectiones in hunc locum.

Ibid. 14. ὁ τοῦ θεοῦ λόγος] chron. λόγος γὰρ ἦν. num eorum pravitate, quos Chrysostomus Hom. 3 in Ioan. carpit, infectus fuerit Cyrus, anxius sum.

Ibid. 15. καὶ ἐπεσκόπησεν εὐσεβῶς] chron. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἕως θανάτου αὐτοῦ. vide Suidam nuper relatum de Cyri morte.

Ibid. 17. ἐτυράννησεν Ἰωάννης ἕτερος] de Ioanne Vandalo scribit chronicon Alexandr. ad annum Theodosii 34, Marcellinus in chronico. *Ioannes natione Vandalus, magisterque militiae, Arnegysti fraude in Thracia interemptus est.*

150, 6. Κύριλλος Ἀλεξανδρείας] concilii quidem Chalcedonensis acta annos triginta duos pontificatum obtinuisse ex libello Athanasii presbyteri, et Theodori diaconi testantur. at cum anno Theodosii sexto ineunte sedem occupaverit, prout anno Theodosii 7 declaravimus, mors eius ad 39 non potuit differri.

Ibid. καὶ Πρόκλος ΚΠ. ἐκοιμήθησαν] Areobindo et Aspare coss. anno Theodosii 27 pridie idus Aprilis, Proclus patriarcha creatus, ex Socratis lib. 7 cap. 39 post annos duodecim et menses tres in pontificatu exactos moritur: ex menologio 24 Octobris, adeoque Theodosii anno 39.

Ibid. 8. σκευοφύλαξ] antiquum in ecclesia officium iam a Iuliani temporibus presbytero concreditum. Sozomenus lib. 5 cap. 7. Θεόδωρον πρεσβύτερον ὡς φύλακα τῶν κειμηλίων συλλαβών, etc. ἐπεὶ δὲ τὰ ἱερὰ σκεύη ἐληίσατο, etc. *Theodorum presbyterum thesauri custodem comprehendens,* etc. *ut autem sacra vasa depraedatus est Iulianus.*

Ibid. 13. τρίστεγον οἶκον καθιέρωσεν] cum Cyrillus Dioscori avunculus patriarchae dignitatem etiam civilis potestatis arrogato sibi iure auxerit: καὶ γὰρ ἐξ ἐκείνου ἡ ἐπισκόπη Ἀλεξανδρείας πέρα τῆς ἱερατικῆς τάξεως καταδυναστεύειν τῶν πραγμάτων ἔλαβε τὴν ἀρχήν. *etenim ex illo tempore episcopus Alexandrinus supra sacri cleri dominatum, rerum etiam saecularium principatum occupavit.* nil mirum si Dioscorus homo alioqui petulans, saecularium magistra-

tuum more domum erectam publica celebritate *καθιέρωσεν*, *dedicavit*.

150, 15. *Διόσκορος ἔτη ε'*] Ecchellensis annos 14, dies 69.

Ibid. 18. *τοῦ βασιλέως κρατῶν*] eo quod nuper *παραδυναστεύων ἐν τοῖς βασιλείοις*, et rerum omnium summam administrare sit dictus.

Ibid. 21. *καθαροὺς ἄρτους ἀπέστειλεν εὐλογίαν*] de eulogia publica minuto ecclesiae sacramento, vulgo pane benedicto, nullus hic sermo: tractatur abunde ab Albaspinaeo lib. 1 observ. eccl. Baronio ad an. 313 et aliis. privatam hic locus memorat, quam ultro citroque dare et accipere solebant amici, maxime praesules ecclesiae, in mutuae charitatis argumentum. ea panis erat, de qua Paulinus ad Severum epist. 1. *panem campanum de cellula nostra tibi pro eulogia misimus.* ad Augustinum epist. 41. *panem unum quem unanimitatis indicio misimus charitati tuae, rogamus accipiendo benedicas.* ad Romanianum epist. 45. *panem unum sanctitati tuae unitatis gratia misimus, hunc panem eulogiam esse tu facies dignatione suscipientis.* plures quoque ab eodem ut a Flaviano missos legimus ad Romanianum praefatum epist. 46. *ne vacuum fraternae humanitatis officium videretur de buccellato Christianae expeditionis, in cuius procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi pariter et filio nostro Licentio misimus.* mos idem apud Augustinum observatur epist. 34 ad Paulinum, Gregorium papam lib. 9 epist. 42, Ioannem Moschum Limonarii cap. 42, Gregorium Turonensem lib. 10, hist. Aldelmum de laud. virg. cap. 21, ante quos omnes *εὐλογίας διαπέμπεσθαι*, prout Chalcedonem panes suos Flavianus destinavit, concilii Laodicaeni canon 13 meminit.

151, 1. *ἐδήλωσε χρυσᾶς εὐλογίας ζητεῖν*] alludens indubie ad illud 2 Cor. 9, quo collectam fidelium liberalitatem, et munificentiam in alios distribuendam Paulus vocat *ἑτοίμην εὐλογίαν*.

152, 4. *ἀναγκαίως εἶχε τὸν πραιπόσιτον*] tanquam sequestrum et medium inter foeminam et viros, cum quibus de rei communis negotiis erat tractatus. *ὑπ' ἐκείνῃ γὰρ οὗτος ἐτάττετο. ἅτε δὴ ἐφισταμένῃ τοῖς πράγμασι. ipsi rerum summam administranti proxime aderat praepositus, ἀνδρόγυνος* rerum expertus.

153, 4. *μάγιστρος*] de magistro, eius supra patricios dignitate, et ad imperatorem quam vicina multa docte congerit Meursius: non placet autem ubi vocabulum solitarie

positum, eum, qui officiorum, significare autumat: is enim unus; at non unum extitisse magistrum ipsis quas profert auctoritatibus comprobatur. magister itaque nulli officio cursorum, puta armorum, etc. astrictus, militiae apud me habebitur: is quippe non unicus: imo eius potestas quantumlibet summa in plures derivari potuit. Zosimus lib. 2 de Constantino. *nam cum praeessent ubique locorum militibus non modo centuriones et tribuni, verum etiam duces (sic enim appellabantur), qui quolibet in loco praetorum vicem obtinebant; magistris militum institutis, altero equitum, peditum altero, et in hos translata potestate militum ordinandorum, et coercendi delinquentes, hac etiam in parte praefectorum auctoritati detraxit:* divisa nimirum in plures magistros praetorio praefecti potestate.

153, 11. *τὴν σωτηρίαν μοῦ*] subintellige ὄμοσον εἰς τὴν σωτηρίαν μοῦ vel μὰ τὴν σωτηρίαν· dicerent hodie, νὰ ζῇ ὁ βασιλεύς.

Ibid. 16. *σχολαστικός*] *advocatum* Lacerda et Meursius referre censent, ego generalius *iurisperitum, τῇ δίκῃ σχολάζοντα, qui iuri dicundo vacat.* Agathiam Suidas scribit scholasticum: ipse sibi testis. *Ἀγαθίας μὲν ὄνομα,* inquit, *τέχνη δὲ τὰ Ῥωμαίων νόμιμα, καὶ οἱ τῶν δικαστηρίων ἀγῶνες. Agathias mihi nomen: studium, Romanorum leges, et tribunalium certamina:* hinc continua lectione libros δικῶν ἀναπλέους litigiosis iudiciis refertos evolvere se iactat. canon Africanus 97. *ὥστε δοθῆναι ἄδειαν τοῦ καταστῆσαι ἐκδίκους σχολαστικούς. ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos.* non est itaque scholasticus idem qui *advocatus,* vel *defensor:* alias advocatus institueretur advocatus. de scholastico quaedam ad pag. 76 notas praemissa.

154, 19. *Ταϊουμᾶ*] *Τζουμᾶν* scribit Theodorus lector. vide varias lectiones, et Gretserum in appendice orig. CP.

156, 7. *τοῦτο τῇ σῇ γληκύτητι*] hanc epistolam aliis verbis conceptam habet Nicephorus lib. 14 cap. 49. *τοῦτο τῇ σῇ γλυκύτητι γνωρίσαι βούλομαι, ὅτι Φλαβιανὸς θείᾳ κρίσει τῶν ἀνθρωπίνων ἀφῃρέθη πραγμάτων· ὅπως πᾶσα ἀμφιβολία, καὶ φιλονεικία τῶν ἱερῶν ἐκκλησιῶν ἀποπαυθῇ.*

Ibid. 10. *Ἀνδρέαν*] istum ignorat Euagrius lib. 1 cap. 10, cuius vice Danielem substituit Carrorum episcopum, Irenaeum Tyri, et Aquilinum bibli. Nicephorus lib. 10 cap. 47, Baronius anno C. 449 num. 43. ad annum porro Theodosii 41 chronicon Alexandr. et Prosperum auctor sequutus pseudosynodum Ephesinam locat, quam ad 42 alii seponunt. verum cum isti Theodosii imperio tres et quadraginta, alii

Digitized by Google

duos tribuunt annos, utrique penultimo et sub eisdem coss. Protogene et Asterio actam decernunt.

156, 17. *Γιζέριχος τῷ Οὐανδαλικῷ*] Theodosii expeditionem ante septem annos, Cyro consule solo, susceptam refert Prosper in chron. *Theodosius imperator bellum contra Vandalos movet, Areobinda, et Anaxilla, atque Germano ducibus cum magna classe directis: qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliae magis oneri, quam Africae praesidio fuerunt.* et anno succedente. *exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem Orientalium partium revertitur. cum Geisericho autem ab Augusto Valentiniano pax confirmata, et certis spatiis Africa inter utrumque divisa est.*

157, 2. *'Ασύλα*] quem Anaxillam nuper scripsit Prosper: Ansilam, ut hic *'Ασύλαν* quoque pronuntiari notat Pontacus.

Ibid. 12. *πρῶτον μὲν Χρυσάφιον ἐξώρισεν*] chronicon Alex. anno Theodosii 42, et ultimo. *ἐσφάγη Χρυσάφης ὁ σπαθάριος εἰς τὴν πόρταν Μελαντιάδος. interfectus est Chrysaphius spatharius ad portam Melantiadis.*

158, 2. *ἥτις εὐθέως ἀποστείλασα εἰς Ἔφεσον*] Flaviani corpus Marciano imperante CP. relatum ipsa Pulcheria ad Leonem scripsit. *super haec autem sciat tua sanctitas, quoniam praecepto nostri domini, et tranquillissimi principis mei coniugis in gloriosam civitatem CP. sanctae memoriae Flaviani episcopi corpus allatum est: et in Basilica apostolorum, in qua consueverunt praedecessores episcopi sepeliri, competenter est positum.*

Ibid. 5. *τότε τὴν τῶν Χαλκοπρατείων*] origines CP. *τὰ λεγόμενα Χαλκοπρατεῖα πρώτερον ἀπὸ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου κατοικία ἦν ἐκεῖ τῶν Ἰουδαίων. ἦσαν δὲ ἐκεῖσε χρόνους ρλβ', καὶ ἐπίπρασκον ἐκεῖσε τὰ χαλκώματα. ὁ δὲ μικρὸς Θεοδόσιος ἐξέωσεν αὐτοὺς ἐκ τοῦ τόπου, καὶ ἀνακαθάρας αὐτόν, ναὸν τῆς Θεομήτορος ἀνήγειρεν. ὑπὸ δὲ σεισμοῦ συμπτωθεὶς ὁ ναός, Ἰουστῖνος ὁ ἀπὸ Κουροπαλάτων πάλιν αὐτὸν ἀνήγειρεν, καὶ ἀκίνητα κτήματα ἐπεχύρωσεν. Chalcopratia sic dicta a magni Constantini temporibus ae des fui Iudaeis concessa: ibique annos* 132 *manserunt, vendentes aerea vasa. Theodosius autem iunior loco eos eiecit, et expurgatum dei matris templum effecit. terrae vero motu in terram excussum Iustinus Curopalata iterum reparavit, et immotis aedificiis corroboravit.* insigne miraculum ad Christi imaginem in Chalce porta multis prosequitur, ac eleganti exornat encomio auctor anonymus tomo 2 auctarii P. Combefis.

Ibid. 8. *ἐν τοῖς μεταξὺ 'Αττιλᾶς*] *ἐν τοῖς προτέροις* dicere

Digitized by Google

debuisset: ante 7 nimirum vel 8 annos, quibus occupata in Sicilia adversus Giserichum Theodosii classe Attila Thraciam armis infestabat: et ei depulsando revocata, nec levibus proeliis cum eo initis, paceque tandem sub tributi conditione composita, Theodosius defunctus est.

158, 9. Ὀμνουδίου] *Mundzuccum* scribit Iornandes de rebus Get. *Omundium* Vat. ms, in variis lect. fratrem vero *Bletam*, Prosper, *Budam*, alii *Bledam*.

160, 12. νουμέρου] possunt huc accersiri quae de voce ἀριθμὸς ad pagg. 43 et 64 superius annotavimus. νούμερον enim ex Latina voce deductam eandem significantiam sortitur, *cohortem* videlicet, vel *legionem*. Apollonius presbyter apud Meursium de excidio Hierosol. lib. 3. *laudavit ineptus verba ducis Vafri numerus*. oecumenicus ad act. apost. cap. 15. καὶ τὴν ἀξίαν ἐδήλωσεν, ἐκ σπείρης εἰπὼν τῆς καλουμένης Ἰταλικῆς. σπεῖρα δέ ἐστιν ὃ καλοῦμεν νῦν νούμερον. *dignitatem quoque manifestavit, ex legione dicens Italica*: *legio quippe est quod numerum nunc vocamus.*

161, 14. δομέστικος] Suidas. δομέστικοι οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς. οἱ κατὰ Ῥωμαίους οἰκειακοὶ στρατιῶται. *domestici sunt Romanorum equites. satellites domestici secundum Romanos.* Zonaras in Diocletiano. δομεστίκους δὲ τοὺς ἱππέας τινὲς νομίζουσι. *domesticos quidam censent equites vocari.* Procopius de bello Vandalico lib. 1 Marcianum domesticum exponit. *ille se Asparis arcanorum omnium socium esse inquit, quem Romani domesticum vocant.*

162, 9. ὁ δὲ Ἀττιλᾶς] ad annum Marciani primum Idatii Prosperique chron. haec referunt.

Ibid. 14. παρὰ Λήγουν ποταμόν] ita Gregorius Turonensis. Idatius, et Iornandes de rebus Geticis, Attilam ad campos Catalaunicos prostratum asserunt.

163, 6. ἡ ἐν Χαλκηδόνι ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ] Idatii, et Alexandrinum chronica consentiunt.

164, 10. ἐχειροτονήθη δὲ ὁ Προτέριος] diagrammatis Alexandrinae patriarcharum auctor Abraham Ecchellensis, diverso prorsus ordine, et nominibus ad Athanasium nominis secundum patriarcham Alexand. sequentes post Dioscorum ordinat hoc pacto. *Timotheus post obitum Dioscori constitutus est: magnas pertulit ab hominibus contrariae factionis tribulationes, necnon in exilium exactus est cum Anatolio fratre, sed post novennium restitutus. obiit Alexandriae septima Mosri die Veneris.* egit in pontificatu secundum eundem annos 22, dies 330. sequitur. *Petrus paulo postquam suffectus est, fuit*

Digitized by Google

depulsus ab hominibus contrariae factionis, et ordinatus est loco eius Timotheus Ansus: tum Ioannes Duinasades, qui constitutus est post obitum Ansi, tum reversus est Petrus ad suam sedem, et obiit quarta Haturi die dominica. vixit ex eodem annos 8, dies 9.

164, 14. *Πουλχερία ἡ μακαρία*] anno Marciani tertio Pulcheriam fato functam testatur chronicon Alexandrinum: fallunt seipsos proinde qui ex eodem quarto obiisse ponunt; Theophanemque, vel Cedrenum propriae sententiae auctores se constituere fingunt. videatur Idatius ad eundem annum.

165, 3. *σιτοπομπίαν*] commeatum et annonam in urbem regiam Alexandria transportandam. *σιτοπομψίαν* pronuntiavit Vat. 1 ms.

Ibid. 10. *Ἀττιλᾶς ἔκαυσεν τὴν Ἀκυλίαν*] Aquileiam anno Marciani tertio ab Attila dirutam scribunt Marcellinus, Cassiodorus, chronica Ungarica, Baronius, Valesius, et alii.

Ibid. 11. *Θεοδόσιος μοναχός*] Euagrius lib. 2 cap. 5, Baronius ad annum 452 num. 26 et seqq.

166, 18. *Οὐαλεντινιανὸς βασιλεύς*] Aetio, et Studio coss. Actium a Valentiniano sublatum Prosper editionis Sirmundi, Marcellinus, Idatius, et alii testantur. hos tamen coss. annum Marciani quartum, ut chron. Alexandrinum; alii quintum, ut Prosperi, consignasse observant: Alexandrinum sequitur Theophanes.

167, 14. *Οὐαλεντινιανὸς ὁ τῆς Ῥώμης βασιλεύων*] anno Marciani quinto Valentinianum a Maximo interfectum chronicon Alexandrinum scribit ipso Valentiniano VIII et Anthemio coss. quibus Prosperi chronicon, et Marcellinus eam refert.

168, 3. *τῇ Εὐδοξίᾳ βίᾳ συνεγένετο*] uxorem sibi sumpsisse notant Idatius, et Procopius de bello Vand. lib. 1, quare *τὸ βίᾳ* deest in Pal. et Peyrez. ms.

Ibid. 12. *ἔτος ἕν*] non completum intellige ex Prosperi, chronici Alexandr. Sidonii lib. 2 epist. 13 auctoritate.

169, 1. *μαθὼν δὲ τὸν Μαξίμου θάνατον*] historiae chronologiaeque merum hoc chaos componunt Idatius, Marcellinus, Sidonius, Cassiodorus, Iornandes, Papyrius Massonius, et alii.

Ibid. 7. *ἐτελεύτησεν Εὐδοκία*] ad alios quinque annos Eudociae mortem protrahit Baronius ex Nicephoro ad annum 460 num. 22.

Digitized by Google

169, 10. ἐκάη ἡ Ῥαβέννα] quod haec perioche tota respiciat Avitum, et eius ab imperio depulsionem, an Treveris, vel Ravenna eius occasione fuerit incensa, sedulo inquirendum. Aimoinus lib. 1, hist. Franc. cap. 3, Fredegarius Scholasticus lib. 1, cap. 7, et ex Fredegarii verbis Bedanus presbyter, alias chronicon Moissiacense Augustam Trevirorum ulciscendae Aviti luxuriae a Lucio senatore Francorum armis expositam corcordibus scriptis referunt. *Treverorum civitas*, ait Fredeg., *factione unius ex senatoribus, cui nomen Lucius, a Francis capta et incensa est. cum Avitus imp. esset luxuriae deditus, et iste Lucius haberet mulierem pulcherrimam cunctarum, fingens Avitus ob infirmitatem corporis lecto se depremere, iussa ad omnes senatrices ut eum visitarent misit. cumque uxor venisset Lucii, vi ab Avito oppressa fuit. in crastinum surgens de stratu Avitus dixit ad Lucium: pulchras thermas habes, et frigida lavas. haec indignante Lucio, sua factione direpta est civitas, et incensa a Francis.* fabulam rerum Francicarum scriptori nupero quidem, verum alias diligenti, erudito, et posteris fideli praedicando probatam, et exquisitis scriptis insertam miror, ac paucis explodendam. Idatius non adeo summam, quam Aviti gestorum seriem expositurus ab exercitu Gallicano et honoratis primum Tolosae, dehinc apud Arelatum imperatorem salutatum, Romam perrexisse, et in ea susceptum, annis sequentibus a Marciano collegam imperii ascitum rem publicam administrasse, et Gotthorum auxilio destitutum potestate, vita etiamnum demum caruisse refert: de profectione ad Treveros Aquitanis oppositos, ne voculam quidem. Gregorius Turonensis hist. Franc. cap. 21 lib. 2 cum luxuriose agere volentem a senatoribus eiectum apud Placentiam episcopum ordinatum narrat: barbaris imperium diripiendum, et Treveros Galliarum caput suis criminibus incendio vastandos tradidisse tacet. quidni taceat, cum Iornandes etiam rebus in Gallia compositis, mox assumpto imperio, in Italiam involasse scribat? Sigebertus sub Arcadio Treverim incensam, Paulus Aemilius anno salutis 404, eodem Arcadio imperante, Francos relictis patriis sedibus, Rhenum transgressos in Treveris, ac circumiectis finibus consedisse testentur? Francos quidem a Gallo quodam ob stuprum coniugi a Lucio provinciae praeside illatum irritato, Treverim advocatos urbem incendio delevisse narrat Duplexius de rebus Gallicis lib. 8. Avitum ab eis temporibus (res quippe Arcadii aetate gestas tractat) remotum, sic a causa Treveris incendendae data alienum existimat. ipsa itaque Ravenna scriptore Theophane, Aviti libidinum ultionem passa est: cuius calamitatis illatae rationem

Digitized by Google

licet non expresserit, a Gotthis auxiliaribus, quos Romanis Avitus confisus a se abiecit, editam sibi persuadebit, qui Sigonii de impp. Occident. historiam, aut Victoris Tunnunensis chronic. Iornandisve de rebus Geticis narrationem consuluerit: Avitum quippe Placentiae praesulem evectum referunt isti, et ad Ravennam superatum, vivendi veniam a Recimere accepisse.

169, 10. *καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας*] Adrianus Valesius rerum Francicarum scriptor probatissimus, quasi Theophanis paraphrasten agens. "non multo post, habet lib. 4, poenas libidinis Avitus pependit, destitutus a Gotthis. nam Remiscus patricius adiutor eius partium in palatio classis (ad Ravennam) 15 kalend. Octobr. occisus est: ipse imperii mense 17 vel 18 a Ricimere magistro militum apud Placentiam victus et captus, imperium deponere cogitur: novaque et hactenus inaudita fortunae commutatione ex imperatore fit supradictae urbis episcopus." subdit. "Gregorius in hist. lib. 2 tradit Avitum senatorem et civem Arvernum ob libidines a senatu deiectum imperio, cuius in possessionem vacuam involaverat, et apud Placentiam episcopum constitutum: cum comperisset senatum adhuc indignantem vita ipsum privare velle, Brivatem vicum Arvernor. tumulo Iuliani Arverni martyris nobilem, cum multis muneribus fuga petere contendisse, ut loci religione salutem suam tueretur, ac in itinere decessisse, delatumque Brivatem, et ad pedes Iuliani sepultum esse." ultima haec verba Theophanis perioches ultima interpolabunt hoc pacto. *καὶ γέγονεν ἐπίσκοπος εἰς πόλιν Πλακεντίαν· καὶ ἀπελθὼν εἰς Γαλλίας ἀπέθανεν.*

Ibid. 14. *Μαρκιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐτελεύτησεν*] post imperii annos sex, et menses totidem, ait Marcellinus. at cum Theodosio Iunii mensis die 20 indict. 3 defuncto, nulla data interregni mora, imperium Marciano concessum fuerit, qui deinde indict. 10 pridie Maii kal. obiit: inter imperii auspicia et mortem annos sex et menses decem numerare potuisse constat.

Ibid. 18. *ὅστις ἐν ταῖς λιταῖς*] ex Theodori lectoris collectaneis ad Theodoreti calcem positis excerptum: cui additur, *συνέβη δὲ αὐτὸν ἐξελθεῖν εἰς τὴν λιτὴν ἐν τῷ κάμπῳ τῷ Ἰανουαρίῳ μηνὶ κς'. contigit autem ut ad supplicandum in campum egrederetur* 26 *Ianuarii.* vide notam 4 pag. 80 scriptam.

170, 4. *Τιμόθεος ὁ Αἴλουρος*] pravis suis facinoribus Timotheum Aelurum admovisse manum confirmat Theodorus lector scribens. *Τιμόθεος τοῦ Μαρκιανοῦ αἰσθόμενος θάνα-*

Digitized by Google

τον κατὰ Προτερίου κινεῖται. Timotheus cognita Marciani morte contra Proterium insurgit. legendus hic ille Theodorus, observandumque Aeluri cognomen, quod noctu felis more monachorum cellas circumambularet, impositum.

170, 10. *Εὐδοξία ἡ θυγάτηρ Θεοδοσίου*] Procopius lib. 1 de bello Vand. Euagrius lib. 2 cap. 7.

Ibid. 17. *στεφθεὶς ὑπὸ Ἀνατολίου τοῦ πατριάρχου*] primus, quem auctor patriarchae manu diadema sumpsisse referat, est Leo. praesente patriarcha coronam Marcianus suscepit: Theodosium tamen istis superiorem ipsius patriarchae opera redimitum, in Theodori lectoris collectan. lib. 2 ad extremam calcem reperimus.

Ibid. 19. *σεισμοῦ φοβεροῦ γενομένου*] eum terrae motum, clademque urbi ab eo illatam refert Euagrius lib. 2 cap. 12, et Leonis anno secundo (altero nimirum ab eo quo Marciano vivis erepto Leo coepit regnare) ab Antiochena civitate suae libertati restituta anno sexto supra quingentesimum indictione 11, Euagrio quamvis Theophanes circa indictionem et Leonis annum consentiat (praecedenti quippe anno Iuliano, quo Marcianus decessit, Leo simul arripuit imperium) attamen cum aera Antiochena Christi natalem diem annis 48 praevertat, hic autem annus sit a Christi natalitiis quadringentesimus et quinquagesimus, qui ad invicem uniti, nonnisi 498 reddunt, quibus adhuc septem ab Euagrii calculis desse conspiciuntur: quia nihilominus Christi natalem diem annis septem praeponere debuerat Theophanes, et Dionysianam aeram non mundi 5500, sed 5493 consociare, prout luce ipsa dilucidius demonstrat Petavius lib. 11 capp. primis, et nos ex eo annotationum istarum septima, quae ad pag. 1. inde fit ut errore dempto idem sit Theophani eum terrae motum anno Antiochensis aerae 498 vel 499, ac iuxta Euagrium 506 ascripsisse.

171, 8. *ἀχειροτόνητος ὢν*] quod ab episcopis sua dignitate a Proterio depositis fuisse patriarcha ordinatus: Theodorus lector collect. lib. 1, Euagrius lib. 2 cap. 8, et iam prius sacerdotali officio abdicatus: Euagrius idem.

172, 1. *ἠνέχθη τὸ λείψανον τῆς ἁγίας Ἀναστασίας*] Gennadio patriarchalem dignitatem adepto scribit Theodorus lector ultimis collect. verbis. Gennadii porro praecessor Anatolius hoc anno cum obierit, sub primis successoris auspiciis debuit Anastasiae corpus CP. transferri.

Ibid. 2. *ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς*] loco *ἀναστάσεως* iam olim dicto, quod in eo sacra fidei dogmata in Arianos exponens,

Digitized by Google

veram doctrinam e veterno excitaverit; vel quod ibi mulier praegnans ex alta porticu in terram lapsa et contrita, vitam et foetus salutem populi ad audiendum dei verbum collecti precibus receperit. videndus ipse Gregorius carmine in Anastasiam, Sozomenus lib. 7 cap. 5. de eodem orig. CP. *τὸν ναὸν τῆς ἁγίας Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας τὸν ὄντα Μαυριανοῦ Μαρκιανὸς ὁ ὅσιος ἔκτισεν ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ. ὀφείλων δὲ κτίσαι αὐτὸν ὁ ὅσιος εἰς τὰ Ψῆφα, ἐν οἷς καὶ ψηφίδας ἐπώλουν ὠνήσατο τὸν τόπον εἰς δύο νομίσματα, διὰ τὸ εἶναι μυσαρόν, καὶ διὰ τὸ εὑρεθῆναι ὑπομνήματα ἐκεῖσε τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ θεολόγου Ῥωμαίως γράφοντα οὕτως. ἀνακαινισθήσεται ὁ ναὸς οὗτος εἰς κάλλος, καὶ εἰς μέγεθος, εὖ οἶδα. τὸ δὲ μοὶ λέγει τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. πρώην γὰρ εὐκτήριον μικρὸν ἦν· ὑπῆρχε δὲ ἡ ἁγία Ἀναστασία ξυλότρουλον, ὁ δὲ Βασίλειος ἐσκέπασεν αὐτὴν δι' ὀρόφου χρυσοῦ. templum sanctae Anastasiae Romanae in Mauriani agro propriis expensis B. Marcianus extruxit. cum enim ad locum Psepha vocatum, quo tesselae vaenibant, condere cuperet, locum duorum nummorum pretio, eo quod sordidus esset, comparavit: eo maxime quod in eo magni Gregorii lucubrationes Latine compositae inventae sic referent. templum istud forma et amplitudine reparabitur: bene novi. hoc mihi spiritus sanctus enunciat. prius quippe parvum oratorium extabat. erat ligneus S. Anastasiae trullus, aedem vero aureo tecto contexit Basilius.* de Gregorii theologi Anastasi sive Anastasia Baronius annal. tom. 4.

172, 10. *μαθὼν Λέων ὁ βασιλεύς*] absque annorum vel temporis discrimine, quod pro iudicio divinat auctor, historiam Aeluri totam continuo tractu contexit Anastasius.

Ibid. 12. *πέμψας Καισάριον*] locus aperte corruptus in mss omnibus ex Anastasii verbis ita interpolandus. *πέμψας Καισάριον* (scribit Caesaream) *ἐγλωσσοτόμησεν τοὺς κοινωνήσαντας τῷ φόνῳ Προτερίου.* Caesarii vice Stelam scripsit Euagrius ad cap. 8 lib. 2 finem.

Ibid. 18. *γράμματα πρὸς τοὺς ἑκάστης ἐπαρχίας*] excerptum capp. 9 10 et 11 lib. 2 Euagrii; Theodorus lector eadem scribit, necnon Liberatus diaconus.

173, 1. *Βάρδα*] *Βάρδατον* loco memorato scribit Euagrius. de istis Theodorus Lector lib. 1 post initium.

Ibid. 18. *Ἰουβενάλιος ὁ ἁγιώτατος*] ex Cyrillo vitae S. Sabae scriptore apud Surium die 5 Decemb. anno Marciani ultimo Iuvenalium obiisse demonstrat Baronius ad annum Christi 457 num. 57.

Digitized by Google

174, 1. ὁ μέγας Στυλίτης, ὁ τῆς Μάνδρας πρῶτος] non unus Symeon, ut nec unus Stylites: hic magnus, mirandus, senior, et κατ' ἐξοχήν, Στυλίτες, καὶ ἀρχιμανδρίτης· de quo Euagrius lib. 1 cap. 13. διέτριψε τοίνυν ἐν σαρκὶ τὸν δὲ τὸν βίον διαθλεύων ἔτη ἓξ καὶ πεντήκοντα, ἐν μὲν τῷ πρώτῳ φροντιστηρίῳ, ἔνθα τὰ θεῖα κατηχήθη, ἔτη ἐννέα· ἐν δὲ τῇ αὐτῇ καλουμένῃ Μάνδρᾳ ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα ἔν τινι μὲν στενωπῷ ἔτεσι δέκα τὸν ἀγῶνα διανύσας· ἐν δὲ κίοσι βραχυτέροις ἑπτά, καὶ ἐπὶ τεσσαραχονταπήχει ἔτη τριάκοντα. *iste Symeon hoc vivendi severum genus in carne traducens vitam ad quinquaginta sex annos propagavit. nam in monasterio, in quo primum divinas vivendi praeceptiones didicit, annos vixit* 9, *in Mandra autem, sic enim vocatur, quadraginta septem: atque horum annorum decem in loco admodum angusto confecit: in columnis brevioribus septem: denique in columna quadraginta cubitorum, triginta.* Μάνδρα itaque monasterii eius nomen, in quo nonnunquam πρῶτος, qui ἀρχιμανδρίτης.

Ibid. 4. ἐμπρισμὸς μέγας γέγονεν] ista dictione tenus Theodorus lector lib. 1, Euagrius eadem lib. 2 cap. 13, apud quem νεώριον vocatur βοὸς πόρος, *bovis via* insulse redditum, quod *Bosphorus* (isque Thracius) suavius sonat: ἐν ᾧ, subdit, τὰ νεώρια τῆς πόλεως καθέστασιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου βοὸς πόρου, etc. chron. Alex. ad annum Leonis 7 incendium istud reponit.

Ibid. 7. Μαρκιανὸς δὲ οἰκονόμος] virum mirare apud Surium die 10 Ianuarii.

Ibid. 11. Μαιωρῖνος εἰς Ταρτίωνα] haud minus incertas Latinorum res, quam incognitas eorum voces Theophanes habuit. Maioriani, quem Maiorinum vocat, imperium ad septem prorogat annos, cui vix alii quinque assignaverint. Avitum enim, cui Maiorianus successit, anno Marciani sexto interfectum describit: ex quo ad praesentem Leonis annum pariter sextum septem integros numeraveris. Dertonam Hispaniae urbem Ταρτίωνα, Recimerem, Ῥεμίκιον vocat: Serpentium cunctis historicis ignotum Severo in imperio adiunctum fingit: Severum nonis Iulii Caesarem elevatum, aliis Augusto mense dignitatem adeptum testantibus commemorat. fides hic plane Graeca.

Ibid. 14. ζωγράφου τινός] Theodorus lector lib. 1.

Ibid. 18. τοῦ δὲ Γενναδίου τῇ νυκτί] Theodor. lector coll. lib. 1.

175, 3. Στούδιος] Suidas Στούδιος, δυνάστης· ὃς καὶ

Digitized by Google

τὴν περίβόητον μονὴν ἔκτισεν. ἡ τῶν Στουδιτῶν μονὴ πρότερον καθολικὴ ἐκκλησία ἦν ὕστερον δὲ μετῆλθεν εἰς μονήν. ὁ αὐτὸς Στούδιος δυνάστης κτίζει τὸν ναὸν τοῦ ἀρχιστρατήγου Νακωλείας, ἐν ᾧ φέρονται καὶ στίχοι ἡρωϊκοί.

Στούδιος ἀγλαὸν οἶκον ἐδείματο· καρπαλίμως δέ,
ὧν κάμεν, εὕρατο μισθόν, ἑλὼν ὑπατηΐδα ῥάβδον.

Studius dynasta, celeberrimi monasterii fundator. Studitarum oratorium extitit prius ecclesia catholica (velut paroecia viris et mulieribus pervia) *demum in monasterium mutatum. idem Studius dynasta Michaelis militiae caelestis principis Nacoliae templum condidit, in quo versus heroici feruntur descripti.*

Postquam magnificam construxit Studius aedem
Consulis accepit mercedis nomine honorem.

annus Marciani quartus eius consulatu signatur. de Studii familia Baronius ad annum 459 n. 16.

175, 4. *τῶν Ἀκοιμήτων*] *τούτων μονὴν Μάρκελλος ὁ θειότατος ἤγειρεν, ἀσίγητον τὸν ὕμνον παρασκευάσας θεῷ ἀναπέμπεσθαι, εἰς τρία μέρη τὴν ποίμνην διανειμάμενος,* Nicephorus lib. 15 cap. 23. *Acoemetarum, sive insomnium monasterium Marcellus divinissimus construxit* (auctor actorum eius, abbatem eius Alexandrum nomine conditorem appellat) *in quo perpetuis carminibus nunquam non hymni deo canerentur, sodalitate monachorum eam ob rem in tres coetus divisa.* Surius 29 Dec.

Ibid. 6. *ἀπετάξατο ἐν αὐτῷ*] addit Theodorus lector. *καὶ ἅμα ἐπλήρωσε τὰ πραιποσίτου. simul praepositi munus obibat.*

Ibid. 10. *στρατηγὸν τῆς ἑώας*] *στρατηλάτην* scribit Theodorus lector, Baronius comitem, Petavius ducem Orientis exponit.

Ibid. 13. *Πέτρος ὁ Γναφεύς*] quod Fullonis artem vere exerceret Alexander serm. de S. Bartholomaeo apud Surium. de eius gestis Theodorus lector.

176, 7. *φυλάττων ἑαυτῷ τὴν ἱερωσύνην*] ne tanquam criminis reus episcopi dignitate exautoratus haberetur. cui namque sacros honores ob admissum aliquod scelus ecclesiastica censura detrahebat, eundem pariter officii munere mulctabat. hinc illae phrases apud Ioannem Morinum eccles. exerc. lib. 2 cap. 13 aequales: a sacerdotio et ministerio deponi, honore privari, officio et dignitate moveri, ordinum exercitio et honore abdicari. voluntatis itaque placito, non canonum rigore abdicatus, episcopatus sede alienus, sacerdo-

Digitized by Google

tale sibi reservat munus. haec eadem ad verbum Theodorus lector. plura Morinus lib. 4 de adm. poenit. capp. 12 et 14.

176, 13. *Ἰουλιανὸς δέ τις ἐπίσκοπος*] ordinatio tamen Iuliani in annum usque quintum differri pag. sequens docet.

Ibid. 19. *τετράγωνον*] observa *τετράστωον*, vel *τέρας τὸ ὂν* alias legi. Mirandum opus porticibus quattuor circumdatum.

177, 3. *Δανιὴλ ὁ Στυλίτης*] cuius vitam habes apud Surium 11 Decembr. Anaplus porro ostium Bosphori est ad Galatae latus. potuit autem columnam hoc anno Daniel conscendere, a Symeone Stylita anno superiore, ut chronicon Alexandrinum testatur, defuncto, monitus.

Ibid. 4. *Ἰωάννης δὲ ὑπατικός*] Ioannes iste Vincomalus ex fastis consularibus anno Marciani quarto fasces obtinuit. *ὑποταχτικὸν* ponit alia lectio.

Ibid. 8. *ὠψικεύετο*] servi, amici, clientes, satellites, *ὀψικίον*, obsequii, sive obsequiorum gerunt nomen: hinc istorum more anteire, comitari, sequi *ὀψικεύειν*, dicitur apud Meursium, Lacerdam, et euchologia.

Ibid. 11. *Ἄνθιμος καὶ Τιμοκλῆς*] *οἱ τῶν τροπαρίων ποιηταί*, addit Theodorus lector lib. 1 *κατὰ φρατρίας διῃρέθησαν. ἀλλ' ὅσοι μὲν ἔχαιρον τῇ ἐν Χαλκηδόνι συνόδῳ παρὰ τῷ Ἀνθίμῳ συνήγοντο. αὐτὸς γὰρ καὶ τὰς παννυχίδας παρεσκεύασε γίνεσθαι. ὅσοι δὲ ταύτης ἐχθροί, τῷ Τιμοκλεῖ προσέκειντο. Anthimus et Timocles ecclesiasticorum modulorum auctores per factiones oppositas disiuncti sunt. nam quotquot Chalcedonensi faverunt, illi Anthimo adhaeserunt. ipse namque nocturnas vigilias fieri ordinavit. qui autem a synodo dissidebant, Timocli iuncti sunt.* tropariorum rationem exposuimus ad euchologia.

Ibid. 13. *κατὰ πρεσβείαν τῆς συγκλήτου*] Theophanis de Anthimo sive Anthemio sub annum Leonis octavum Romam cum imperatoria potestate misso sententia, Idatii verbis et auctoritate fulcitur. historiam habet Euagrius libro 2 capite 16. alii in alium annum reiiciunt, inter quos Petavius duces alios sequutus.

Ibid. 17. *σημεῖον ἐφάνη*] anno succedenti signum istud ascribit chronicon Alexand. his verbis. *ἐφάνη ἐν τῷ οὐρανῷ σημεῖον μέγιστον ἀπό τινων λεγόμενον σάλπιγξ, ἀπό τινων δὲ λογχίας, ἀπό τινων δοκίς, ἐφάνη ἐπὶ ἡμέρας δέ τινάς. ingens in caelo prodigium apparuit, quod a quibusdam tuba ap-*

Digitized by Google

pellatur, ab aliis hasta, ab aliis trabecula; visumque est aliquot diebus.

178, 3. *δεκάστασις*] Pal. Barb. et Peyrez. legunt aptius *ἴασις* ob respectum ad *ὑγείαν*. *δεκάστασιν* posuit Ammanuensis quod forsan legisset *ί ἄσις*. observa rursum *χερσέου* et *κοπρῶνος* sive *κοπρεῶνος* in variis lectionibus haberi.

Ibid. 6. *Ἰσοκάσιος ὁ κοιαίστωρ*] anno Leonis decimo, Pusaeo et Ioanne coss. factum istud consignat chronicon Alexandrinum, auctor undecimo: in quo nihil sibi adversantur. anno quippe Leonis undecimo a Septembri initium ducente per quattuor eius menses, adhuc Pusaei et Ioannis consularis dignitas perseverabat. animadverte Peyrez. codicem anni undecimi historiam ad decimum referre, et quae hic decimi ad undecimum transposuisse. metathesi favet chronicon Alexand. Isocasii eventum ad Leonis annum decimum referens.

Ibid. 15. *καὶ μαθὼν ὁ βασιλεύς*] ampliorem exhibet hanc historiam chronicon Alexand. his autem verbis eam concludit. *καὶ ἀκούσας τοῦ Ἰσοκασίου ὁ δῆμος τῶν Βυζαντίων εὐφήμησε τὸν βασιλέα Λέοντα πολλά. καὶ ἀποσπάσαντες τὸν αὐτὸν Ἰσοκάσιον ἀπήγαγον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ Ζευξίππου εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν, καὶ κατηχηθεὶς ἐφωτίσθη, καὶ ἐπέμφθη εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ. quod ubi populus Byzantinus audivit, fauste saepius acclamavit imp. arreptumque Isocasium deduxerunt a Zeuxippo ad magnam ecclesiam, ubi rudimenta fidei edoctus, et sacro fonte lustratus, in patriam remissus est.*

Ibid. 18. *Λέων ὁ βασιλεύς*] ex Theodoro lectore, Procopii lib. de bello Vandal. Iornande de regnorum successione, et quem auctor citat Prisco, necnon Candido hist. lib. 1. *τὰ κατὰ Ἀφρικὴν Βασιλίσκου εὐτυχήματά τε, καὶ δυστυχήματα* litteris consignante, de quo Photius cod. 79.

179, 7. *κεντηνάρια*] *centenarium*, non ponderis, sed numeri nomen est, quod centum librarum ponderis sit. quod pondus propter perfectionem centenarii numeri Romani instituerunt. libra duodecim unciis perficitur. Isidorus orig. lib. 16 cap. 24.

Ibid. 19. *βασιλέα πεποιήκασιν*] aliam rationem profert Suidas. v. *Ἄσπαρ. ὅτι Μαρκιανοῦ βασιλέως χρήστου μὲν γεγονότος, θᾶττον δὲ ἐκβεβιωκότος, αὐτοῦ κελεύστῳ γνώμῃ Ἄσπαρ Λέοντα διάδοχον αὐτοῦ γενέσθαι παρεσκεύασεν. Marciani* nimirum *benignissimi principis, at citius sublati sententia et iussis, Asparem Leoni imperii successionem detulisse.*

Digitized by Google

180, 13. *πατρίκιος ὁ υἱὸς Ἄσπαρος*] desunt, vel adhuc latent, qui de Asparis gestis amplis voluminibus scripsere Priscus Thracius, et Candidus Isaurus. huius quaedam exprompsit Photius cod. 79, illius Euagrius lib. 2 cap. 16, ubi de patricio a Leone Caesaris dignitatem adepto, *ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται μετὰ τὴν τοῦ Ἀνθεμίου σφαγήν. ut ipse Leo Asparis sibi conciliaret inscitiam post Anthemii caedem.* eius tamen loci error in versione vitandus, quo non patricius, sed Ardaburius creatus Caesar, textu in contrarium adnitente, scribitur: in quo Baronium anno 469 num. 1 delusum reperies.

Ibid. 19. *Λέων ὁ βασιλεὺς*] ut Zeno, Tarasicodisas, ut scribit Euagrius lib. 2 cap. 15, vel iuxta Agathiam lib. 4 ad finem, Tharasiscodicus, Aticmesus antea dictus, Leonis gener, et Orientis comes evaserit, narrat Candidus etiam ipse Isaurus apud Photium his omnino conferendus.

181, 2. *αὐτῷ*] an ut Aspar Zenoni, vel Zeno Aspari ex suis traderet milites, dubium reliquit Theophanes. Zenonem tamen ad id Aspari praestandum a Leone iussum fuisse suadent auctoris verba, et Candidi Photiani, quo Ardaburium Asparis filium Isauros a Zenone ductos suarum partium facere constituisse legimus, testimonium convincit.

Ibid. 8. *ἀπέστειλεν Λέων ὁ βασιλεὺς*] ex istis plurima recenset Procopius lib. 1 de bello Vand. ut et Asparis mortem, quam chronicon Alexandr. ad annum Leonis 10 revocat: eandem memorat Euagrius, Iornandes, et alii. de Heraclii ab auctore hic laudati moribus nonnulla Suidas. v. *Ἡράκλειος.*

182, 4. *Ἄσπαρος καὶ Ἀρδαβουρίου*] hoc pariter Leonis anno 15 Asparis mortem consociat Marcellinus comes.

Ibid. 5. *Ὀστρίς*] qui *Ὀστρὸς* chronico Alexandr. scribitur, et *κόμης*, necnon alii Gotthi *κόμητες*, quos, non dignitate, sed armorum societate comites dicerem, et *ὑπασπιστάς*. de caedibus ab eo CP. perpetratis idem chronicon.

Ibid. 6. *Θευδέριχος*] istum Theoderichum Triarii filium memorat Iornandes de bello Getico paulo ante finem, quem a rege Italiae Theoderico diversum observabis.

Ibid. 13. *Ἀρμενάρχος*] Armenerichum scribit Candidus apud Photium, et in patris caede servatum. alia variae lectiones.

Ibid. 16. *ἐν Ἰταλίᾳ δὲ Ῥεκίβερ*] ex his nonnulla profert Iornandes de rebus Geticis, Euagrius lib. 2 cap. 6, Marii chronicon, et Procopius de bello Vandal. lib. 1.

Digitized by Google

183, 1. *ἕβδομον ἔτος ἄγοντα*] potest haec sententia Marii scriptis fulciri, quae adversum habet Euagrium loco nuper memorato.

Ibid. 5. *συναπελθόντος αὐτοῦ Ὀλυβρίου*] episcopum Salonae in Dalmatia eum prius evectum scribit Iornandes de reg. ac temp. successione, et de rebus Geticis lib.

Ibid. 6. *τούτων δὲ τελευτησάντων Μαιωρῖνος τὴν βασιλείαν διεδέξατο*] ut Olybrio posteriorem Maiorinum auctor recenset, Procopius causam dedit, et in errorem errans ipse induxit. Arthemii quippe, quem vocat Artemium, Olybrii, Leonisque ipsius imperiis et morte numerata subdit. "sed Maiorini fas meminisse fuerit, qui antea prius Romae imperavit. cunctis enim, qui Occidenti praefuere, vir antefcrendus. nam et contra Vandilos fortissime bellum sumens, maximo collecto exercitu in Liguribus constitit, ipse dux impiger nullum neque laborem recusavit, neque ullam bene gerendae rei occasionem praetermisit, etc." et post nonnulla. "Maiorinus igitur omnibus, quae volebat, exploratis, in Liguriam ad exercitum revertit: quem terrestri itinere, ad Herculis columnas ducens, inde per angustias freti transire in Africam,cum hosteque congredi omnino cogitabat: tanta ipsius spem exercitus admiratione, ac voluntate ob eius virtutem, ut in venerint certam omnes breviter Africa per eum potituros. verum eo ex morbo paulo post decedente, ab incepto destitere, etc." quem tamen a Recimere occisum concordibus scriptis historici reliqui profitentur.

Ibid. 12. *ὁ δὲ στρατηγὸς διαβὰς Πάτμον ἀπεσώθη*] ita codices cuncti: quibus licet adversis lego *πορθμὸν* vice *Πάτμον*, ut sit sensus, ducem exercitus sub Maioriano, eo mortuo, fretum Gaditanum traiecisse, et exercitum in Africam transmissum in Hispaniam revocasse. quis enim alias huius loci sensus, nisi forte de Liguria loquuto non *Πάτμον*, sed *Πάδον*; *Padum* fluvium scribere propositum fuerit auctori.

Ibid. 14. *ἐν τούτοις οὖν ἀσχολουμένων*] Eudociae iunioris mortem tangit auctor vitae Euthymii apud Surium 20 Ianuarii.

184, 5. *Λέων ὁ βασιλεύς*] Leonem iuniorem a seniore decimum sextum imperii annum numerante, coronatum scribit Iornandes de temp. ac regn. successione, ultimum tamen eius vitae existimat.

Ibid. 7. *μετὰ δὲ τὸν Ὀλυβρίου θάνατον*] errantis Procopii vestigia nuper animadversa sequutus auctor, alia haec ex Euagrii lib. 2 cap. 16 deprompta subiicit.

Digitized by Google

184, 14. *μετὰ ατγ' ἔτη*] Paulus diaconus Euagrii, et Theophanis eum imitati correcturus errorem anno ab urbe condita 1226 Augustulum a patre Oreste imperatorem renuntiatum testatur: ac deinceps novos imperatores creatos scribens, ab urbe condita annos haud amplius observat: quod in Augustulo imperium Romanum desiisse sentiat. Iornandes de rebus Get. a conditu urbis ad Augusti imperium annos 709, ab Augusto ad Augustuli decessum 522 numerat. summa 1231 annorum.

Ibid. 16. *ἐπὶ Ῥωμύλλον*] Petavius lib. 13 de doct. temp. ad annum 5187 et 5188.

Ibid. 19. *ὅς τὴν τοῦ ῥηγός*] Euagrius citatus. *τῆς μὲν βασιλέως προσηγορίαν ἑαυτὸν ἀφελὼν, ῥῆγα δὲ προσειπών. imperatoris nomine repudiato, regem se appellavit.* ῥῆξ rex est dignitate minor imperatore, *βασιλεὺς* imperator.

185, 5. *ἡ κόνις κατῆλθεν*] chronicon Alexandrinum ante annos quinque prodigium mensis Novembris 11 accidisse testatur.

Ibid. 10. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει*] convenit Euagrius lib. 2 cap. 17 de Leonis senioris annis, septemdecim nimirum imperasse: imperium vero deposuisse, et Leoni nepoti reliquisse ipse solus asserit.

Ibid. 13. *ἰνδικτιῶνος ιβ'*] ita chronicon Alexandrinum, quod de Leone iuniore subdit. *οὗτος Λέων ὑποβληθεὶς ὑπὸ τῆς ἰδίας μητρὸς τῆς ἐπιφανεστάτης Ἀριάδνης, ὡς προσκυνῇ αὐτὸν ὡς βασιλέα Ζήνων στρατηλάτης, καὶ πατρίκιος ὁ αὐτοῦ πάππος* (lege *πατὴρ*) *ἐπέθηκε στέφανον βασιλικὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν τοῦ αὐτοῦ Ζήνωνος· καὶ ἐβασίλευσεν Ζήνων ὁ Κοδισσεὺς ὁ Ἴσαυρος μετὰ τοῦ ἰδίου ἐγκόνου* (lege *υἱοῦ*) *ὀλίγον χρόνον. καὶ τῷ ια' μηνὶ τῆς αὐτοῦ ὑπατείας ἀρρωστήσας Λέων ὁ νέος μηνὶ Δίῳ τῷ καὶ Νοεμβρίῳ ἐτελεύτησεν. hic Leo a suamet matre nobilissima Ariadne monitus, ut curaret se a Zenone patre magistro militiae, et patricio, pro imperatore coli, imposuit diadema regium capiti Zenonis: et imperavit Zeno Codisaeus Isaurus cum filio suo Leone exiguo tempore. Leo quippe undecimo consulatus sui mense, mense Dio seu Novembri, morbo extinctus est.*

Ibid. 17. *ἔτη ιζ' καὶ μῆνας β'*] Malchus sophista apud Photium codice 78. mense vero Februario, indictione 12, promotus Zeno alterius indictionis anno 14 mense Aprili interiit. chron. Alexandr. de barbaris Romanum imperium incursantibus, et Zenonis vitiis Euagrius lib. 3 cap. 1 et 2. Suidas v. *Ζήνων*.

Digitized by Google

186, 7. *προσελθὼν ὡς ὕπατος*] consul eo anno extitit ex citato chronico, et trabea consulari ornatus munera in populum publice sparsit: quod saepius apud auctorem est τὸ *προσέρχεσθαι*.

Ibid. 8. *Βασιλίσκος δὲ ὁ Βερίνης ἀδελφός*] Euagrius lib. cap. 3, Iornandes de regn. et tempor. successione. chronicon Alexandr. ad Zenonis annum 3, Malchus sophista, et Candidus Isaurus apud Photium codd. 78 et 79, et Theodorus lector lib. 1 collect.

187, 3. *διὰ τύπου*] *τύπους edicta universalia, canones, regulas* vocant Graeci recentiores, eos de quibus hic mentio, *ἐγκυκλίους συλλαβάς*, Euagrius cap. 4 *ἐγκυκλίους ἐπιστολάς*, et *ἐγκύκλια* Nicephorus. auctor ipse *τύπον γενικὸν* inferius scribit.

Ibid. 8. *Ὀχούμενος ὄνῳ*] quod pro more foret, vel curru vectos, vel iumento asinove insidentes patriarchas, litanias sive processionum preces celebrare. recolenda quae de S. Proclo superius lecta. Theodorus lector legendus.

188, 1. *ὁ πάππας*] dictio vocandi significatu accipienda. hinc Cedrenus vocative *πάπα*. non minima scriptorum pars inter Graecos a Cyrilli Celestini papae Romani in concilio Ephesino legati temporibus patriarcham Alexandrinum papae nomine remunerandae Cyrilli pietatis, et in sedem Roman. obsequiorum gratia compensandorum scribunt fuisse donatum. tanti privilegii penes ipsos sit fides, quae Nicephoro lib. 14 cap. 34 auctoritate nutat. *ἐξ οὗ λόγος*, inquit, *καὶ τὸ τῆς μίτρας ἐπίθεμα εἰληφέναι, καὶ τὴν τοῦ πάπα προσηγορίαν λαβεῖν, καὶ τῆς οἰκουμένης κριτὴν ὀνομάζεσθαι. ex quo tempore fama est* (mihi certe fabula) *mitram illum, et papae appellationem, atque ut universi orbis index appellaretur, accepisse.* fabula, inquam, insulsissima. Athanasius enim Cyrillo prior seipsum papam epistola ad Antiochenses scribit. *οἱ ἐπιστείλαντες, ὅ, τε πάπας Ἀθανάσιος, καὶ οἱ παρατυχόντες σὺν αὐτῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. qui epistolam scripserunt, sunt isti: papa Athanasius, et qui cum illo Alexandriae fuerunt.* praecessorem Alexandrum papam compellat Alexandrinus clerus apud ipsum Athanasium, et Epiphanium haeresi 69. *μακαρίῳ πάπᾳ, ἐπισκόπῳ ἡμῶν Ἀλεξάνδρῳ, οἱ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ διάκονοι. beato papae episcopo nostro Alexandro presbyteri et diaconi, in domino, salutem.* et in epistolae processu. *τί μέμφεσθε Ἀλεξάνδρῳ τῷ πάπᾳ λέγοντι ἐκ τοῦ πατρὸς τὸν υἱόν; quid expostulastis cum Alexandro papa ex patre filium asserente?* Hieroclam, vulgarius Heroclam ea appellatione primum quondam salutatum

Digitized by Google

ex Ecchellensi chronici Orientalis pag. 115 observo. *Hieroclas primus fuit, qui eo nomine cognominatus est.* etiam Ethnici Iovem *γεννήτορα πάπαν* dixerunt. de voce *πάπας*, et duplicato *π πάππας* Suidas.

188, 11. *μελανομονήσας τὸν θρόνον*] in stupendi ac plane insoliti luctus signum. nigrum quippe colorem suis in officiis ecclesia Graeca respuit: quae non nisi album, vel per quadragesimam purpureum admittere solita est. de ecclesiae illius coloribus ad euchologica disseruimus.

Ibid. 14. *Περόξης δὲ ἐπεστράτευσεν*] haec a Procopio mutuata lib. 1 de bello Persico statim sub initium: qui Hunnos istos Euthalitas appellat, mores et genus describit, ac demum Perozam (sic eum vocat) ad Orientem conversum (Euthalitarum rege adoratum ab eo se existimante) ex magorum consilio solem adorasse.

189, 7. *τοῦ κλήρου καὶ τῶν μοναχῶν*] Euagrius lib. 3 cap. 7, Theodorus lector.

Ibid. 19. *τοὺς λεγομένους λευκοὺς Οὔννους*] quos anno praecedente auctor Nepthalitas, Euthalitas Pal. cod. *Νεφαλίτας* ubique. Procopius memoratus: eo quod "soli Hunnorum albi sunt, neque item foedi aspectu, neque ferarum modo, velut alii victitantes, sed sub uno degentes principe politicam vitam agunt inter se, et cum vicinis ius fasque colunt, aeque ac Romani et alii omnes." ad Persidis boreale latus eos statuit Ortelius in lexico: ex studio simulandae fugae a Procopio eis ascripto Parthos esse censeo. de iisdem Agathias lib. 4 versus finem.

190, 7. *τὸν μάργαρον*] cuius inventionem, ambitum, pretium, et iacturam narrat Procopius de bello Persico lib. 1 ineunte. Photius cod. 63. *μαργαρῖται, καὶ μάργαροι λέγονται, καὶ μαργαρίδαι. εὕρηται γὰρ ὁ μάργαρος παρά τε Προκοπίῳ τῷ ῥήτορι, καὶ ἄλλοις ἀξιολόγοις.*

192, 5. *Ἴλλος καὶ Προκοῦνδος*] leguntur ista ex plurima parte in chronico Alexandrino ad annum Zenonis 4 et 10. quaedam indicant Theodorus lector in collect. Euagrius capp. 8 11 12 et 24, Procopius de bello Vand. lib. 1, Malchus, et Candidus Photii cod. 78 et 79, Iornandes de reg. et temp. successione. Suidas v. *Ἀρμάτος*. Procundum chronicon Alexandrinum Trocundum, Baronius Promundum, Peyrez. Tricundum.

193, 10. *εἰς ἕνα πύργον*] *λιμνῶν πύργον* vocat chron. Alex. *sleunium* Iornandes.

Digitized by Google

193, 11. *σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις*] cuncti codd. legunt *γυναιξὶ* numerum multitudinis.

Ibid. 15. *ἐν τῷ σένσῳ*] *in sella*, seu *sessionis* loco. supra etenim *συγκάθεδρον* elevare Zeno promiserat. nota sequens locum clarius illustrat.

Ibid. 21. *ἐσφάγη εἰς τὴν κοχλίαν*] ex chronici Alexandrini verbis ad Constantini annum 23 lucem haec mutuantur. *παλάτιον μέγα ἐποίησε πλησίον τοῦ ἱππικοῦ (καὶ) τὴν ἄνοδον ἀπὸ τοῦ παλατίου εἰς τὸ κάθισμα τοῦ ἱππικοῦ διὰ τοῦ λεγομένου κοχλίου. regiam amplam proxime circum condidit, et ascensum a palatio in circi tribunal* (*σένσον* nuper dictum) *per spatium cochleam vocatum extruxit.* ad chronici Alexandrini instar Pal. Barb. et Peyres. codd. scribunt *τὸν κοχλίαν.* ex illius porro auctoritate locum hunc totum interpolo. *ἐσφάγη εἰς τὸν κοχλίαν τοῦ παλατίου ὃς ἀνήρχετο εἰς τὸ ἱπποδρόμιον.*

194, 6. *ἐχειροτονήθη*] locus interpolatus.

Ibid. 19. *ἐγένετο σεισμὸς φοβερός*] in annum Zenonis 13 submovet chronicon Alexand. *ἔπαθεν*, inquit, *ἀπὸ θεομηνίας σεισμοῦ ΚΠ. τὸ δεύτερον αὐτῆς πάθος μηνὶ Γορπιαίῳ Σεπτεμβρίῳ κς´ ἐπ᾽. ὀλίγον διάστημα ἕως τοῦ Ταύρου. rursum CP. irato numine labem accepit a terrae motu secundo Gorpiaeo Sept.* 26 *spatio prope usque ad Taurum.*

195, 7. *Στέφανος δὲ ψήφῳ κοινῇ*] hunc Euagrius tacet lib. 3 cap. 10 et cum Stephano iuniore mox secuturo confundit: Nicephorus in chronico ad Theophanis mentem exprimit: et Baronius ad annum C. 479 male intelligit: de quo iterum sermo.

Ibid. 12. *Θευδέριχος ὁ Τριαρίου*] ex Euagrii lib. 3 cap. 25 translata narratio: nonnihil ex ea delibat Malchus sophista apud Photium cod. 78.

196, 4. *Μαρκιανὸς ὁ παῖς Ἀνθεμίου*] Theodorici seditione et letho relatis lib. 3 cap. 24. Euagrios sequenti cap. 25 Marciani tumultus aggreditur referendos his verbis: *μετὰ ταῦτα διενεχθεὶς πρὸς Ζήνωνα Μαρκιανός*, etc. ita Theophanes anno superiore de Theodorico narrationem exequutus, aliam, quae a Marciano res gestas explorat, hoc anno suscipit texendam: quam Marcellino assentiens Baronius ad annum Zenonis octavum refert. I. C. anno 481 num. 1 et 2. reliqua in Theodoro lectore videnda lib. 1 ad calcem.

197, 4. *ἐβουλεύσατο Ἴλλος*] Euagrii caput 27 ex Eustathio Syro brevem de Illo narrationem instituit, quam ad

Digitized by Google

eius exemplum superioribus annectendam indicavit Theophanes.

197, 20. σχολάριος] schola, ordo militantium est: et qui per diversas cohortes gradum faciunt, per scholas promoveri dicuntur. fuerunt undecim scholae palatii custodiae deputatae: novem armatae militiae ex Armenis selectae, et inermes duae. scholares sunt in huiusmodi turmas recensiti. arma iactabant et militiam: verum palatii deliciis enutriti, molles et imbelles ad ostentationem arma gestabant, et militiam profitebantur; si modo maius stipendium sumerent contenti. de illis plura Suidas et Meursius v. σχολάριος. Pancirollus in imp. notitiam cap. 63.

198, 1. σπαθάριος] Cedrenus ὁ σωματοφύλαξ ἐστί. *satelles nuda spatha armatus.*

Ibid. 5. καμηλαύκην] καμηλαύχι pronunciant moderni. *pileolus* internus capitis summitatem solam, vel nonnunquam etiam aures circumtegens: huiuscemodi ab Illo assumptus, quo abscissae auris defectum occultaret. πιλίδιον, σκιάδιον, uno verbo *calotta.*

Ibid. 9. στρατηγὸν τῆς ἑώας πάσης] qui praefectum praetorio Orientis iam forsan antiquatum referret.

Ibid. ὥστε καὶ δοῦκας ποιεῖν] praeter duos per Aegyptum alii sex *duces* Orientem tuebantur: scilicet Palaestinae, Arabiae, Phoeniciae, Syriae, Euphratensis, Osrhoenae, et Mesopotamiae. hi cum a principe probarentur, Illi arbitrio a Zenone sunt relicti. Pancirollus in notitiam imperii.

Ibid. 20. Στεφάνου τοῦ ἐπισκόπου Ἀντιοχείας] Petro Fulloni Stephanum successorem a prioris asseclis Antiochiae neci crudeliter traditum, et huius locum Calendionem excepisse scribit Euagrius lib. 3 cap. 10. post Petrum Fullonem duos nomine Stephani, primum annis tribus, alterum uno sedem Antiochenam tenentem recenset Nicephorus in chronico, quos Calendionem sequutum asserit. Baronius Nicephori sententia ad annum 479 num. 2 memorata, ad annum deinde 482 num. 1 in Euagrii geminum hunc Stephanum non distinguentis opinionem transit, et omisso seniore, iuniorem, quem priore loco Fullonis successorem nominavit, posteriore a Calendione exceptum manifeste profitetur: atque ita solo senioris nomine recensito, annos in pontificatu nullos, locum nullum assignat, iuniorem tribus annis sedem tenuisse, nullo teste contentus asserere. Theophanes porro Nicephori patriarchae auctoritate fultus unum ab altero dis-

Digitized by Google

criminat Stephanum, huncque anno solo ecclesiam administrantem, et martyrem extitisse, et Calendionem praecessisse testatur.

199, 8. *Κωδωνάτον*] *larvatos* tintinnabulis *κώδωσι* spectatores ad risum moventes, *κωδωνάτους* vocant recentiores Graeci.

Ibid. 9. *πρωτόθρονον*] primus post patriarcham metropolita est *πρωτόθρονος*.

Ibid. 12. *ἐχειροτονήθη ὁ Ἰωάννης*] Euagrius lib. 3 cap. 12.

Ibid. 15. *ὁ δὲ πατρίκιος Ἴλλος*] Candidus Photianus ad codicis 79 calcem, Euagrius lib. 3 cap. 27, Theodorus lector lib. 2, Iornandes de regn. ac tempor. successione.

200, 6. *καταλαβόντων τῶν σακρῶν*] tres codices, de quibus variae lectiones ita scribunt: correctius *καταλαβουσῶν*.

Ibid. 11. *Τρασκαλισσαῖον*] Tarasicodisam vocat laudatus Candidus apud Photium: Aricmesum Euagrius lib. 2 cap. 14, Codiosaeum chronicon Alexand.

201, 6. *εἰσῆλθεν ὁ Λεόντιος*] Euagrius lib. 3 cap. 27, Theodorus lector lib. 2.

Ibid. 7. *μηνὶ Ἰουνίῳ*] Barb. addit *ιζ'*, Pal. cum Peyrez. *κζ*.

Ibid. 13. *γόητι λεγομένῳ εἶναι*] quam studiose praestigiis se addixerit, et prohibitas exercuerit artes, fusissime exponit Suidas v. *παμπρέπιος*.

202, 1. *τοῦ Πετροῦ τοῦ Μογγοῦ οἱ σπουδασταί*] Ioannis eiectionem, Mongi intrusionem, et Zenonis Henoticon ad verbum exhibet Euagrius lib. 3 capp. 12 13 et seqq.

Ibid. 17. *Θευδέριχος ὁ Οὐαλάμερος*] Theodoricum Valameris filium praesente anno Zenonis undecimo in Italia regnantem memorat chronic. Alexandr. eius in Italiam expeditionem in annum Zenonis 15 Marcellinus, et Marius reiiciunt. eiusdem decimo quarto praedandi libidine pulsum Thraciam armis infestasse, auctor est idem Marcellinus. hoc itaque Zenonis undecimo cum Ioanne Scytha adversus Illum, et eiusdem rebellionis socios expeditum consentit Petavius lib. 13 de doct. temp. eius educationem, dum CP. obses ageret, ad patrem regressum, consulare munus, cum Zenone foedus, arma in Thraciam illata, in Italiam, sive proprio animi proposito, sive Zenonis eum timentis consilio susceptam profectionem, et exinde varia eius certamina describunt Pro-

Digitized by Google

copius de bello Gotthico sub initium, Iornandes de regn. ac temp. successione, atque iterum de rebus Geticis lib. versus finem. tempora et annos observant Marius, Cassiodorus, et Marcellinus in chronicis.

203, 20. *οἱ τῆς ἀνατολῆς ἐπίσκοποι*] Euagrius lib. 3 capp. 18 19 et 20.

204, 6. *Πέτρος ὁ γναφεὺς τὸ β' ἔτη γ'*] annorum trium summam huic omnes codd. attribuunt, cuius anni sigillatim enumerati ad quattuor ascendere comperiuntur. vide pag. seq. Barb. codex qui tres recenset, secundum repetere non veretur.

Ibid. *ἔκδικον ἔπεμψεν*] libellum Felicis ad Acacium habet Baronius ad annum C. 483 num. 46 et 47, quo defensoris istius nomen promit. "ad quam rem," inquit, "de collegio nostro fratres et coepiscopos nostros, cum quibus illum a latere nostro fidelissimum Felicem defensorem S. ecclesiae Romanae ordinatione direximus." *ἔκδικος* itaque defensor est, qui ecclesiae iura, statuta et privilegia sarta tecta conservat et defendit: unde defensor ecclesiae hic idem Felix scribitur a Liberato breviarii cap. 18.

Ibid. 9. *τῶν ἀπὸ Ῥώμης πεμφθέντων*] legatos iniurias huiusmodi Constantinopoli passos testatur liberatus in breviario. "itum est CP. et praedicti episcopi in custodiam sunt redacti, chartis sublatis, ne catholicis, quibus scriptum fuerat, redderentur. quos iterum post haec Acacius de custodia eiiciens secum fecit procedere, ut quasi confirmato Petri sacerdotio dimitterentur."

Ibid. 13. *Πέτρος ἔτη γ', γ'*] palladium eiusque annos decem annotat hic Peyrez. collatum Palatino, imo annum eius primum et decurrentes deinceps incipit numerare.

Ibid. 14. *Ἴλλος καὶ Λεόντος*] Iornandes de regn. ac temp. successione, Theodorus lector lib. 2.

Ibid. 19. *κοντούς*] habet Iornandes *hastilia.*

Ibid. *πέραν εἰς Συκαῖς*] ad boreale CP. latus portus est, ultra quem regio opposita Pera vocatur, quia *πέρα τοῦ λιμένος*, et inferius Galata a lactis copia inde in urbem deportata, cuius ab optimis ficubus ibidem nascentibus *Συκαί*, antiquum nomen. Iustinianam quoque dictam observat Stephanus de urbibus. plura Pancirollus de 14 regionibus urbis CP. ad notitiam imperii, et Gyllius in topographia CP.

205, 1. *ὁ δὲ Ζήνων τῇ βουλῇ Ἀκακίου*] historiam Acacii omnem nobis pene incognitam testatur Photius codice 42

Digitized by Google

a Basilio Cilice diligenter scriptam, quam periisse, vel adhuc inter pulverem et blattas latere dolendum.

205, 3. *ἀποκρισιαρίους*] mandata principum, et pontificum *responsa* quondam dicta: qui deferebant nuncii, *responsales*. illa Graecis *ἀποκρίσεις*· isti *ἀποκρισιάριοι*.

Ibid. 12. *τοῦ Δίου μονήν*] de quo Menaeum ad diem Iulii 19, monologium Sirleti ad diem eundem. "S. Dius sub Theodosio III CP. monasterium aedificavit multis pecuniis ab imperatore suppeditatis, quibus opus ipsum perfici posset."

Ibid. 13. *εἰς τὸ ἱερατεῖον ἐπέδωκαν*] Liberatus in breviario cap. 18. "datis Acacio huiusmodi litteris, eas non suscepit, patrocinio fultus imperatoris: ita ut cogerentur, qui eas detulerunt, per quendam monachum Achimitensem ipsam chartam damnationis, dum ingrederetur ad celebranda sacra, suspendere in eius pallio, et discedere. qui tamen usque ad mortem patrocinante imperatore remansit sacrificans. his provenientibus, et Acacio permanente in Petri communione, separavit se quidem sedes apostolica a CP." ultima haec Theophani adversantur. videndus Euagrius lib. 3 capp. 10 et 21.

206, 1. *Καλανδίων ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας*] in priores annos, quibus adhuc sedem occupabat Calandion, fuerant haec a Theophane revocanda: de quibus ad verbum Theodorus lector lib. 2 collect. petitas a Zenone Eustathii reliquias, et Philippis Macedoniae evectas scribit.

Ibid. 6. *Φραυίτας τριμήνου τῆς ἐπισκοπῆς*] quadrimestrem ponit eius episcopatum Euagrius lib. 3 cap. 23. de eo quoque Liberatus in breviario cap. 18.

Ibid. 21. *Πέτρος ὁ Μόγγος*] Petri Mongi mortem Euphemii primordiis solerter adiunctam ex Euagrii lib. 3. cap. 2 auctoritate colliges. Athanasio successori annos 6, dies 223, assignat Ecchellensis.

207, 2. *Ζήνων δὲ ὁ βασιλεύς*] annus superior quo tyranni extincti, quemque Calandion ultimum numeravit, commodius ista excepisset. historiam itaque non chronographiam auctor hic exhibet.

Ibid. 8. *Πέτρος δὲ ὁ Γναφεύς*] haec rursus propria sede remota, et palladii aetati incongrue adnexa: de quibus Euagrius lib. 3 cap. 16, Alexander monachus apud Surium 11 Iunii.

Ibid. 14. *Ξεναΐας δὲ ὁ δοῦλος*] recitantur haec per Anastasium diaconum in posteriori Nicaeno concilio ex Theodoro lectore, quo tempore eius historia integra habebatur.

Digitized by Google

208, 3. *Εὐθύμιος ὁ ὀρθοδοξότατος*] fidem eius illibatam, et ingens pectoris robur laudat Baronius ad annum C. 492 num. 9, licet a Gelasio pontifice communionis cum Acacio habitae reus ex Gelasii ad ipsummet epistola convincatur.

Ibid. *σιλεντιάριον*] inter scholas palatii custodiam nactas duas fuisse inermes superius diximus. erant istae agentium in rebus, et silentiariorum. hi praefecto cubiculi subditi, ad ea quae quietis erant, in palatio erant deputati, ait Procopius de bello Persico. Pancirollus in notitiam imperii capp. 62 et 63.

Ibid. 5. *ἐνοχλοῦντα ὁρῶν*] Suidas v. *φατρία. Ἀναστάσιος σιλεντιάριος ὁ μετέπειτα βασιλεύσας ἐπὶ Εὐφημίου πατριάρχου ΚΠ. καθέδραν κατασκευάσας μετά τινων ἐφατρίαζεν. ὁ δὲ Εὐφήμιος μετὰ ἀπειλῆς λέγει αὐτῷ· ἢ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ θαμίζοντα τὰ αὐτῆς φρονεῖν, ἢ μηδ' ὅλως ἐπιβαίνειν πρὸς τὸ διαστρέφειν τοὺς ἀπειροτέρους. εἰ δὲ παρὰ ταῦτα πράξειας, ἐκτεμὼν σου τὴν κόμην τοῖς δήμοις σε θριαμβεύσω. ἐκ τοτε δὲ ἡσυχίας ἦγεν· ἀντείχετο γὰρ τῆς Εὐτυχοῦς δόξης. Anastasius silentiarius qui postmodum imperavit, sub Euphemio* (ita scribunt nonnulli, quibus de variae lect.) *patriarcha, suggestu sibi parato, cum quibusdam conventum separatum agebat. Euphemius autem, minis etiam adiectis, eum alloquitur. aut ecclesiae, si eam frequentes, sensum suscipe: aut certe ab eius ingressu omnino abstine, ne rudiores in errorem agas. sin aliud feceris, abscissa coma, factionibus populi publice te traducendum committam. ab eo tempore quievit: opinionem quippe Eutychis defendebat.*

Ibid. 9. *Ζήνων δὲ ἠρώτησεν*] ex chronico Alexandr. haec ferme ad verbum desumpta in hunc eundem annum. qui tamen hic *Μαριανός*, ibi *Μαυριανὸς* scribitur.

Ibid. 13. *Πατρίκιον δὲ γενόμενον*] ex eodem chronico, quae hic desunt supplentur. *καὶ ταῦτα ἀκούσας ὁ βασιλεὺς Ζήνων συνέσχεν τὸν πατρίκιον Πελάγιον τὸν ἀπὸ σιλεντιαρίων πληρώσαντα, καὶ ἐλθόντα εἰς τὴν τοῦ πατρικίου ἀξίαν, ἄνδρα σοφόν.* inferius mortis genus exprimitur: *ὃν ἔπνιξαν ἀγχόνῃ.* inferius iterum, qui hic *ὕπαρχος*, ibi *ἔπαρχος τῶν πραιτωρίων* dicitur.

Ibid. 19. *ὁ δὲ ἔπαρχος μαθὼν τοῦτο*] subdit chronicon. *καὶ ὅτι μετεστάλη ὑπὸ τοῦ βασιλέως· ὡς παρήργει διὰ τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἐποίησεν ἑαυτὸν βουλόμενον εὔξεσθαι, καὶ κατελθὼν ἐκ τοῦ ὀχήματος, εἰσῆλθεν εἰς τὴν μεγάλην ἐκκλησίαν ΚΠ. καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἔσω, καὶ ἐρρύσθη πικροῦ θανάτου.*

Digitized by Google

209, 8. *προεβλήθη ἐπίσκοπος Παλλάδιος*] ad annum superiorem pertinent ista. Euagrius lib. 3 cap. 23. vide praecedentis anni canonium.

210, 2. *παῖδα μὲν μὴ καταλιπών*] perperam Zenonis filium eiusque pravos mores recenset Suidas v. Zenon: ubi et de eiusdem morte. confirmat Euagrius auctoris dicta lib. 3 cap. 29.

Ibid. 11. *ἀπῃτήθη ἔγγραφον ὁμολογίαν*] Anastasius secundus imperator a patriarcha redimitus, primus professionem fidei exigitur: de quo Euagrius lib. 3 cap. 32, et Theodorus lector lib. 2. vox *ἠπαιτήθη* vice *ἀπῃτήθη* in textu interpolato corruptae Graecorum loquelae argumentum: iuxta quam haud verbo, sed praepositioni (si compositum fuerit) praefigunt augmentum.

Ibid. 17. *καὶ οὕτω στεφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ Ἀρεάδνην ἄγεται*] *simul imperator, et maritus innotuit;* ait Iornandes de regn. et temp. successione.

211, 4. *ἀπὸ Ἀδάμ*] comparandus istis Euagrius lib. 3 cap. 39 et quae scripta superius ad operis titulum, et pag. 1.

Ibid. 10. *Πεξαμασφός*] de regis istius Persarum nomine variae lectiones consulendae.

Ibid. 12. *τοῦ Δυρραχιτιάνου*] Euagrius lib. 3 cap. 29. *οὗτος ὁ Ἀναστάσιος πατρίδα τὴν Ἐπίδαμνον ἔχων, Δυρράχιον νῦν προσηγόρευται. hic Anastasius patriam habuit Epidamnum, Dyrrhachium nunc vocatam.*

Ibid. 13. *τοῦ Δικόρου*] Zonaras in Anastasio. *Δίκορος δὲ ἐκαλεῖτο ὁ Ἀναστάσιος, ὅτι ἀνομίας ἀλλήλαις εἶχε τὰς κόρας τῶν ὀφθαλμῶν. τῇ μὲν γὰρ ἦν τὸ χρῶμα μελάντερον· ἡ δὲ λαιὰ πρὸς τὸ γλαυκότερον ἐχρωμάτιστο. Dicori porro nomen ex eo habuit, quod pupillis oculorum fuit dissimilibus: altera nigriore, altera ad glaucum declinante.*

Ibid. 19. *Πέτρον δὲ τοῦ Γναφέως*] mortuum anno superiore praedicavit.

212, 3. *Εὐφήμιος δὲ ὁ ΚΠ.*] Euagrius lib. 3 cap 30.

Ibid. 8. *πεποιηκὼς αὐτῷ οἰκονομίαν*] *ποιεῖν οἰκονομίαν*, quasi *ἐπιμέλειαν ἔχειν* interpretatus sum. *Alexandriae fecerat illum oeconomum,* reddidit Anastasius. quae mollior, et aptior versio, lector iudicabit. Nicephorus lib. 16 cap. 26. *τὸ οἰκονομίαν* exponit *θεραπείαν*.

Ibid. 15. *τοὺς ἐν ΚΠ. Ἰσαύρους*] Isauri gens agrestis ad Taurum montem latrociniis assueta. eam Zeno impera-

Digitized by Google

tor, tum ob genus, tum ob auxilium ab ea acceptum, charum habuit inter provincias reliquas, et plurima voluit auctoritate CP. pollere. Candidus Photianus cod. 79, Sozomenus de Isauris lib. 8 cap. 25. bellum in eos motum hoc anno scribit Marcellinus comes: de quo Theodorus lector lib. 2, et Iornandes de regn. ac temp. succes.

213, 5. *Νιλίγγις*] Lilingem pronunciat citatus Iornandes.

214, 8. *Κυρτός*] *Gibbum* nonnulli reddunt.

Ibid. 14. *Ζαμάσφης ὁ υἱός*] Zambases dicitur Agathiae lib. 4, Blases Procopio de bello Persico: uterque legendus. *Πεξαμασφός*, scriptum reperies pag superiore 117, et dictionem inter varias lectiones emendatam.

215, 3. *ἐν τῷ χρονίζειν τὸν πόλεμον*] quinquennium testatur Theodorus lector, pene sexennium Iornandes, sexennium Marcellinus. auctor quarto anno finitum videtur asserere.

Ibid. 15. *τῇ λεγομένῃ σείρᾳ*] lego *σειρομάστην* apud plures auctores, de quo non ieiune in Codinum. *σεῖραν* hic neque *restem*, neque *catenam* interpretabor, sed *gladii* genus *σειρομάστην*, quem Hesichius *λόγχην, δόρυ, ῥομφαίαν* exponit.

216, 1. *Μαρτύριος ἔτη δ'*] alia exemplaria legunt *ἔτη η'*. eidem *ἔτη η'* tribuit praemissum canonium pag. superiore: unde tamen bis annus primus repetatur, nec annorum octo spatium obtineat in omnibus codicibus ignoro.

Ibid. 12. *Εὐφημίῳ δὲ τῷ ἐπισκόπῳ*] Marcellinus ad annum Anastasii quintum. *Euphemius episcopus CP. falso ab Anastasio principe accusatus, atque damnatus, in exilium ductus est.* Theodorus lector in reliquis consulendus.

217, 15. *Ἰωάννης ἔτη θ'*] Ecchellensis numerat annos 8, dies 224.

Ibid. 19. *ἐπιδρομῆς τῶν λεγομένων Σκηνητῶν*] *Σκηνήτας* vocavit superius Saracenos. eorum motum breviter perstringit Euagrius lib. 3 cap. 36. *Arabes*, scribit Ecchellensis histor. Arab. pag. 150, "in cives, sive civitatum incolas discriminantur, et in eos qui per deserta perpetuo vagantur loca nullis certis sedibus, sed sua tentoria ibi figunt, ubi res et necessitas postulant, pabula suis quaeritantes armentis et gregibus, quos Strabo Scenitas appellat."

218, 4. *φυλάρχου*] *τῆς χώρας δυνάστην*, *regionis principem τὸν φυλάρχην* exponit Suidas. *ὅτι τὰ χωρία αὐτῶν φυ-*

Digitized by Google

λαὶ ὀνομάζονται· quod eorum vici et oppida tribus nominentur.

218, 6. *Ἄγαρον*] hunc sub Acbari nomine mihi Suidas innuit, et Osrhoenae regionis principem facit v. *φυλάρχης*. Agarum alium isto longe priorem celebrat nuper citatus Ecchellensis, a quo Agaritarum cognatio *φυλὴ* Theophani nostro dicta, de quo pag. 156, Arabes porro in *indigenas* et *advenas* discriminatos, illos antiquissimos Noe patriarchae nepotes, Iectan nimirum et Heber filios, qui primi Arabiam occupavere: istos autem, qui generis auctorem agnoscunt Ismaelem Abrahae filium, vocaverunt. utrique ut posteros habuere nobiliores, qui stirpium variarum et familiarum se constituere capita, ita se *tribuum suarum principes* declaravere: Genes. cap. 25. tribus illas diversas, velut acies sub tot ducibus accurate perstringit laudatus Ecchellensis typis regiis anno 1651 editus a pag. 141 ad 161. circa Scenitas et vagos Arabes hoc unum, quod huc confert, ex eodem observo. "adversus vagantes" et effraenes "Arabes in silicibus, marmoribusque Romana lingua et characteribus insculpta hactenus videri Romanorum imperatorum edicta, quibus sub variis poenis inhibetur, ne vagam illam, errantem incertamque agant imposterum vitam." variae lectiones hic non leviter praetereundae.

219, 1. *τοὺς ἐνδημοῦντας ἐπισκόπους συνελθεῖν*] antiqua consuetudo in utraque ecclesia quondam observata, ut ex *ἐνδημούντων*, casu in urbem, sive Romam, sive CP. adventantium collegio synodus haberetur, etiam hodie apud Graecos retenta.

Ibid. 4. *Δίου μονήν, καὶ Βασσιανοῦ καὶ Ματρώνης*] de Dii tempore et monasterio ad pag. 114. de Bassiani aedibus menologium Sirleti: de Bassiano et aedium eius nominis fundatore Menaeum ad Octobris diem 10. *ἐπὶ τῆς βασιλείας Μαρκιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου ἦλθεν ἐν ΚΠ. καὶ τοσοῦτον διέλαμψεν ἀρεταῖς καὶ θαύμασιν, ὡς καὶ ναὸν κτίσαι ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ τὸν βασιλέα. sub Marciani piissimi imperio CP. venit, tantumque virtutibus et miraculis claruit, ut eius nomine templum imperator extrueret.* discipulorum numero Matronam aggregatam memorat idem Menaeum *ἐπληθύνθη δὲ ὁ ἀριθμὸς τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ὡς εἰς τριακοσίους· ἐξ ὧν ἦν καὶ ἡ ἁγία Ματρῶνα. discipulorum eius numerus ad* 300 *crevit: ex quibus S. Matrona extitit.*

Ibid. 14. *Θευδέριχος δὲ ὁ Ἄφρος*] ex Theodori lectoris lib. 2.

Digitized by Google

•219, 18. *Παλλαδίου δὲ τοῦ ἐπισκόπου*] Euagrius lib. 3 cap. 23.

220, 2. *Ὀλύμπιος δέ τις Ἀρειανός*] prodigium lectu dignum a Damasceno orat. 3 de imaginibus scriptum.

Ibid. 4. *ἐν τῇ νεροφόρῳ*] *δεξαμενὴν* habet Damascenus citatus, quae est *balnei lavacrum*, ceu vas quodcumque aquis recipiendis idoneum. aquam porro Graecorum vulgus *νερὸν* hodie vocat: olim quoque sic dictam puto, quod aquarum Nymphae *Νηρεΐδες* quasi *Aquatiles* audirent.

Ibid. 5. *πρῶτος τῶν Διαιταρίτων*] Helenianorum palatii ad quod balneum curator, et balnei praefectus 2 Damasceni interprete redditur.

Ibid. 13. *ἐπιτελεῖσθαι ᾐτήσατο*] Theodorus lector, ex quo ista, subiungit: *ἐπιτελουμένης δὲ καὶ πρότερον, πλὴν ἐξ αἰτήσεως Φήστου πολλῷ πλέον ηὐξύνθη τῆς τοιαύτης τὸ φαιδρὸν πανηγύρεως. quamvis antea festum apostolorum celebraretur, tamen studio Festi, multo amplius et splendidius panegyris illa celebrari coëpit.*

Ibid. 17. *Φῆστος ἀπερχόμενος*] ipsis pene verbis cum Theodoro consentit Theophanes.

221, 12. *ἀνέστειλεν τὸ χρυσάργυρον*] tributum auro promiscue et argento pendi solitum, fuit *χρυσάργυρον.* aurum enim solum nonnunquam, quandoque solum argentum imperatur. *χρυσάργυρον* capitibus singulis hominum, iumentorum, pecorum, neque canum etiam exceptis, erat impositum: imo ab exoletis, data criminum foedissimorum licentia capiebatur. de eius execranda impositione Zonaras, et Cedrenus abunde: auctorem Constantinum fingit Zozimus: ab illata iniuria Christianissimum principem vindicat Euagrius totis duobus capitibus lib. 3 40, nimirum et 41 relata prius 39, Anastasii iussu eiusdem abrogatione: de quibus Baronius anno C. 330 a num. 33 ad 48, et an. 491 num. 11 et 12.

Ibid. 13. *τὰ κυνήγια ἔπαυσεν*] Theodorus citatus. *τὰ κυνήγια ἔπαυσεν.* truculentas et horrendas circi vaenationes, quibus bestiarii cum feris certissimo vitae periculo pugnas inibant, Anastasium compescuisse intellige. vaenandi enim exercitium, ut fit per silvas, laude dignum abolevisse, in Anastasii principis laudem nemo cordatus morum censor verteret. *κυνήγιον* porro, unde cum bestiis pugnam affirmem, auctoritates istae suggerunt. Suidae v. *κυνήγιον. ἐν τῷ κυνηγείῳ,* scribit, *ἐρρηπτοῦντο οἱ βιαιοθάνατοι. in amphitheatro violenta morte occisorum proiiciebantur corpora*: ut nimirum qui sibi manus consciscerent *βιαιοθάνατοι,* gladiatoribus et

bestiariis mortem in se concitantibus, post ademptum vitae lumen, sociarentur. infra: *θαύμαζε, ὅτι ὁ κτίσας τὸ κυνήγειον ἐστί.* *adverte ipsum amphitheatri conditorem esse.* certe vaenatus locus, haud in silvis extruitur, nec statuis et columnis, de quibus ibi mentio, exornatur, nisi in circo, vel spectaculorum spatio deputato. Theophanis supra ad an. 5870. *Δωρόθεος ὁ ἐν ἁγίοις ἐπὶ τοῦ δυσσεβοῦς Οὐάλεντος ἐμαρτύρησεν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ θηρίοις παραδοθείς, ἐν τῷ κυνηγείῳ ὑπὸ Ἀρειανῶν. sanctus Dorotheus sub impii Valentis imperio martyrium Alexandriae tulit, ab Arianis in amphitheatro feris obiectus.* eiusdem ad annum 5935. *Χαρμόσυνος ὁ Αὐγουστάλιος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐκροταφίσθη ἐν κυνηγίῳ. Charmosynus praefectus Augustalis in amphitheatro in tempore percussus est.* Suidae iterum v. *κυνηγός*, et v. *ἄρατος. τινὲς μὲν γὰρ ἐν ταῖς κυνηγεσίαις εἰσὶ τολμηροὶ πρὸς τὰς τῶν θηρίων συγκατασπάσεις· οἱ δ' αὐτοὶ πρὸς ὅπλα καὶ πολεμίους ἀγεννεῖς. quidam ad discerpendas in bestiariis vaenationibus feras audaces existunt, qui sub armis adversariis obiecti imbelles apparuerunt.* mirumne foret in insequendis per saltus leporibus et cervis cuiuspiam animum laudari? adeone cruentum et inhumanum solitae vaenationis studium, ut ab imperatore Chrysargyrum extinguente, mereretur extingui? vetandas itaque censuit Anastasius feras, et immanes cum feris circi pugnas, quas Romae adhuc exercitas eodem tempore coaetaneus Theodorichus deflet his verbis, epist. 42 variarum Cassiodori lib. 5. "heu mundi error dolendus! si esset ullus aequitatis intuitus, tantae divitiae pro vita mortalium deberent dari, quantae in mortes hominum videntur effundi."

221, 13. *ἀρχιωνίους*] clarius Theodorus lector. *ἀρχὰς ὠνίους.* in proposito non stetisse Theodoro et Theophani contrarius Suidas testatur v. *Ἀναστάσιος.* idem variae lectiones exprimunt.

Ibid. 19. *τοῖς τόποις*] lacunam replent alia mss. *καὶ ὀξύτερον εἴπερ ἐπέδραμεν.* hanc barbarorum incursionem, ut aliam annis tribus priorem perstringit Euagrius lib 3. cap. 36. alias lectiones inter varias suspicies.

222, 3. *οἱ καλούμενοι Βουλγάρεις*] a *Volga* Scythico fluvio, ex quo et patrio solo irruptiones in imperium Romanum fecere. Augerius Busbequius in itinerario, Ortelius Volaterranus. alia lectio *Βούλγαροι.*

Ibid. 6. *σπένδεται πρὸς Ἀρέθαν*] Saracenorum principes Aretae nomine, velut Aegyptiorum Ptolemaei, insignitos testatur Scaliger de emend. temp. lib. 2, de Ammonitis Ara-

Digitized by Google

bibus aliter sentit Abraham Ecchellensis pag. 155, qua cum Thalabam memoret, principem Aretham ex eius tribu ortum facile putaverim; adeoque non a matre sed a tribu dictum Thalabanem, qui Badicharimi filius, Agari pater, Thalabitarum fuerit contribulis.

222, 9. *ἐν Νεοκαισαρείᾳ*] haec pene verbo tenus Theodorus lector ad lib. 2 collect. finem.

Ibid. 15. *Καβάδης ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς*] Amidam, capta Theodosiopoli, a Cabade obsessam et captam, ex Euagrii lib. 3 cap. 38 scribunt chronoligi. annum ex Eustathio notavit Euagrius Anastasii duodecimum, qui Theophanis a Septembri numerantis decimo tertio coincidere potest. reliqua Marcellinus comes Anastasii eiusdem anno duodecimo, Procopius de bello Persico lib. 1, nonnihil attingit Theodorus lector lib. 2.

224, 7. *στέλλεται πρὸ τοῦ βασιλέως*] Procopium et Marcellinum sequitur auctor Theophanes: hunc quoad annorum rationem, alterum quoad historiae fidem lib. 1 de bello Persico.

Ibid. 8. *Βεσσῶν*] Bessi ad Haemum montem, et Danubium populi. Ortelius.

227, 4. *ἱππικοῦ γενομένου*] circensis hic motus idem videri posset, qui in chronico Alexandr. ad Anastasii annum 7 legitur, in quo Anastasius ipse lapide percussus. videat lector, et sententiam proferat.

Ibid. 9. *Κέλλωρα τὸν μάγιστρον*] rem aliter gestam narrat Procopius citatus.

229, 14. *ἐκέλευσεν Ἀναστάσιος*] ex Gyllii scriptis lib. 3 de topographia CP. cap. 6 plurimam lucem praesentia mutuantur.

Ibid. 19. *Ἰωάννης ὁ Νικαιώτης*] *clausum* vocat Ecchellensis, et pontificatus annos 21, dies 23 tribuit.

230, 1. *Ἀναστάσιος ἀνεθείς*] eadem Theodorus lector lib. 2. *τοῦ δὲ βασιλέως πρὸς Πέρσας σπονδὰς ποιήσαντος.* et infra: *Ἀναστάσιος δὲ εἰς τὰ πολεμικὰ ἀσχολούμενος τῆς κατὰ τῶν ὀρθοδόξων ἐπαύσατο βίας· ἡνίκα δὲ μικρὰν ἐκ τῶν πολεμίων ἄνεσιν ἔλαβεν, πάλιν κατὰ τῆς ἐκκλησίας, καὶ τοῦ Μακεδονίου ὡπλίζετο·* sed absque temporis nota: quae nihilo secius ex Persici belli annis superioribus adscripti termino facile colligitur. Eleusum porro in Cappadocia secunda urbis episcopum memorat Euagrius lib. 3 cap. 31.

Ibid. 10. *τὸν ἔπαρχον ἐν ταῖς συνάξεσι*] clarior Theo-

Digitized by Google

phane Theodori lectoris dictio. *διὰ τὰς γινομένας ὑπὸ τοῦ λαοῦ στάσεις ἐν τῇ πόλει κατὰ τοῦ βασιλέως, ἐπενόησε τὸν ἔπαρχον τῆς πόλεως ἀκολουθεῖν ταῖς λιταῖς. ἐφοβεῖτο γὰρ τὸν ὑπὸ τῆς τετάρτης συνόδου ζῆλον τῶν τὰς ἐπελάσεις ποιούντων. ὅπερ λοιπὸς ἐξ ἐκείνου ἔθος ἐγένετο.*

230, 17. *Ἀχόλιον δέ τινα*] *Εὐχώλιον* scribit Theodorus lector. *Ἀσχόλιον* Peyrez. ms.

231, 11. *κομβώνεις*] linguae recentioris corruptio, qua coniugationis tertiae contractorum verba haud amplius in *όω*, sed *ώνω* terminantur. sic *ἐλευθερώνω*, *λυτρώνω*, *χρυσώνω*, vice *ἐλευθερόω*, *λυτρόω*, *χρυσόω* proferunt. futurum deinde in *ώσω* formant: quare ubi Theophanes habet *ἐμὲ οὐ κομβώνεις*, prius scripserat: *ἐκόμβωσεν πολλούς*. at quomodo? Vat. 1 lectio. *ἐπάρων πολλὰ χρήματα, καὶ λαθὼν ἔφυγεν, καὶ εἰσελθὼν ἐν ΚΠ. ἐκόμβωσεν κἀκεῖ πολλούς.*

Ibid. 14. *Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς ἐτείχισε*] haec eadem chronicon Alexandrinum anno Anastasii 7 erranter. bellum enim Persicum, quo posterior Anastasiopolis condita, duodecimo tantum confectum est, ex Euagrii nuper citati testimonio. de huius urbis conditu Theodorus lector, et Euagrius lib. 3 cap. 37, qui etiam addit. *λέγεται δὲ πρός τινων Δάρας, διότη Δαρεῖον αὐτόθι κατηγωνίσατο παντάπασιν Ἀλέξανδρος. nonnulli locum illum Daras appellarunt, quod Darium ibidem Alexander devicerit.* chronic. Alex. *διότη Δαρεῖον δόρατι ἔκρουσεν· quod Darium ibidem δόρατι hasta percusserit.*

Ibid. 18. *ἐμβόλους*] Euagrius *βασιλικὰς στοὰς regias porticus.*

232, 3. *Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς Φλαβιανόν*] discriminis haud exigui Theophanem inter et Euagrium Flaviani Antiochensis episcopi fides subiectum et materia: hoc eam integram perseverasse, illo corruptam penitus et extinctam asserente. monachorum gregem haud contemnendum suis litteris ab haeresi Flavianum vindicantium adducit Euagrius lib. 3 cap. 31, Xenaiae inimicitias, et ex simultatibus calumnias, confictam ab adversariis haereseos notam, ut a fide discederet vim illatam, persecutiones, minas, seditiones, mortem ipsam intentatam, et inflictum exilium narrat cap. 32. quis tantae constantiae vir a sanctitatis et innocentiae iudicibus, quales Baronius, Petavius, et alii, in sanctorum album recenseri non mereretur? in adversum rapere me molitur Theophanes, et Flavianum imbellem, timoris mancipium, favoris aucupem, a probis reiectum, ipsis haereticis ob animum nutantem et incertum, exosum, ac propriis tandem technis

Digitized by Google

mulctatum repraesentat hoc, et tribus qui sequuntur annis. utri fides adhibenda Euagrio Flaviani temporibus viciniori, an posteriori Theophani? auctoribus suis innititur Theophanes: testes iuratos, senes, cum quibus de Flaviano disseruit, exceptione maiores adducit Euagrius. haereticus an orthodoxus; sanctus an impius Flavianus? decidant alii. sanctum praedicabo, quem sanctus Theophanes ut impium damnat? haereticum asseram, quem veritatis et fidei assertorem fidelis historicus Euagrius celebrat? utrumque abhorret animus. ut ut se res habeat, Flavianum suo iam tempore haereseos insimulatum mihi suggerit Euagrius: tum ubi cap. 31 Nestorianum errorem impingit Xenaïas. ut quid enim Nestorii pravitatis admissae reum accusaret, quem solo fidei orthodoxae nomine poterat damnare? sola fidei integritas crimen erat in Flaviano: non ex Nestorii reatu, crimen fuerat in Flavianum refundendum, quem sola fidei puritas reum agebat. Nestorianum itaque inclamabat Xenaïas, quia quem Eutychianae suae haereseos conscium et adversarium noverat, orthodoxum probare nequibat: tum etiam cum cap. 32 seniores, quos memorat, in Flaviani defensionem adducit Euagrius, quos certe tanto studio, quasi iuratos testes non proferret, nisi Flaviani nomen in iudicium trahi eius causae tutius agendae providús non persensisset. ab omni tamen haereseos suspicione liberasse, et orthodoxam eius fidem apud omnes testatam voluisse videtur Liberatus breviarii cap. 18 et 19.

233, 2. *Ἠλίᾳ τῷ ἐπισκόπῳ*] Eliae partibus sustinendis, eidemque in inculpatae fidei iure protegendo, in Euagrii vel calumniam vel errorem totis viribus insudat Baronius ad annum d. 512 a num. 8 ad 18. incassum omnino: ex corruptis quippe Theodori lectoris verbis calumnia omnis exurgit: ex integro textu summa tenetur eius laus, et innocentia comprobatur. Theodoriani textus ex eo patet corruptela, quod Theophanes Theodorum exscribens, Theodoro contraria scribat. vitiatus itaque Theodorus aut Theophanes: at non hic cuius scripta Eliam memorantia nullius erroris arguuntur. quid igitur superest, quam vitiatum Theodorum, et ficto eius vitio delusum Baronium admittamus? hoc autem pacto in Christophorsonea Eusebii, cui Theodorus adiungitur, editione Theodorus emendatur pag. mihi 187 tom. 2. *Ἠλίᾳ τῷ ἐπισκόπῳ τῶν Ἱεροσολύμων προσέταξεν ὁ βασιλεὺς σύνοδον ἀθροῖσαι τῶν ὑπ' αὐτόν, καὶ κατὰ τῆς συνόδου ψηφίσασθαι. Ἠλίας δὲ σύνοδον μὲν οὐ συνήθροισεν, αὐτὸς δὲ μόνος ἀναθεματίσας Νεστόριον, καὶ Εὐτυχῆ, καὶ Διόδωρον, καὶ Θεόδωρον, τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀπεδέ-*

ξατο. *Eliae Hierosolymorum episcopo mandavit imperator, ut synodum episcoporum, quos sub se habebat, colligeret, et quartam synodum condemnaret. Elias vero synodum quidem non congregavit: ipse vero solus Nestorium, Eutychem, Diodorum, et Theodorum damnavit, et Chalcedonensem synodum recepit.* quidquid alias legeris, vim historiae et eius verbis infert.

233, 6. *σύνοδον ἀποδεχόμενος*] lege hic, sodes, pag. succedentis notam postremam.

Ibid. 8. *Νικαιώτου*] *Machiotam* corrupte legit Baronius ad annum d. 506 num. 16, et 516 num. 40 ex corrupto Liberati codice.

Ibid. 13. *ἐν τῷ Ἀντικανθάρῳ*] Cantharum balneum supra laudavit auctor.

Ibid. 15. *μοναχοί τινες αἱρετικοί*] qui fuerint illi monachi, unde progressi, cuius gratia CP. se contulerint, refert Euagrius lib. 3 cap. 33.

234, 5. *καὶ Ἰωάννην δέξασθαι μὴ δεχόμενον*] his attestatur Liberatus cap. 18 ante finem.

Ibid. 8. *Δευτέριος δὲ ὁ ἐπίσκοπος*] pene verbatim iacent haec apud Theodorum lectorem.

Ibid. 11. *βαπτίζεται βάρβαρος*] vide Graecos ab antiquo passiva recipiendi, non activa ministrandi sacramenta forma et lege usos: de qua nos in euchologicis. *βάρβας*, et *βάρβαν* in Vat. 1, ubique hic scribi, velut proprium nomen, observa. idem apud Theodorum lectorum obviam venit.

Ibid. 14. *ὁ δὲ βασιλεὺς Μακεδόνιον*] haec apud Theodorum superioribus praemissa.

Ibid. 16. *καθάπερ καὶ Ἠλίας Ἱεροσολύμων*] oppositus sibi ipsi Theophanes de Elia narrationem instituens: hic imperatoris auxiliarius Macedonium urget, ut synodum Chalced. anathemate feriat, qui linea paginae praesentis prima *σύνοδον ἀποδεχόμενος* asseritur. si cum Palatino codice τὸ *ἀποδεχόμενος* sustuleris; Elias cum reliquis periodi superius positae synodum Chalced. anathematizat, adeoque Macedonium orthodoxum cum Anastasio potest hic persequi. lege hic ex opposito *Ἠλίαν* (Eliam enim accusandi casu Anastasii editionis Regiae legunt marginales lectiones) qui hic, ceu orthodoxus ab Anastasio vim patitur, idem loco superiore orthodoxus item synodum Chalcedon. admittit. utrum porro τὸ *ἀποδεχόμενος* cum Palat. expungam, vel cum Anastasii ci-

Digitized by Google

tato exemplari legam Eliam, et Ἠλίαν reponam: dubius haereo.

235, 20. *σύνοδον κροτηθῆναι*] Cyrillus auctor vitae S. Sabae apud Surium die 5 Decembris ex his nonnulla refert: fuit autem Cyrillus ille Sabae suppar, ac pene coactaneus Anastasii imp. et episcoporum, quorum hic gesta recensentur. de synodi istius anno auctori Marcellinus non consentit.

236, 14. *Ἠλίας δὲ ὁ Ἱεροσολύμων*] istis adversatur praefatus Cyrillus, cuius testimonium approbat Baronius ad annum 512 num. 16, Petavius lib. 13 de doct. temp. et alii, sincerum orthodoxae fidei defensorem Eliam istum asserentes: de Flaviano superius actum. utrumque certe sequentia vindicant: ut quid enim in iudicium velut rei traherentur, qui iam in accusatorum partes, si vera foret historia, transiissent. Elias ipse defensionem suam instituit apud Euagrium lib. 3 cap. 31.

Ibid. 19. *Ἀναστάσιος δὲ ὀργισθείς*] in contrariam mentem factum hoc vertit Euagrius cap. 32.

237, 7. *καὶ κατὰ Μακεδονίου ὁ βασιλεύς*] Theod. lect. excerpt.

238, 9. *Ἠλίας ἔτος ἕν*] cuius tamen varia in episcopatu gesta superiores anni demonstrant Salustii in canoniis descripti tempore.

Ibid. 10. *Μακεδόνιον ἠπάτησεν*] quod *μετὰ ὑποκρίσεως ἔδοξεν ἑνοῦσθαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῷ ἐπισκόπῳ*, *per hypocrisim ecclesiae et episcopo consentire videretur*, ait Theodorus: exin *πρὸς δολιότητος γέμοντα* conversus, in fraudem episcopum abduxit.

Ibid. 11. *Κέλλωρος*] Euagrius *Κέλερος*.

Ibid. *μαγίστρου*] *ἡγεμόνος τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τάξεων*· *officiorum aulae magistri*. Euagrius idem lib. 3. c. 32.

Ibid. 15. *ᾧ τινι καὶ χειροτονούμενος ὑπέγραφεν*] quod ex Theodoro lectore auctor observavit ad Anastasii annum quintum.

Ibid. 16. *τὴν Δαλμάτου μονήν*] orig. CP. *ἡ μονὴ τὰ Δαλματίου ἐκτίσθη παρὰ Δαλματίου πατρικίου ἀνεψιοῦ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου.* *monasterium cui ex Dalmatio factum nomen a Dalmatio patricio magni Constantini nepote conditum fuit.*

239, 6. *καὶ παρεσκεύασεν ὁ βασιλεύς*] ut Macedonius

Digitized by Google

calumniam effugit, narrat Euagrius libro 3 capite 32, qui Theodori Synopsi quoad reliqua conferendus.

240, 5. *τὸν ἐπίκλην Λιτροβούλην καὶ Κήλωνα*] ob congruos nominibus istis actus vocatum ex Theodoro scribit Theophanes, quos *αἰσχρουργίας impuros et scelestos* exprimit Nicephorus lib. 16 cap. 26. praemissa vocabula varii varie legunt. Theophanes et Cedrenus ubique *Λιτροβούλην* retinent, Nicephorus *Λιτροβούνην* reddit, Anastasius Lytrobulem quasi *Λυτροβούλην* legerit, Theodorus lector *Λιτροβούλβην*· idemque non *Κήλωνα*, sed *Κόλωνα* scribendum putat; Nicephoro, Cedreno, Anastasio, Theophane primam lectionem probantibus. quamvis autem *Κόλων*, et *ἐξεκολωμένος* recentioribus Graecis appelletur Cynaedus: tamen cum *Κήλωνα*, *θερμὸν εἰς συνουσίαν potentem ac fervidum in Venerem* significet apud Suidam, eius lectio a pluribus probata magis arridet, et alterius vocabuli iuvat expositionem. ex variis porro eius lectionibus placet quae *Λιτροβούλβην* refert, ceu quae *τῷ Κήλωνι* se accommodet, et prae aliis sensum facillimum offerat. *βουλβός*, Latinis *bulbus*, ait Matthiolus in Dioscoridis lib. 2 cap. 166, veteribus fuit in frequentissimo ciborum usu, his praesertim admixtus, quae Veneris conciliandae gratia parabantur, utpote qui Venerem stimulet. quod autem ad id expetiti et commendati fuerint bulbi, Martialis in xeniis, et Colum. lib. 10 docent. quod itaque *βολβοῦ λίτρας bulborum libras* excitandae Veneri comederet Timotheus, vel *λιτρὶς βουλβοῦ bulborum* frequentius comestorum *arca* foret ac *loculus*, *Λιτροβούλβου* nomen potuit promereri, ac subinde *Κήλων θερμὸς εἰς συνουσίαν* evadere.

Ibid. 7. *εἰκόνας κατέφερεν*] episcoporum imagines in templis appendere more receptum fuit apud antiquos, Baronius ad annum d. 511 num. 9. *insignia* quae Theodori interpres addit, nec in Theodori, nec in Theophanis textu adverto.

Ibid. 8. *Ἰωάννην δὲ τὸν Ἀλεξανδρείας*] huic ut Timotheo CP. Severum communicasse testatum reliquit Liberatus breviarii cap. 19.

Ibid. 11. *τὸν Μακεδόνιον ἀκρίτως ἐξώρισεν*] haec ab auctore annuam periodum a Septembri inchoante ad annum Anastasii primum et vicesimum fuse narrata, ad eiusdem vicesimum, quo consulatum Secundinus et Felix adhuc tenebant, Marcellinus comes brevibus dudum scripserat. "Macedonius Augustae urbis episcopus, licet olim Anastasii imperatoris dolis fallaciisque circumventus, pravorum testimoniis eidem accusatus, quoniam tomum sanctorum patrum apud

Digitized by Google

Chalcedonem sancta dudum subscriptione roboratum, eidem principi dare distulit, ab eodem Euchaita in exilium deputatus est. locum Macedonii Timotheus meridiano tempore ab Anastasio Caesare episcopus ordinatus invasit."

240, 12. *Κλαυδιουπόλεως τῆς Ὀνωριάδος*] de Paphlagoniae parte Ponto ascripta, et in Honorii filii Honoriados nomen a Theodosio adepta, cuius Claudiopolis prius Bithyniae urbs, facta metropolis, fuse Pancirollus in imp. not. cap. 128.

241, 2. *τὴν Εὐχαΐταν*]alibi *τὰ Εὐχάϊτα*. Bithyniae urbem, prius Helenopolim, ac quondam Drepanum, ex Ortelio.

Ibid. 3. *τότε καὶ Φλαβιανὸν ἐσπούδασεν*] sub id tempus, non eodem fortassis anno, quae videlicet in annum praesenti succedentem, et in huncce ex parte incurrentem Marcellinus refert. reliqua ab auctore hoc anno recensita cum Euagrii scriptis lib. 3 capp. 31 32 et 33 comparanda.

Ibid. 12. *Πέτραις*] Marcellinus. *in castellum, quod Petra dicitur:* de quo Procopius lib. 2 exeunte de bello Persico.

Ibid. 13. *σιδηρωμένους*] vulgari dialecto *σεσιδηρωμένους* vice.

Ibid. 17. *ἀπὸ σταυροφυλάκων*] sanctae crucis Hierosolymis asservatae custodes *σταυροφύλακες*.

Ibid. *Ἰωάννης ἔτη κγ΄*] ex codicibus cunctis, annos tamen sigillatim numeranti sextus decimus excidisse comperietur.

242, 3. *Βιταλιανὸν τὸν υἱὸν*] in annos sequentes haec a Marcellino dilata: de quibus Euagrius lib. 3. cap. 43. hoc anno, qui Anastasii vicesimus secundus, Vitalianum seditionem movisse Iornandes de regn. ac temp. succes. lib. confirmat, bellum illud civile per annos sex ante imperatoris obitum a Vitalino motum testatus.

Ibid. *κόμητος Φοιδεράτων*] Scythae Transistriani, Gotthi appellantur, teste Zozimo lib. 4. ascita Romanis horum auxilia Foederatorum obtinuere nomen, ex eodem. hinc Iornand. de rebus Get. "defuncto Atanarico, cunctus exercitus in servitio imperatoris perdurans, Romano se imperio subdens, cum milite velut unum corpus efficit, milliaque illa dudum sub Constantino principe Foederatorum renovata, et ipsi dicti sunt Foederati."

Ibid. 7. *ῥόγας*] ab *erogando* stipendia militum *ῥόγαι* dicta.

Digitized by Google

242, 17. *Τιμόθεος δὲ τὰ συνοδικὰ*] ex istis nonnulla Euagrius lib. 3 cap. 33. quae pag. haec exhibet absque comparatione, ad varias lect. vix intelligas.

243, 19. *τοῦ δὲ ἡγουμένου τῆς Δίου μονῆς*] Theodorus lector, ex quo narrationem istam desumpsit Theophanes, scribit *τοῦ ἡγουμένου τῆς μονῆς τοῦ στουδίτου τελευτήσαντος*. Baronius ad annum 511 num. 11 *studii* interpretatur, adeoque *τοῦ στουδίου* legit: ex quibus coniiceret quispiam *μονὴν τοῦ Δίου* eandem quae *τοῦ στουδίου*, cui tamen adversatur quod scribitur in pag. 114.

245, 8. *ἐξάρχῳ ὄντι τῶν μοναστηρίων*] quis monasteriis praepositus in ecclesia CP. exponit euchologium, et Codinus nostro labore illustratus.

Ibid. 10. *ὁ δὲ βασιλεὺς τινας*] eadem ab Euagrio lib. 3 cap. ult. diversimode narrata.

246, 5. *Ἀλαμουνδάρου δὲ τοῦ φυλάρχου*] legendam exhibet historiam hanc Theodorus lector lib. 2.

247, 2. *Βιταλιανὸς παραλαβὼν*] eadem Marcellinus comes anno Anastasii vicesimo tertio et quarto, ab Euagrio lib. 3 cap. 43, et Iornande de regn. et temp. success. memorata.

Ibid. 19. *Σεκουνδιανός*] qui pluribus superioribus locis *Σεκουνδῖνος* scribitur.

249, 2. *μιᾶς φόλεως*] alii *φόλλιν* scribunt, et masculam faciunt vocem. follis pretium pene incertum. vilissimum extitisse Anastasii aetate arguunt Theophanis verba, singulos milites singulis follibus *εἰς ὕβριν* aestimatos scribenti: mihi tamen non adeo leve ut obolo, vel aeri minutiori adaequandum iudicem. recentioribus Graecis *φόλλις*, vel ut pronuntiant *φόλλα*, decima septima pars est Asperi Turcici. Aspera Turcica, centum commutando Hispanico Regali, sive nummo argenteo, me apud eos peregrinante, numerabantur. Suidas *φόλλιν* exponit obolum. in nummum itaque mille et septingenti milites a Vitaliano fuissent censiti: quae certe non militum *ὕβρις*, sed ipsius Vitaliani censeretur stoliditas. follis Petavio ms cuiusdam Regii verbis edocto, nummus est ex duobus argenteis compositus, quos Miliarenses, ait, intelligimus: quorum singuli denarios, non veteres et Romanos, sed minores nummulos continent: de quibus ille vir eruditus ad integram animi satietatem, luculenta de folle Milliarensi ac nummorum minutiis Diatriba ad animadvers. in Epiphanium de mens. et pond. apposita.

Digitized by Google

249, 3. *Οὖννοι λεγόμενοι Σαβὴρ*] de quibus variae lectiones. Hunnos Vitaliani auxiliares testatur Iornandes de regn. et temp. succes. Saberos Unnos memorat Procopius lib. 5 de bello Persico ad calcem. varias eorum nationes Maeotim paludem incolentes numerat Agathias lib. 5, alios Nephthalitas Procopius lib. 1 ineunte. utrum a Sabergan Hunnorum duce Hunni Saberi? mihi dubium. Hunnorum incursionem refert Marcellinus anno Anastasii 24, qui a Septembri 25 est Theophani.

249, 12. *Μακεδονίου νεκροῦ κειμένου*] historia verbo tenus ex Theodoro lect. deprompta: cuius proinde lectio Theophanis textum corruptum emendat in hunc modum. *Μακεδονίου τελευτῶντος τοῦ ἐπισκόπου, φοβερόν τι συμβῆναι φασίν. νεκρὸν γὰρ ὄντα σφραγίσασθαι τῷ τάφῳ·* correctius meo iudicio Theophanes *τῷ σταυρῷ. cum esset mortuus, manu consignasse crucis signo:* potius populum, pro eo ac solenne episcopo.

Ibid. 18. *ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πλεῖστοι ἄνδρες*] talia passos haereticos affirmat Baronius ad an. 515 num. 50 et 51.

250, 3. *Ἀρεάδνη ἡ βασίλισσα ἐτελεύτησεν*] ad annum Anastasii 24 Areadnae mortem locat Marcellinus, a cuius mense Septembri vicesimum quintum Theophanes numerat.

Ibid. 16. *Θεόδωρος ἱστορικός*] eum puto, qui vulgo lectoris nomen accipit, de quo Suidas. *Θεόδωρος ἀπὸ ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ΚΠ. ἔγραψεν ἱστορίαν ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. Theodorus ex lectoribus magnae ecclesiae CP. scripsit ecclesiasticam historiam a Constantini temporibus, ad Iustiniani imperium.* sub Philippico imperatore vixisse, quae de ipso Theodoro, et Himerio Chartulario narrantur a Suida v. *κυνήγιον*, fidem faciunt. Allatii de Theodoris diatriba diutius expectata, dubium omne propediem exolvet.

Ibid. 19. *Διόσκορος ὁ μικρός*] nomen eius memorat Euagrius lib. 3 cap. 31 ad calcem. eius quoque occasione admissam Theodosii caedem, ac eiusdem in haeresim lapsum refert Liberatus breviarii cap. 18 exeunte. annos pontificatus 2, dies 146, obtinet apud Ecchellensem.

252, 2. *μεταξὺ δὲ Ἰνδῶν καὶ Περσῶν*] historiam hanc ipsis pene verbis a Theodoro lectore mutuatur Theophanes.

Ibid. 18. *Ἀναστάσιος ὁ βασιλεύς*] excerptum e chronico Alexandrino.

253, 1. *διὰ τὴν* [*κακοπιστίαν*] chronicon Alexandr. *δια*

Digitized by Google

τὴν ἀπληστίαν, propter inexplebilem avaritiam. legendum fortasse *ἀπιστίαν.*

253, 3. *τὸν πραιπόσιτον*] *καὶ κουβικουλάριον*, ait chronic. idem.

Ibid. 5. *χοῖρος μέγας*] Iustinum adumbrat, qui porcarius fuit. Zonaras.

Ibid. 7. *Πρόκλον τὸν ὀνειροκρίτην*] chronic. *Πρόκλον τὸν Ἀσιανόν, τὸν φιλόσοφον, καὶ ὀνειροκρίτην.* plura de eo Zonaras.

Ibid. 9. *τοῦ δὲ ἐπισκόπου ΚΠ. Τιμοθέου*] praesenti anno Timotheum CP. patriarcham obiisse ex Nicephori chronico confirmat Baronius ad an. 517 n. 61.

Ibid. 11. *Σύγκελλον*] quis Syncellus dictum superius: patriarchae nimirum Concellaneus, mensae, consiliorum, secretorumque conscius, et animae fidus moderator, qui et spiritualis pater. ex Syncello primus hic Ioannes in patriarchatu successor. *πάλαι γὰρ ὁ λεγόμενος Σύγκελλος τοῦ πατριάρχου θανόντος εἰς τὸν ἐκείνου τόπον ἀντικαθίστατο*, inquit Cedrenus. *dictus olim Syncellus, defuncto patriarcha, in eius locum substituebatur.* idem in Constantino Monomacho Seriphum Saracenorum eorum Caliphae comparat. hinc Ioannes Syncellus *θρόνου διάδοχος* a Michaele Theophili filio apud eundem Cedrenum declaratur. is tamen mos Syncellum in patriarchae locum evehendi, cuius primordia observamus, nonnisi circa octavum et nonum saeculum communem usum obtinuit. de Syncello prooemium nostrum in Georgii Syncelli chronica fusius.

Ibid. 13. *τὴν ἀποστολικὴν στολήν*] pallium episcopale, vel colobium, qui et saccus, patriarcharum proprium inter sacra celebranda ornamentum. certe pallium episcopale pallio philosophico, a Christianis olim assumpto, iisdemque ab apostolis olim commendato successisse scribit Baronius anno C. 336 num. 63. colobium autem ecclesiasticum indumentum, quod ex synodo 7 discimus a Iacobo domini fratre usurpatum, et a patriarchis CP. postmodum acceptum, *ἀποστολικῆς στολῆς* appellationem promeruit.

Ibid. 16. *ἰνδικτιῶνι ιαʹ*] Marcellinus, et chronicon Alexandrinum consentiunt.

Ibid. 17. *βασιλεύσας ἔτη κζʹ καὶ μῆνας ζʹ*] Theodorus lector menses solos tres assignat, Euagrius dies amplius tres. Basilius Cilix apud Photium cod. 42 cum Theodoro convenit. utrique diem unum vel alterum detrahit Mar-

Digitized by Google

cellinus comes. quattuor addit codex Pal. quattuordecim Peyrez.

253, 18. ἐβασίλευσεν Ἰουστῖνος] haec iisdem pene verbis Theodorus lector.

Ibid. 21. τινὲς δὲ φασίν] chronicon Alexandr.

254, 6. ζηλωτὴς ὀρθοδόξου πίστεως] Theodorus lector.

Ibid. 9. Βιταλιανὸς δὲ ὁ προρρηθείς] Marcellinus hoc eodem anno. Vitalianus Scytha Iustini principis pietate ad rempublicam revocatus, CP. ingressus est: septimoque receptionis die magister militiae ordinatus.

Ibid. 11. καὶ ὑπατεῦσαι] quod anno Iustini secundo contigit, Iornandes de regn. et temp. success.

Ibid. 12. καὶ κόμητα Πρεσέντου] magister militiae in Praesenti, sive Praesentalis dicebatur, qui Praesens imp. obsequio deputatus erat. de eius muneribus Pancirollus in not. imp.

Ibid. 13. ὥστε καὶ Σεύηρον προστάξαι] Euagrius lib. 4 cap. 4, et Liberatus in breviario cap. 19.

255, 2. συνετάξαντο τοῖς διπτύχοις] ut sancta patrum illorum haberetur memoria, et eorum sancita probarentur. hinc patrum omnium ad diversas synodos oecumenicas convenientium, pro synodis singulis festos etiam dies singulos agunt Graeci ad hodiernum usque diem: de quibus consulendum eorum Menaeum.

Ibid. 11. Ἀμάντιόν τε πραιπόσιτον] Iornandes de regn. et temp. success. Euagrius lib. 4 cap. 2, chronicon Alexandrinum, et Marcellini.

256, 5. ἐφάνη ἀστήρ] haec ut praecedentia pene verbatim ex chronico Alexandrino.

Ibid. 9. Βιταλιανὸς ἐδολοφονήθη] causam caedis aliam proferunt Euagrius et Iornandes citati. de eadem Marcellinus anno Iustini secundo.

Ibid. 16. ἐδημοκράτησεν τὸ Βένετον μέρος] quattuor Aurigantium in circo colores et factiones ad Prasinos et Venetos posteris temporibus reductos, qui de Circensibus ludis copiosius tractavere, edisserunt: quas non in ludicris modo, sed et in seriis et politicis rebus sibi infensissime adversatas, ex historiarum serie discimus: quae paucis exponit Balsamon in Trullanae synodi can. 24. τότε τῶν δήμων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις, καὶ ποιούντων ταύτας, ὅτε καὶ ὅπως ἠβούλοντο, ἐκ δαπανημάτων οἰκείων, ὡς καὶ ἐχόντων

Digitized by Google

οἴκους, καὶ ἵππους, καὶ ἱππῶνας, καὶ μέχρι καὶ νῦν περισωζομένους, καὶ προσόδους χάριν τῶν ἱπποδρομιῶν, καὶ τοῦ βασιλέως προσκαλουμένου, καὶ εἰς τοῦτο μὴ ἐξουσιάζοντος, πολλὰ στασιώδη καὶ ἄτοπα συνέπιπτον γίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς ἱπποδρομίας καιρόν· τῶν μὲν προστιθεμένων τῷ δήμῳ τῶν Βενετῶν· τῶν δὲ τῷ μέρει τῶν Πρασίνων. ἐν καιροῖς δέ τισι καὶ πόλεμοι συνεκροτήθησαν ἐμφύλιοι μέσων τῶν ἀντιθέτων μερῶν, καὶ κατὰ τῆς βασιλείου περιωπῆς ἀναιδῆ ῥήματα οἱ δημόται ἀπηρεύξαντο, καθὼς ἀποδιαφόρων χρονικῶν τοῦτο παρίσταται. οἷόν τι γέγονε ἐπὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ, ἐπὶ τοῦ Ἀναστασίου, ἐπὶ τοῦ Φωκᾶ τοῦ τυράννου, καὶ ἐπὶ ἑτέρων βασιλέων. *tunc cum populus in illis equorum curriculis nimia libertate, vel potius licentia uteretur, equorumque cursus celebraret, quomodo, et quando volebat, idque propriis expensis, ut qui haberet et domos, et equos, et stabula, quae nunc etiam hucusque servantur, et reditus pro illis celebrandis, et imperator invitaretur, nullam autem ad eam rem potestatem haberet. illius cursus tempore multa, turbulenta et absurda fieri contingebat: cum alii quidem factioni Venetorum, alii vero Prasinorum parti adiungerentur: aliquando vero etiam bella intestina excitata sunt inter adversas partes, et in imperatoris conspectu verba impudentiae plena populares eructarunt: quemadmodum ex diversis chronicis ostenditur: sicut factum est imperante Iustiniano, et tempore Anastasii, et Phocae tyranni, et aliorum imperatorum.* circum, eius aedes ac partes, factiones, studia, colores, dissidia, et horum omnium auctores graphice depingit chronicon Alexandrinum: cuius verba non facile quibusvis obvia, plerisque tamen praesentis historiae locis adeunda consulendaque, huc transferre necessitati futurae consulturus necessarium duxi. Ῥῶμος πάλιν ἀρξάμενος ἔκτισε κερκέδιον ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὅπερ ἱππικὸν ὠνόμασεν, θέλων διασκεδάσαι τὸ πλῆθος τοῦ δήμου Ῥώμης, ὅτι ἐστασίαζον, καὶ ἐπήρχοντο αὐτῷ διὰ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἐπετέλεσεν πρῶτος ἱππικὸν ἀγῶνα ἐν τῇ πόλει Ῥώμῃ εἰς ἑορτὴν τοῦ Ἡλίου, καὶ ὑπ' αὐτῶν τεσσάρων στοιχείων, τοῦτ' ἔστιν τῆς γῆς, καὶ τῆς θαλάσσης, καὶ τοῦ πυρός, καὶ ἀέρος, λογισάμενος ὅτι διὰ τοῦτο εὐτύχως φέρονται οἱ τῶν Περσῶν βασιλεῖς εἰς τοὺς πολέμους, ὡς τιμῶντες τὰ τέσσαρα στοιχεῖα. ἐν τῇ Ῥώμῃ γὰρ οὐκ ἐτίμων τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, οὐδὲ ἐν μιᾷ ἑορτῇ ὁ δὲ τῆς Πισέων χώρας βασιλεὺς Οἰνόμαος ἀγῶνα ἐπετέλει ἐπὶ τὰ Εὐρώπια μέρη μηνὶ Δύστρῳ τῷ Μαρτίῳ κε' τῷ Ἡλίῳ Τιτᾶνι, ὡς ὑψωμένῳ, ἀγωνιζομένης, φησίν, τῆς γῆς καὶ θαλάσσης, τοῦτ' ἔστιν, Δήμητρος, καὶ Ποσειδῶνος, καὶ τῶν ὑποκειμένων στοιχείων τῷ Ἡλίῳ. καὶ ἐβάλλετο κλῆρος μετὰ τοῦ αὐτοῦ Οἰνομάου βασι-

Digitized by Google

λέως, καὶ τοῦ ἐρχομένου ἀπὸ οἵας δήποτε χώρας καταγωνίσασθαι αὐτοῦ· καὶ ὅτε μὲν ὁ κλῆρος ἐκάλει τὸν Οἰνόμαον ἀγωνίσασθαι ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος ἐφόρει σχῆμα ἱματίων κυανὸν ὅ ἐστι τῶν ὑδάτων, καὶ ὁ ἀνταγωνιζόμενος κατ' αὐτοῦ ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, ὅ ἐστι τῆς γῆς. καὶ πάλιν εἰ ἤνεγκεν ὁ κλῆρος τῷ Οἰνομάῳ φορέσαι τὸ τῆς Δημήτρας σχῆμα, ἐφόρει τὸ χλοῶδες σχῆμα, καὶ ὁ ἀνταγωνιζόμενος αὐτοῦ ἐφόρει τὸ σχῆμα τοῦ Ποσειδῶνος, ὅ ἐστι τῶν ὑδάτων τὸ κυανόν. καὶ ὁ ἡττώμενος ἐφονεύετο, καὶ πλῆθος ἄπειρον ἤρχετο θεωρῆσαι τὸν αὐτὸν ἐτήσιον βασιλικὸν ἀγῶνα ἀπὸ ἑκάστης χώρας καὶ πόλεως. καὶ οἱ μὲν τὰς παραλίους οἰκοῦντες πόλεις καὶ τὰς νήσους πολῖται, καὶ τὰς κώμας τὰς παραλίους ναῦται ηὔχοντο τὸν φοροῦντα τὸ κυανὸν σχῆμα, τοῦτ' ἔστιν τοῦ Ποσειδῶνος νικῆσαι, οἰονιζόμενοι, ὅτι ἐὰν ἡττηθῇ ὁ ὑπὲρ τοῦ Ποσειδῶνος ἀγωνιζόμενος, ἔκλειψις ἰχθύων γίνεται παντοίων, καὶ ναυάγια θαλάσσης, καὶ ἀνέμων βιαίων ταραχή. οἱ δὲ μεσογείους οἰκοῦντες πολῖται, καὶ ἐπιχώριοι ἀγροικοί, καὶ πάντες οἱ ἐν τῇ γεωργίᾳ κάμνοντες ηὔχοντο νικῆσαι τὸν φοροῦντα χλοῶδες σχῆμα, οἰονιζόμενοι, ὅτι ἐὰν ἡττηθῇ ὁ ὑπὲρ τῆς Δημήτρας ἀγωνιζόμενος, ὅ ἐστιν ὑπὲρ τῆς γῆς, λιμὸς σίτου, καὶ σπάνις οἴνου, καὶ ἐλαίου, καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν πάντων γίνεται. καὶ ἐνίκησεν πολλοὺς ὁ Οἰνόμαος ἀνταγωνιστὰς αὐτοῦ ἐπὶ πολλὰ ἔτη. εἶχον γὰρ καὶ τὸν Ἄψυρτον διδάσκοντα αὐτὸν πικρῶς τὴν ἡνιοχικήν· ὅς τις Οἰνόμαος ἡττηθεὶς ὑπὸ Πέλοπος Λυδοῦ ἐφονεύθη. τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα πρῶτος ἐνόησεν Ἐνυάλιός τις ὀνόματι, υἱὸς Ποσειδῶνος, ἀγαγόμενος τὴν Λιβύην θυγατέρα τῆς Ἰοῦς, καὶ τοῦ Πίκου Διός, ὃς κρατήσας τὰ μεσημβρινὰ μέρη ἐκάλεσεν τὴν αὐτὴν χώραν Λιβύην εἰς ὄνομα τῆς αὐτοῦ γυναικός. τὸν δὲ ἱππικὸν ἀγῶνα ὁ Ἐνυάλιος ἅρμασι δὴ πολλοῖς ἐφηῦρε καθὼς συνεγράψατο Καλλίμαχος ὁ σοφώτατος ἐν τοῖς Αἰτησίοις αὐτοῦ. καὶ λοιπὸν μετ' αὐτὸν ὁ Ἐρεχθόνιος ἐπετέλεσεν, καὶ ἄλλοι ἐν διαφόροις τόποις ἐπετέλεσαν. ὁ δὲ Οἰνόμαος πρῶτος αὐτὸς ἐπετέλεσεν τὸν αὐτὸν ἱππικὸν ἀγῶνα ἅρμασι τετραΐπποις. διὸ καὶ περιβόητος ἐγένετο καθὰ ἐν ταῖς Χάρακος τοῦ σοφωτάτου ἱστορίαις ἐμφέρεται, ὃς συνεγράψατο καὶ ταῦτα, ὅτι τὸ τοῦ ἱππικοῦ γυμνάσιον εἰς τὴν τοῦ κόσμου διοίκησιν ἐπινενόηται, τοῦτ' ἔστιν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῆς γῆς, καὶ τῆς θαλάσσης. τοὺς γὰρ δώδεκα οἴκους ἱστόρησαν τοῦ Ζωδιακοῦ κύκλου τοῦ ἱ διοικοῦντος τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τῶν ἀνθρώπων τὸν παροδικὸν βίον. τὸ καὶ πέλμα τοῦ ἱππικοῦ, τὴν γῆν πᾶσαν εἶναι. τὸν δὲ εὔριππον, τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γῆς μεσασομένην. τὸν δὲ ἐπὶ τὰς θύρας καμπτόν, τὴν ἀνατολήν. καὶ τὸν ἐπὶ τὴν σφενδόνα, τὴν δύσιν. τὰ δὲ ἑπτὰ σπαθία, τὸν δρόμον, καὶ τὴν κίνησιν τῆς ἀστρῴας τῶν ἑπτὰ

Digitized by Google

ἀστέρων, καὶ τῆς μεγάλης ἄρκτου. ὁ δὲ αὐτὸς Ῥῶμος βασιλεὺς πρὸς τιμὴν καὶ αὐτὸς τοῦ Ἡλίου, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τεσσάρων στοιχείων τὸν ἐν ἀγῶνα ἐν τῇ Ῥώμῃ πρῶτος ἐφεύρων ἐπετέλεσεν ἐν τῇ αὐτῇ χώρᾳ τῆς δύσεως, ἤτοι τῆς Ἰταλίας ἅρμασι τετραπώλοις, τοῦτ' ἔστι τῇ γῇ, καὶ θαλάσσῃ, καὶ πυρί, καὶ ἀέρι. καὶ ἐπέθηκεν ὁ Ῥῶμος τοῖς αὐτοῖς τετράσι στοιχείοις τὰ ὀνόματα ταῦτα· τῇ γῇ τὸ Πράσινον μέρος, ὅ ἐστι τὸ χλοῶδες· τῇ δὲ θαλάσσῃ, τοῦτ' ἔστι τοῖς ὕδασι τὸ Βένετον μέρος, ὡς κυανόν· τῷ πυρὶ τὸ ῥουσαῖον μέρος πυρῶδες· καὶ τῷ ἀέρι τὸ λευκόν. κἀκεῖθεν ἐπενοήθη τέσσαρα μέρη ἐν Ῥώμῃ, ἐκάλεσε δὲ τὸ Πράσινον μέρος Πραισεντόν, ὅ ἐστι Ῥωμαϊκὴ λέξις, ἥτις ἑρμηνεύεται ἐμπαράμονον. πραισεντεύειν γὰρ λέγεται τὸ παραμένειν· διότι ἡ χλοώδης γῆ διαπαντὸς ἵσταται σὺν τοῖς ἄλσεσι. τὸ δὲ Βένετον ἐκάλεσεν διὰ τὸ εἶναι ὑπὸ τὴν Ῥώμην ἐπαρχίαν χώραν λεγομένην Βενετίαν, ἧς τινος μετρόπολίς ἐστιν Ἀκυληΐα· κἀκεῖθεν ἐξέρχονται τὰ κυανά· τοῦτ' ἔστι τὰ Βενέτια βάμματα τῶν ἱματίων. καὶ προσεκόλλησεν τῷ Πρασίνῳ μέρει, ὅ ἐστιν τῇ γῇ· τὸ λευκόν φησι, τὸν ἀέρα καθότι βρέχει, καὶ ἁρμόττει τῇ γῇ. τῷ Βενετίῳ μέρει, ὅ ἐστι τοῖς ὕδασι προσεκόλλησε συμμίξας τὸ Ῥουσαῖον μέρος, ὅ ἐστι τῷ πυρὶ καθότι σβέννυσι τὸ πῦρ ὡς ὑποτεταγμένον αὐτῷ. καὶ λοιπὸν οἱ τὴν Ῥώμην οἰκοῦντες διεμερίσθησαν τὰ μέρη, καὶ οὐκ ἔτι ὡμονόησαν πρὸς ἀλλήλους, διὰ τὸ ἐρᾷν ἕκαστος τῆς ἰδίας νίκης, καὶ ἀντιποιεῖσθαι τοῦ ἰδίου μέρους, ὥσπερ θρησκείας τινός, καὶ ὑπῆρξε μέγα σχίσμα ἐν τῇ Ῥώμῃ· καὶ μεγάλην ἔχθραν εἶχον πρὸς ἀλλήλους τὰ μέρη. *nec diu feriatus Romulus circum in urbe designavit, quem Hippodromum dixit, ut seditiosae plebis motus compesceret. tumultuabatur enim adhuc, et regi periculum occisi fratris causa creabat. primus ergo equestre certamen, seu Circensia instituit in urbe Soli, et subiectis illi quattuor elementis: terrae, inquam, et mari, ignique, et aeri dedicata: ratus ea de causa Persarum reges bella feliciter patrare, ut qui quattuor naturae elementa venerarentur. Romae etenim ante eum diem nullus elementis honor, nec festa lux ulla. Oenomaus vero rex Pisae ad Europae partes, certamen peregit mense Systro, hoc est, Martio, vicesimo quinto Martii in Solis ut Titanis excelsi cultum. certantibus, inquit, terra, et mari: hoc est, Cerere, et Neptuno, caeterisque Soli subiectis elementis. sors deinde mittebatur inter Oenomaum et alterum, ex quacumque ille parte orbis venisset, qui cum Oenomao certaturus erat. et siquidem sorte Oenomaus pro Neptuno certaturus esset, vestem sumebat caeruleam, quod is sit color aquarum. contra vero, qui cum illo pugnaturus erat, viridi ornatu utebatur: quod terra vireat. si rursum sors Oenomaum*

Digitized by Google

pro Cerere designasset, viridi cultu utebatur: et alter antagonista caeruleo schemate utebatur, quod aquas et Neptunum imitabatur. victus morti victima fiebat. ad quod regium et anniversarium certamen infinita hominum copia ex omnibus oris et urbibus confluebat. ac maritimi quidem et insulani, quique vicos littorales nautae incolebant, vovebant illi victoriam, qui Neptuni, hoc est, caeruleum ferebat colorem: quod existimarent, magnam, si vinceretur, futuram piscium caritatem, naufragia, flaminum ingentes procellas. contra, qui continentem inhabitabant, mediterranei cives, et agricolae, et tota agrestium turba, illum vivere optabant, qui terrae colorem herbaceum ac viridem gestaret, rati magnam annona caritatem ac famem, vinique, et olei, frugumque omnium inopiam secuturam. atque Oenomaus quidem multos ex adversariis suis multis annis vicit, quod Apsyrtum aurigationis peritissimum haberet magistrum. fuit tandem victus Oenomaus, et interfectus a Pelope Lydo. primus equestrium certaminum auctor fertur Enyalius quidam Neptuni filius, qui Libya Ius et Iovis Pici filia in uxorem ducta, oras ad meridiem pertinentes bello subactas ab uxore Libyam nuncupavit. ludos Circenses autem, seu aurigationem multorum curruum Enyalius excogitavit, quemadmodum Callimachus scriptor sapientissimus in Aetiis suis notavit. Enyalium secutus est Ericthonius, ac deinceps alii in variis terrae partibus eosdem ludos celebrarunt. Oenomaus vero primus hoc equestre certamen quadrigis, hoc est, quadriiugis equis currum vehentibus instituit: unde tantopere celebratus est, ut sapientissimi Characis historiae memorant, qui et rationem ludorum equestrium explicavit, cum ostendit illos ad universi naturam declarandam repertos, hoc est, caeli, terrae, maris: etenim duodena aedificia retulerunt ad signiferi, seu Zodiaci duodena signa, cum Zodiacus et terram, et mare, vitamque mortalium communem dispenset. per aream Hippodromi terram referebant totam. Euripus mare ab terra extante medio sinu contentum designabat: flexus primus ad ostia, Orientem; alter, sive meta extrema, Occasum. septem intervalla, spatia, et metae ad Hippodromi medium motum siderum septem errantium, et ursae maioris. Romulus porro et ipse ad cultum Solis, et subiectis illis quattuor elementis, certamen in urbe primus auctor celebravit, in ea Occidentis, sive Italiae regione, quadriiugo curru, hoc est, terrae, mari, igni, aeri. indidit quoque Romulus quattuor elementis haec nomina. a terra Prasinam factionem nominavit, viridem nempe colorem: mari Venetam, ab aquis nempe caeruleam: ignis Russatam, quod purpura ignem colore exprimat: aeris, Albatum. et inde quattuor in urbe factiones extiterunt. vocavit autem Prasinum

Digitized by Google

turbam Praesentem, quae vox Latina significat adstantem: praesentem enim esse, adstare valet; quod terra virens cum nemoribus semper nobis adsit, et persistat. Venetam appellavit, quod Veneta provincia subiecta sit Romae, cuius caput est Aquileia, ubi caerulei tinguntur panni, et coniungitur cum Prasina factione, hoc est, terra. Albatam aeri assignant, quod irriget terram, ac eidem subserviat, et opportunus aer fit illi. factioni Venetae Neptuno sacrae, Russatam assignavit, quae ignem refert; eo quod aqua aerem sibi subiectum quasi deleat. ceterum Romani hoc modo in factiones dissecti propter dissidia partium, dum quisque eam cupiit superiorem familiam, cui ipse maxime favebat, graviter inter se dissidebant; quod quisque pro sua factione, velut pro aris et focis propugnaret. odia igitur intestina et dissidia gravissima inter factiones in urbe extabant. haec chronicon Alexandrinum: ex quo si partibus in suis omnibus veram non tenes historiam, aliarum saltem apertum sensum et lucem ex eo non obscuram percipies. quodque Theophanem spectat, in cuius lectione voces istae οἶκος ἐν ἱπποδρόμῳ, παλάτιον ἱπποδρόμου, πέλμα, εὔριπος, καμπτήρ, σφενδόνη, διΐππιν, σπαθίον, et aliae nonnihil animum cohibere possent: ex his habes, οἴκους ἱπποδρόμου, regias aedes ad Hippodromi latera fuisse duodecim: occurrunt earum nomina pleraque tum in historia nostra, tum in originibus CP. a lectore, si lubeat, adeundis. πέλμα constat esse circi aream, et quo decurritur, spatium, sive solum: Euripus fovea est medio spatio praefato aquae continendae, et naumachiae celebrandae destinata: latitudinem eius et profunditatem describit Thomas Dempsterus in Romanis antiquitatibus, ubi de circo. καμπτόν, sive καμπτῆρα carceres e quo prodeunt, et reflectuntur equi, putabis: metam ultimam σφενδόνην fundae referentem figuram. διΐππιν bigae spatium est: et σπαθίον tandem meta quaevis, et obeliscus ad gladii formam ad mediam circi spinam erectus, de quibus praefatus Dempsterus, Lipsius, Onuphrius, Pancirollus, et qui Romanas origines tractavere reliqui. hoc unum adverto, factionum memoratarum duas tantum in historia hac haberi memoriam, Prasinae et Venetae: alias temporibus ultimis vel extinctas, vel istis adiunctas: bella tamen et dissidia inter se fovisse perpetua, adeo ut dissensionum flammis ad urbes etiam alias deportatis integrae provinciae, et totum pene imperium conflagrarit. Prasinam insuper ubique ferme numero maiorem observabis, principis potestati minus subditam, et erga eum religionis infensam: Venetam ex adverso compositam magis et moderatam imperatorum affectus ad se pellexisse. istorum exempla sup-

Digitized by Google

peditat index, verbis Prasini, Veneti, factiones, circus, etc. paucis Corippus lib. 1.

Aurigas totidem, totidem posuere colores,
Et fecere duas studia in contraria partes.

257, 7. *Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Τιμόθεος ἔτη ιζ*] addit Ecchellensis ob historicam fidem hic adeundus, dies septemdecim. reliquos Alexandriae patriarchas, eorum nomina, gesta, aetates, ordine penitus a Theophane diverso recenset idem Ecchellensis. illi vel Theophani fidem elevare non est huius negotii. quos a mundi conditu 6028, Christi vero natalibus 528, patriarcham Timotheum sequutos ponit, cum aliis a Theophane expressis conferendos ex eius scriptis depromo. primus est Theodosius, cuius anni sunt apud eum 31, dies 131, ad eius tempus Gaianum (cuius mores breviter percenset pag. 122) recenset. sequitur Petrus, cuius pontificatus anni 1, dierum 362, memoratur: cuius historia pag. 123 Pauli successus, et Apollinaris aetatem includit. Petro apud Ecchellensem sufficitur Damianus, regitque ecclesiam Alexandrinam annis 35, diebus 358. succedit Anastasius annis 12, diebus 190. hunc excipit Andronicus annis 6, diebus 16 Heraclii imperatoris temporibus. Beniamin deinde pontificatum adeptus est annos 39, quem postmodum annis 16, diebus 273, tenuit Agathon: ad prioris autem breviarium memorat Ecchellensis Cyrum patriarcham et Aegypti gubernatorem. Ioannes tandem eleemosynarum insignibus notus thronum suscepit anno ab orbe condito 6173, et a Christo nato 673, eoque annis 8 potitus est. alii deinde patriarchae subiunguntur 37, quorum ultimus Athanasius anno a Christi incarnatione 1234 pontifex renuntiatus fuit. frustra referrentur eorum nomina, cum ad eorum tempus omne patriarcham nullum Theophanes recenseat.

258, 8. *Εὐφράσιος δὲ Ἀντιοχείας*] at non nisi post unum et alterum annum in canonium ab ipsomet auctore refertur pag. succedente.

Ibid. *Εὐφράσιος δὲ Ἀντιοχείας*] haec pariter periocha indebitum sibi locum praeoccupavit: annis quippe duobus Euphrasii episcopatus tardior comperitur.

Ibid. 9. *πολέμου κινηθέντος μεταξὺ Ῥωμαίων, καὶ Περσῶν*] Lazorum a Persis defectionem bello causam dedisse ex ipsis Theophanis, et auctorum aliorum testimoniis, post secundum annum exponemus: adeoque praesentem narrationem suo loco motam, et inferius reponendam historiae veritas suadet.

Digitized by Google

258, 10. *πρὸς Σιλίγδην*] chronicon Alexandr. *Σίλγβιν* nominat: cum quo verborum Theophanis concordia praesentem historiam ab eo descriptam demonstrat. non omittendae hic variae lectiones.

Ibid. 12. *Καβάδης δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς*] haec auctori Procopius lib. 1 de bello Persico suggessit.

Ibid. 14. *πρεσβύτερον αὐτοῦ υἱόν*] eiusdem secum nominis.

Ibid. 15. *διότι τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκέκοπτο*] *nam monophthalmum, vel alium defectum corporis patientem nefas Persis regem constituere:* Procopius.

Ibid. 16. *Ἀσπέδου*] Abenedo scribit Procopius citatus: variae lectiones alias.

259, 3. *ἔπαθεν ὑπὸ θεομηνίας*] Euagrius lib. 4 cap. 8.

Ibid. 9. *Τζάθος ὁ τῶν Λαζῶν βασιλεύς*] narratio ex chronico Alexandrino ad annum Iustini quartum, in quintum vero a Theophane translata, quod quintus annus a quarti mense Septembri ducat initium: reperitur etiam paulo immutata apud Agathiam lib. 3 ad medium, cui *Τζάθης*, qui chron. Alex. *Τζάθιος*, et Theophani *Τζάθος* scribitur.

Ibid. 14. *τῶν Λαζῶν*] qui quondam Colchi, ex Agathia lib. 2.

Ibid. 15. *ἐφώτισεν αὐτόν*] *φωτίζειν*, ut et *βαπτίζειν* se profitentur apud Graecos baptismi susceptores.

Ibid. 17. *Ὁμοῦ*] chronicon Alex. *Ὀνίνου*, Vat. *Νουμοῦ*.

Ibid. *ἀπὸ κουροπαλατῶν*] curopalatem explicat noster Codinus: paucis Corippus lib 1.

Cum magni regeres divina palatia patris,
Ordine pro rerum vocitatus cura palatii.

et lib. 2.

Dispositorque novus sacrae Baduarius aulae,
Successor soceri, vocitatus cura palatii.

id officii diu ante haec tempora extitit, ut observat Thomas Dempst. ex Sidonio Apollin. car. 23.

Intra aulam soceri mei expetitus,
Curam cum moderatus es palatii.

huius munus erat, ut *aurea virga decoratus inter obsequia numerosa, ante pedes regios primus incederet.* Cassiodorus lib. 7 epist. 5, palatium custodiebat. Euagrius lib. 5 cap. 1.

Digitized by Google

τὴν φυλακὴν τῆς αὐλῆς ἐμπεπιστευμένος, ὃν κουροπαλάτην ἡ Ῥωμαίων λέγει φωνή.

259, 19. *χλαμύδα βασιλικὴν ἄσπρην*] addit chron. Alex. *ἀντὶ πορφυροῦ·* quod purpuram sibi Romanorum imperatores reservarent: unde Christus ab Herode alba veste in ambitae regiae dignitatis ludibrium amictus: ac Herodes idem Tyrios alloquuturus candida, et argento rutilante veste procedit ornatus, apud Iosephum. haud tamen negaverim, quod scribit Agathias lib. 3, Lazorum regi purpuream chlamydem ferre nefas fuisse.

260, 1. *ἄσπρην*] *ἄσπρον album* vocant recentiores Graeci: hinc *ἄσπρον* nummulus argenteus, quod ex argento sit etiam albus. similem monetam patres nostri vocavere, *un blanc, trois blancs, six blancs: unum, tria, sex aspra, sive aspera.*

Ibid. ταυλὶν χρυσοῦν] assutamentum auro textum, quasi *tabulam.* vide Meursium.

Ibid. 2. *στιχάριν*] tunica est. *στιχάριον* correctius scribitur, *ἀπὸ τοῦ στίχου,* quod *uno* compingatur *ordine,* et superioribus partes infernas vix ampliores nacta sit.

Ibid. 3. *πλουμία*] quae Phrygionico opere manus pingit *ποικιλτὰ ὑφάσματα.*

Ibid. 4. *τζαγγία*] *militares socci, ocreae,* quas elegantior phrasis vocat *πέδιλα.*

Ibid. ῥουσία] *russea, rubra κοκκινοβαφῆ,* ne omnino essent purpurea.

Ibid. 17. *βαπτίσαντες*] ex *τοῦ βαπτισμοῦ δεχόμενοι.* recolenda paulo superius scripta.

Ibid. ἔκτοτε λοιπὸν ἐγένετο ἔχθρα] haud igitur ante annos duos initium belli ductum, si *ἔκ τοτε* ex hac primum occasione motum: quare praemissam nuper de bello Persico narrationem chronicon Alexandrinum Tzathi baptismo supponit, quibus Procopius de bello Persico videtur assentiri.

Ibid. 19. *τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν*] Arethae martyris certamen, apud Nagram (ita scribitur) Homeritarum, qui quondam Sabaei, et Arabiae felicis incolae, civitatem, initum ex Metaphraste refert Surius 24 Octobris.

261, 3. *Ἰωάννης ἔτη γ'*] cuius promotio longe superius observata.

Ibid. 4. *Θευδέριχος κρατῶν τῆς Ῥώμης*] in sequentem annum, qui Iustini septimus, et Philoxeni Probique fastis

Digitized by Google

consignatur, Ioannis iter Marcellinus distrahit, et ista scribit. *Theodorico rege pro Arrianorum suorum caeremoniis reparandis laborante: solus duntaxat Romanorum sibi decessorum urbe digressus, CP. venit, miro honore susceptus est. dexter dextrum ecclesiae insedit solium, diemque domini nostri resurrectionis plena voce Romanis precibus celebravit.*

261, 13. *Καβάδης δὲ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς*] infectos Manichaeorum deliriis Persas refert Agathias lib. 2.

262, 5. *κομμέντα*] Cedrenus in monomacho. *στάντες ἐπὶ τῆς ὁδοῦ συμβολὴν προετίθεσαν, ἥτις παρ' αὐτοῖς κομέντον ὀνόμαται. consistentes in via concilium ab eis dictum conventum coegerunt.* Theophanes infra *κόμβενδον ποιήσαντες· habitis comitiis,* scripturus.

263, 3. *ὁ δὲ εὐσεβὴς βασιλεὺς Ἰουστῖνος*] Marcellini verbis ad annum Iustini quintum, a cuius Septembri sextus ex Theophani calculo incipit, haec illustrantur. *plerique lapidatorum, percussorum, urbisque depopulatorum, sua ob scelera deprehensi, ferro, igni, suspendioque expensi sunt, gratum bonis civibus spectaculum exhibentes.*

Ibid. 8. *ἔστεψε δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα*] locus corruptus. Iustiniani enim coniux, non Iustini fuit Theodora. quare *Λουπικίαν*, vel *Εὐφημίαν* repono, iuxta superius lecta anno Iustini primo: totumque numerum 32 anni I. C. 523 apud Baronium expungendum huiusmodi animadversio decernit.

Ibid. 9. *καὶ προεβάλετο τὸν πατρίκιον*] eius munus et genus sub Iustino celebrat Procopius de bello Persico lib. 1, ubi de pace cum Persis ineunda.

Ibid. 12. *ἐποίησε δὲ καὶ αὐτὸς διωγμόν*] legem in eos a Iustino sancitam habes cod. de haeret. et Manich. lib. 12.

Ibid. 14. *Ἀναζαρβὸς μητρόπολις*] ex Euagrio lib. 4 cap. 8.

Ibid. 19. *κατεποντίσθη ὑπὸ θεομηνίας*] indidem.

264, 11. *ἀνεφάνη γυνή τις*] Simplicius, qui ex Agathia lib. 2 genere Cilix eo tempore vivebat, commentario in categorias meminit mulieris natione Cilissae, quae suo tempore vixerit, magnitudine quattuor cubitorum.

Ibid. 16. *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ τῆς τετάρτης ἰνδικτιῶνος*] conflagrationis Antiochenae, ac terrae conquassationis ad hunc annum Iustini 8, indictione 4, sub Olybrii solius consulatu, brevem narrationem instituit Marcellinus, paulo fusiorem Euagrius lib. 4 cap. 5, quo Ioannem rhetorem totam illam

Digitized by Google

cladem luctuoso orationis genere, ac *περιπαθῶς* descripsisse memorat. eo tamen a Theophane nostro et Marcellino diversus est, quod anno Iustini septimo, Maii die 29, calamitatem ingruisse asserat.

265, 6. *κεντηνάρια δύο*] inter medium talentum et supremum medium pondus est centenarium: de quo Isidorus lib. 16 cap. 24. *centenarium*, inquit, *numeri nomen est, eo quod centum librarum ponderis sit: quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt Romani.*

Ibid. 8. *ὥρᾳ ἑβδόμῃ*] Euagrius. *κατ' αὐτὸ τῆς μεσημβρίας τὸ σταθερώτατον τῆς ἕκτης ἡμέρας. circa meridiei ipsius momentum sexto hebdomadis die.* vide Theophanis tempore ab aurora ad occasum horas diei duodecim fuisse numeratas, ut septima meridiem attingat, vel etiam paululum praetereat.

Ibid. 17. *τοῦ σεισμοῦ ἐπικρατοῦντος*] Euagrius. *τελευταῖον ἐγκαταλειφθεὶς τοῖς πτώμασι καὶ ὁ Εὐφράσιος, ἄλλη τῆς πόλεως συμφορά, ἵνα μὴ τῶν ἐπιτηδείων ὁ προνοῶν ᾖ. postremo omnium Euphrasius (cuius mors aliam novam calamitatem attulit civitati) eisdem cladibus oppressus interiit, ne quisquam reliquus fieret, qui urbi res provideret necessarias.*

266, 15. *τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνί*] is est Marcellini et Alexandrini chronicorum, necnon Euagrii lib. 4 cap. 9 computus, apud quos tamen Iustini solius ac eiusdem cum Iustiniano imperantis dies diligentius animadvertendi. consentiunt iidem in Aprilis kalendis Iustiniani imperio consecrandis, quibus conveniunt nonnulli Theophanis codices, aliis diem quartum erronee decernentibus.

267, 1. *τοῦ δὲ Εὐφρασίου*] eadem apud Euagrium legere licet lib. 4 cap. 6, quo qui *κόμης ἀνατολῆς* Ephraemius his signatur, *τῆς ἑῴας ἀρχῆς τὰς ἡνίας διέπων* describitur.

Ibid. 9. *Ἀρμένιον*] Arsenium scribit vita S. Sabae apud Surium 6 Decembris.

Ibid. 10. *Φοινίκης Λιβανησίας*] de consulari Phoeniciae Pancirollus in not. Orient. imp. cap. 107, de duce eiusdem cap. 146.

Ibid. 12. *καὶ τοὺς ἁγίας τόπους*] addo lacunam omnibus mss extantem expleturus, *ἀσφαλίζεσθαι διὰ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν·* de aedificata quippe Palmyra limitanea civitate scribit Procopius lib. 2 de aedif. Iustiniani ul-

Digitized by Google

timis verbis. *in Phoenicia Libano propinqua oppidum, cui Palmyra nomen, vetustate ferme desertum, munimentis firmavit et aquarum copia coercito Saracenorum exercitu.* vocem λιμητὸν Meurs. exponit: sensus eius est Phoenices *limes et terminus.* chronicon Alexandrinum de Tauro rege Cretensi Tyrum invadente, regem Tyri Agenorem obsidionis tempore in profundam continentem urbis obsessae, captaeque nescium acies eduxisse narrat ista phrasi. *ὁ δὲ Ἀγήνωρ καὶ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐπολέμουν ἐπὶ τὸ λιμητόν.*

267, 12. *τῷ δὲ Ἰανουαρίῳ μηνί*] ex chron. Alexand. anno Iustiniani primo.

Ibid. 16. *ὁ βασιλεὺς Περσῶν*] ex eiusdem chronici verbis: quibus adversa refert Procopius de bello Persico lib. 1.

Ibid. 19. *καὶ Πέτρον*] *Εἰρηναῖον τὸν Πενταδίας* vocat idem chronicon.

268, 6. *προσερρύη τοῖς Ῥωμαίοις*] de Erulorum origine, sede, moribus abunde Procopius de bello Gotthico lib. 2 ad medium: quo, *ut primum Iustinianus suscepit imperium, arma cum eis consociasse, et ut Christi fidem susciperent persuasisse*, narrat Euagrius lib. 4 cap. 19.

Ibid. 14. *στρατηλάτην Ἀρμενίας Τζίταν*] Sittam scribit Procopius de bello Persico lib. 1, quem *cuncto in Armeniis exercitui praefuisse*, quod est munus στρατηλάτου, testatur. Pancirollus in not. imp. Orien. cap. 131. *Iustinianus*, ait, *subactis finitimis barbaris, magnam, et interiorem Armeniam dictam, novam provinciam creavit. lib. ult. cap. de offic. magistr. militum. quam Zetae magistro militum* (*στρατηλάτῳ* scripto) *commisit. magnam*, inquit, *Armeniam, quae interior dicebatur, et gentes, Antizenam videlicet, Iugilenam, Astyanenam, Sophenam, Sophonenam, in qua est Martyropolis, Belabitenam, et primam, et secundam Armeniam, et Pontum Polemoniacum tuae curae cum suis ducibus commisimus.*

269, 2. *κομητῷ*] scribit Cedrenus *κομιτῷ.*

Ibid. 4. *Βοαρήξ*] Cedrenus *Βαρήζ*· virum eius *Μαλάχ*· alterum regem *Γλόην.*

Ibid. 17. *καὶ ὁ πλησίον Βοσπόρου*] Procopius de bello Persico lib. 1. *est Bosphorus civitas maritima sinistrorsus Euxinum Pontum naviganti. hinc Chersonesus iter dierum 20 distans: in quorum medio Hunni cuncta possident. Bosphoritae autem iamdudum liberi incolunt: ac Iustino nuper se permisere.* auctor plura ad Iustinianum secundum nomine Rinotmetum.

Digitized by Google

270, 3. *μυίων καὶ τριβούνων*] locus corruptus, vel lacunosus Anastasii et miscellae lectione interpolatur. habet illa. *locavit autem et militum Romanorum numerum et tribunorum custodire civitatem*, etc. reddo. *ἔστησεν δὲ καὶ ἀριθμὸν Ῥωμαίων καὶ τριβούνων φυλάττειν τὴν πόλιν*. Cedrenus corruptum huiusmodi codicem nactus, ab his recitandis deflexit.

Ibid. 13. *Μουαγέρην*] Cedrenus *Μοαγέραν*. variae lectiones alias.

Ibid. 15. *τὸν τριβοῦνον Δαλμάτιον*] Cedrenus corrupte: *τὸν τριβοῦνον Δαλματίας*. Petavius quoque Cedrenum erranter sequutus, tribunum Dalmatiae reddidit de doct. temp. lib. 13 ad annum Iustiniani 2.

271, 4. *ὁ δὲ βασιλεὺς Ἰουστινιανός*] declarat Baronius ex Contio ad annum 527 num 38 et 39.

Ibid. 5. *δίχα τῶν Ἐξακιονιτῶν Ἀρειανῶν*] Arianos ecclesiis a Theodosio CP. spoliatos ecclesiae referunt monumenta. extra urbem habitasse, et *ἐξ οὐκ ὄντων* Christum praedicantes *ἐξουκοντητῶν* promeruisse nomen memini me legisse apud Photium: num tamen inde *Ἐξωκιόνιον*, aliis *Ἐξακιόνων* scriptum? non ita. *Ἐξωκιόνιον* enim muri CP. pars fuit appellationem sortita, quod extra eam Constantini statua columnae superposita videretur. ita Codinus de orig. CP. apud Gretserum de Exocinio et Arianis a loco vocatis, quod in illud translati fuissent. Socrates lib. 5 cap. 7, et lib. 6 cap. 8, chronicon Alexandr. pag. 704, in quo perperam *ἀριθμοὺς* vice *Ἀρειανοὺς* legeris: et pag 746 in Leone M. et ad annum Zenonis 11 de Athalarico Italiae rege scribens. Georgius Alexandrinus in vita Chrysostomi apud Photium pag. 250, Cedrenus editionis Regiae pag. 480, Gyllius lib. 4 cap. 1.

Ibid. 6. *ἐξεφώνησε δὲ τύπον*] anno imperii 2, et habetur lib. 42 cap. de episcop. et clerici.

Ibid. 11. *ὁ δὲ αὐτὸς βασιλεύς*] verba chronici Alexandr. quod ad recipiendam Adriani conductus aquam, cisternam extruxisse amplissimam subiungit. cisternae porro aedificium, non minus quam aulae spatiosissimae, columnis, fornicibus, parietibus, tectis, porticibus valvis, adytibus, et gradibus instauratum fuisse edocent plurima huiusmodi antiquitatis monumenta in monasteriis et locis publicis adhuc extantia.

272, 1. *καὶ ἐξέθετο ὁ βασιλεὺς νόμους σφοδρούς*] novella est 77, de qua Agathias lib. 5.

Digitized by Google

272, 3. *ἀνενέωσεν δὲ ὁ βασιλεὺς*] ita chron. Alexand. *τούτῳ τῷ ἔτει Ἰουστινιανὸς κῶδιξ ἀνενεώθη, καὶ ἐκελεύσθη αὐθεντεῖσθαι, ἀπὸ τῆς πρὸ ις' καλανδῶν Ἀπριλλίων τῆς ἐνεστώσης ζ ἐπινεμήσεως. hoc anno codex Iustinianus absolutus est, et publica auctoritate probatus* 16 *kal. April. currentis* 7 *indict.* anno quarto duntaxat promulgatum scribit Marcellinus.

Ibid. 8. *μηνὶ Νοεμβρίῳ*] contraxit hanc de terrae motu Antiocheno historiam Euagrius lib. 4 cap. 6.

273, 7. *καὶ πάλιν ὁ βασιλεύς, καὶ ἡ Αὐγούστα*] reparatam Antiochiam describit Procopius de aedif. Iustiniani lib. 2.

Ibid. 9. *ἐν δὲ τῇ κα' τοῦ Μαρτίου*] de locis Antiochenis bello vexandis consilium Alamundari habes apud Procopium lib. 1 de bello Persico paulo post medium, eius incursiones paulo inferius: verum post victos a Romanis Persas, quod anno sequente Theophanes narrat, eam expeditionem susceptam exponit Procopius.

Ibid. 17. *λιμωτοῦ*] ita hic codd. cuncti. *λιμητοῦ* meo iudicio rectius scribitur pag. 148, *λιμητῶν* ad huius calcem. variae lectiones non praetereundae.

274, 1. *Λυκοκρανιτῶν*] quibus lupus in galea foret insigne, vel quorum galea lupi capite ornaretur.

Ibid. *καὶ προεβάλλετο στρατηλάτην*] a Iustino iam creatum Belissarii comes et consiliarius testatur Procopius lib. 1 de bello Persico, et a Iustiniano denuo institutum.

Ibid. 3. *Σεκουνδῖνον*] ita lego cunctis in codd. mallem *Σεκουνδίνου.* Secundini etenim filius erat Hypatius. vide libri indicem verbo Hypatius.

Ibid. 4. *Ἑρμογένης ὁ μάγιστρος*] Hermogenem quidem de pace legatum memorat Procopius: eius tamen, ut et Belisarii, et ultro citroque a Persis et Romanis res gestas aliter enarrat: quare alios a Procopio auctores Theophanem sequutum constat.

Ibid. 6. *τῷ δὲ Ἰουνίῳ μηνὶ Σαμαρεῖται*] Iuliani historiam a Samaritanis in regem evecti refert Cyrillus in vita S. Sabae apud Surium die 5 Decembris. alia eorum scelera habet Procopius de aedif. Iustiniani orat. 5. legendum chronicon Alexandrinum ad praesentem annum.

275, 1. *ἀφορμὴν δὲ ἔβαλεν*] de istis auri fodinis Procopius medio libri 1 de bello Persico. *tunc etiam Persarum loca in Persarmeniis Romani receperunt, arcemque Bolum, ac*

Digitized by Google

Pharangium vocatam, unde aurum Persae fodiunt, regique ferunt, et infra: *inde Persarmeniorum fines incipiunt, ubi auri metallum est, quod Cabade concedente, quidam loci indigena nomine Symeones curabat: qui postquam Lazos, et Romanos in bello potentiores vidit, Cabadem reditu pecuniarum privavit. ideo et ipsum simul cum Pharangio Romanis tradens petiit, ut ipsi remotis aliis, rem curarent. at illis nihil de metallo curantibus, tantum satis visum hostes hoc vectigal amisisse.*

275, 7. *εἰς τὸ Ἀμμίδιος*] Ammodium locum a Dara stadiis 20 distantem, quo sibi Persae et Romani primum occurrere memorat citatus Procopius.

Ibid. 8. *ὀνόματα πέντε*] personam Graeci recentiores dicunt ὄνομα, quod unaquaeque nomine dignoscatur. *ὀνόματοι* quoque in plurali idem significat. *δύο, τρεῖς ὀνόματοι, duae, tres personae.*

Ibid. 11. *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ*] Saracenicarum tribuum ducem istum Romanis amicum Aretham Alamundari perpetuum hostem fuisse indubium. de utriusque bellis Procopius lib. 1 de bello Persico post medium, et paulo ante finem lib. 2.

276, 4. *μέταξαν*] recentioribus Graecis est *sericum:* de qua voce Meursius et euchologium. corruptius *τὸ μετάξιν* pronuntiant.

Ibid. 6. *τῆς η' ἐπινεμήσεως*] coss. Lampadio et Oreste, qua indictione quartum Iustiniani annum in tertium a Theophane notatum, incidentem numerat Baronius.

Ibid. 7. *διωγμὸν μέγαν κατὰ τῶν Ἑλλήνων, καὶ πάσης αἱρέσεως*] extat lib. 1 cap. de haeret. et Manichaeis, et Samar. tit. 8, tum etiam iis omnibus sanctionibus, quibus aut fidem pientissimus ille imperator satagebat firmandam, aut haereses convellendas curabat. porro quod spectat delendas idololatriae reliquias, Blemmyas, et Nobatas extremos Aegypti populos Persici belli tempore, ut Baronio placet, quarto imperii anno, qui Theophani, Marcellino, et chronico Alexandrino tertius, et Lampadii et Orestis primo consulatu insignis, relicto prophanae gentilitatis ritu, ad verum dei cultum a Iustiniano traductos, scripto confirmat Procopius de bello memorato lib. 1 non longe a fine, et de aedif. Iustini orat. 6 alios eius ope ad fidem vocatos. quoniam vero in gentilium numerum Samaritanos Epiphanius recenset, ubi de eorum haeresi; Iustnianaeique codicis sancita haereticos perstringentia, Samaritanos quoque percellunt; et chronicon

Digitized by Google

Alexandrinum, enarrato Samaritanorum tumultu, haud remota ab iis, quae hic Theophanes recenset, eorum videlicet quosdam sibi metuentes urgente necessitate ad Christianam religionem se contulisse, ac propter severitatem legum et magistratuum ὑπούλως καὶ κακούργως Christianos se mentiri, vere tamen in hanc et illam partem ἐπαμφοτερίζειν, inflecti, imo praesides ipsos ac provinciarum rectores σαμαρειτίζειν, ut suas partes inirent, persuasisse, memorat: certe cum anno praecedente Samaritanorum rebellionem, et poenam auctor retulerit, eos aequitate legum coercitos demonstrare debuit, cum maxime non in gentiles, sed in Samaritanos promulgata Iustinianaei codicis occurrant decreta, quibus curialia coguntur subire onera, simulque a curialibus privilegiis (quod πολιτεύεσθαι inferius exponit Theophanes) removentur, novel. 45. τῶν Ἑλλήνων voce alios quam Samaritanos, aut cum gentilibus eos Theophanem indicare voluisse, mihi facile persuaserim.

276, 9. ἀπὸ ῥεφερενδαρίων] *responsionibus imperatoriis praeerat continuo eidem supplicantium preces nuntians, referendarium Latini hoc munus appellant.* Procopius lib. 2 de bello Persico.

Ibid. 13. κοιαίστωρ] de bello Persico lib. 1. *imperatoris Paretrus, quem magistratum Romani quaestorem, Latini iurisconsultum vocant.* idem de bello Vandalico lib. 1. *exercitus quaestor, sumptus dispensator vocatur.*

Ibid. 17. τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνί] Romanorum legationem, pugnam, victoriam, Persarumque fugam, ac pacem tandem initam pluribus enarrat Procopius, qui Mirrhanem appellat, Μηράμ hic scriptum. magistratus seu dignitatis vocabulum: viri namque nomen Perozus fuit.

277, 4. καὶ ἀπληκευόντων πρὸ μικροῦ τῆς πόλεως] non procul a civitatis Daras porta exercitum fossa munivisse Belisarium refert Procopius, quod voce ἀπληκεύειν exprimit Theophanes.

Ibid. 14. βάνδον] Procopius de bello Vandalico lib. 2. *signum, quod Romani bandum vocant.* idem rursus. *omnium animosissimus inter ordines ducis ferre signum consuevit, quem bandophorum Romani vocant.* plura Meursius, et Lacerda in advers.

278, 8. δημοκρατίαι] communem unam civitatis plebem, necnon etiam civitatis eiusdem populi partes et factiones diversas δῆμος significat. hinc Βενέτων, et Πρασίνων δῆμος, et δῆμοι, non in circo modo, sed et in civitate partes oppositae, de quibus Balsamon supra in pag. 142. τῶν δη-

Digitized by Google

μων κατεξουσιαζόντων ἐν ταῖς ἱπποδρομίαις. populi factionibus potestatem omnem sibi vindicantibus in circo, etc. et δήμαρχος, sive δημάρχης partis unius princeps fuit. Simocatta lib. 8 cap. 7. *τοὺς δημάρχους ὁ αὐτοκράτωρ εἰσκαλεσάμενος εἰς τὰ βασίλεια, οὓς διοικητὰς τῶν δήμων εἴωθεν τὸ πλῆθος ἀποκαλεῖν. tribunos, quos populi administratores vulgus appellare solitum est, in palatium accivit imp.* Zonaras in Phoca. *ὁ Φωκᾶς τὴν γυναῖκα Λεοντίαν Αὔγουσταν εὐθὺς ἀνηγόρευσε τῶν δήμων παρόντων. τότε διὰ τόπων ἐν οἷς ἵσταντο ἀμφιβολίας γενομένης τοῖς Πρασίνοις, καὶ τοῖς Βενέτοις, στασιάζειν ἤρξαντο κατ' ἀλλήλων. πέμψας δέ τινας ὁ Φωκᾶς κατασκευάζειν αὐτοῖς τὴν στάσιν ἐπεχείρει. ἑνὸς οὖν τὸν σταλέντων τὸν τῶν Πρασίνων ὑβρίσαντος δήμαρχον, καὶ τοῦτον ὠθίσαντος, μὴ ἐνεγκόντες οἱ τοῦ δήμου τοῦτο, ἔκραζον. Leontiam uxorem Augustam praesentibus factionibus statim renuntiavit. tunc propter locorum dignitatem inter Prasinos et Venetos orta contentione tumultuari ad invicem coeperunt. quibusdam vero missis, loca eis assignare Phocas conabatur. missorum itaque quopiam Prasinae factionis ducem convitiis excipiente ac eum impellente, factionis illius viri iniuriam non tolerandam rati, vociferebantur.* factionis cuiusque vir δημότης, et δημοτεύειν qui eos in unum cogebant, dicebatur: δημοκρατίαι tandem unius in alteram partem pugnae victoria. Procopius de bello Persico lib. 1. *populi δῆμοι in qualibet civitate iamdudum in Prasinos et Venetos divisi erant (fullonia quidem nomina) quorum gratia inter spectatores, et pecunias erogare, et corpora diris cruciatibus affligere, denique ignominiosam oppetere mortem non dedignantur. certant enim cum opposito, non animadvertentes cuius gratia periculum subeant: nasciturque illis erga proximos inimicitia quaedam nulla de causa, quae nec generi, nec necessitudini ulli parcit: apud hos vincere fuerit, si qua impietate in deum utantur, si et leges, et res publicae violentur. cuius sceleris participes quoque foeminae sunt, non solum ipsos sequentes viros, sed cum eis si oporteat in certamen descendentes, quamvis alias in theatrum non veniant. super quibus nihil ego satis habeo dicere, nisi morbum hunc esse animi communem, qui omnes civitates ac populos invasit.*

278, 11. *πάκτα στοιχήσας*] pacem hoc anno depactam Theophanes, Iornandes de regn. ac temp. succ. seditionis anno, qui insequens est: Marcellinus Iustiniani 6, Procopius Persicum bellum annis 7 durasse affirmat.

Ibid. 14. *πέμπτῳ ὄντι*] ita chronicon Alexandrinum, et Marcellini.

Digitized by Google

278, 15. *τοῦ λεγομένου Νίκα, ἡ ἀνταρσία*] Procopius posita superius prosequens. *tunc magistratus*, inquit, *qui erat Byzantii, horum quosdam seditiosorum ad supplicium ducebat: reliqui vero simul convenientes rapiunt, ac in carcerem ingressi eos, qui pari seditione, aut alia quavis turpi causa vincti erant, liberant; ministros, ac satellites magistratuum sequentes interficiunt*, etc. *ignis tota urbe haud aliter quam ab hostibus cernebatur*, etc. Euagrius lib. 4 cap. 13 Procopii verba contrahens: *ἐπάγει*, scribit, *τὴν ἀνὰ τὸ Βυζάντιον γενομένην τῶν δημοτῶν στάσιν, ἣ προσηγορίαν τὸ σύνθεμα τῶν δήμων δέδωκε. τό, Νίκα, γὰρ ἐπίκλην ποιοῦσι τοῦτο τῶν δήμων ἀλλήλοις συναφθέντων σύνθεμα δόντες τῆς ἐς ἀλλήλους γνώσεως. adiicit seditionem popularium CP. conflatam, quae nomen ex tessera populi accepit: quippe Vincas fuit propterea appellata, quod populus inter se congressus, hanc tesseram, Vincas, sibi praescripserit, quo alter ab altero internosceretur.*

Ibid. 20. *προσκιόνιον*] Procopius interpres: *vestibulum.* infra, *εἴσοδον τοῦ παλατίου.*

279, 3. *τρόπῳ τοιούτῳ*] imperfecto sane, et obscuro penitus. qui plenam et integram peractae seditionis istius requiret historiam, Procopium lib. 1, de bello Persico, chronicon Alerandrinum, et Marcellinum comitem ad hunc annum consulet.

Ibid. 5. *ἄκτα*] ex publicis *actis* haec deprompta intellige: vel potius; *acta sunt haec propter Calapodium spatharium.*

Ibid. *Καλαπόδιον*] pronuntiat etiam Graecum vulgus *Καλαπόδιον*, vice *Καλοπόδιον.*

Ibid. 7. *τοῦ βίκας*] plebem CP. maximeque Prasinorum factionem Latine exclamasse, *tu vincas*, non Graece *νίκα*, verba praesentia confirmant ut credam. chronicon Alexandrinum ponit *τοῦ βίγκας.*

Ibid. 9. *Μανδάτωρ*] Suidas, et lexicon Regium ms *πεύθην*, qui secreta explorat, et interrogat, vel etiam principis mandata ad populum refert, *praeco, imperatoris lingua*: de quo abunde Rigaltius.

Ibid. 10. *εἰς τὰ τζαγγαρία εὑρίσκεται*] aenigmatica locutio. *τζάγγαι*, et *τζαγγία ocreae* sunt, a quibus opifex *τζάγγας*, sive *τζαγγάρης*, *calcearius*, *σκυτεύς sutor*, *τζαγγαρία sutoria officina. καλοπόδιον pes ligneus* est, et *exemplar*, ad cuius mensuram et formam consuuntur calcei. *Καλοπόδιος* autem cubicularius Iustiniani, et spatharius erat is, de quo

Digitized by Google

populi ad imperatorem querelae, quem eum aperte nominare nollet, *φοβοῦμαι ὀνομάσαι* nuper dixit, tacite subindicavit eius nomen, allusione facta ad *calcearium καλοπόδιον*, dicens: *εἰς τὰ τζαγγαρία εὑρίσκεται.* aperte nomen eiusdem inferius pronuntiatur. *Καλοπόδιος ὁ σπαθάριος ἀδικεῖ με.*

280, 10. *εἰς ἕνα βαπτίζεσθαι*] sarcasmus, quo Manichaeorum non in trinitate, sed in deo solo baptizantium error, populo exprobratur. placet tamen alia lectio, qua populo Manichaismus exprobratur: *εἰς ἕνα βαπτίζεσθε. unius nomine baptizamini.*

281, 10. *Σαββάτης*] Sabbatius Iustiniani pater. Procopius in anecdotis in contrarium alia confingit: principem a Procopii calumniis vindicat Gabriel Trivorius in observat. apologetica ipsius Iustiniani.

Ibid. 11. *εἰς τὸ Ζεῦγμα*] origines CP. adhuc ms. *τὸ καλούμενον Ζεῦγμα, ὁπόταν ἐκομίσθη τὸ σῶμα τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου ἐκεῖσε ἐζεύχθησαν μοῦλαι, καὶ ἦραν τὸ σῶμα ἕως Κωνσταντινιανῶν· καὶ οὕτως ἐκλήθη Ζεῦγμα. Zeugma locus dictus est, quod quando delatum est protomartyris corpus, in eo iugo aptatae sint mulae. et tulerunt corpus usque ad Constantinianas: atque ita locus Zeugma vocatus est.*

Ibid. 12. *ἂς ἐθεώρησεν*] *ἂς* particula exhortandi vel optandi apud neotericos Graecorum: *ἂς ποιήσῃ*, utinam faciat, vel faciat imperative: indicativi significantiam in optativi transfert, *ἂς ἐθεώρησεν*, utinam spectasset.

282, 16. *τὸ μισῶ*] expone *ὃ μισῶ.*

Ibid. 20. *μαγιστόρων*] populi tribunos qui superius *δήμαρχοι.*

283, 6. *εἰς τὸν ἅγιον Λαυρέντιον*] ad sinus CP. laevam extructum templum hoc nomine. Procopius lib. 1 de aedif. Iust. *τότε γὰρ ἐν ἀριστερᾷ τοῦ κόλπου Λαυρεντίου μαρτύριον.* Marcellinus comes ad annum 453. *Pulcheria Augusti Marciani principis uxor S. Laurentii atrium inimitabili opera consummavit,* etc.

Ibid. 10. *εἰς τὸ πραιτώριον*] praefecti urbis palatium, quo iudicia sanguinum exercebat, et reos carceribus vinctos detinebat: de quo inferius.

Ibid. 15. *τὰ Λαύσου*] Lausi patricii, qui sub Arcadio floruit, aedes. Gyllius de topographia CP. lib. 2 cap. 25.

Ibid. 19. *τῶν Προτικτόρων*] qui principem foras prodeuntem comitantur, ius Palatium observant et protegunt. Procopius in anecdotis. Pancirollus in not. imp. cap. 89.

Digitized by Google

283, 19. *Αὐγουστέως*] Augusteum, opsoniorum forum appellatum, quod idibus Octobris regionum curatores, et Sebastophori in Augusti honorem ibi saltarent; vel quod Constantini et Helenae statuae in eo essent erectae. Suidas v. *Αὐγουστεῖον*.

284, 1. *Ἰουλιανὸν Πρόβου*] Iulianum cum coniuratis memorat chronicon Alexand. Probum Hypatii consobrinum Marcellinus, et Procopius lib. 1 de bello Persico.

Ibid. 5. *ξενῶνα τοῦ Σαμψών*] a Constantino aedificatum. euchologium.

Ibid. 7. *ἐκ τετραέντου*] chronicon Alexandrinum legit *σὺν τοῖς φοβεροῖς, καὶ θαυμαστοῖς κίοσι πᾶσι ἐκ τετραέντου*· adeoque columnarum materiam, et marmoris genus vox illa peregrina indicat.

Ibid. 18. *ἀπὸ Φλαβιανῶν*] chronicon Alexandrinum habet *ἀπὸ Κωνσταντινῶν*· at tam Constantini, quam Flaviani fuere legionarii comitatenses sub magistro militum per Thracias, a Flavio Constantino, qui magnus, instituti. notitia imp. Orient. et Pancirollus in eam cap. 53.

Ibid. 19. *διακόσιοι*] chronicon idem *διακόσιοι πεντήκοντα*.

Ibid. *λουρικάτοι*] idem *φοροῦντες ζαβάς*. *zaba, lorica cucullata*. Meursius.

285, 2. *εἰς τὰ λεγόμενα Πούλπιτα*] locum hunc tacet Procopius de bello Persico lib. 1, caetera describit enucleatius. eadem chronicon Alexandrinum.

Ibid. *ὄπισθεν τοῦ καθίσματος*] Procopius. *ubi imperator consistere consuevit, ac equestre gymnicumque solitus est spectare certamen.* infra. *Augusteum thronum* nuncupat.

Ibid. 6. *σπαθαρίους*] Cedrenus, *σπαθάριος, ὁ σωματοφύλαξ*.

Ibid. 8. *ῥογεύω*] *erogo, distribuo.* superius de *roga*.

Ibid. 14. *διὰ τῆς σφενδόνης*] an *σφενδόνη* fuerit circi *ἀφετηρία*, carcer nimirum ex quo, velut e *funda* lapis, procurrebant aurigae, vel utrum circi pars extrema, et opposita, quae *meta*, et *καμπτὸς* Suidae v. *βαλβίς*, quod ex ea duo circi curricula et spatia spectata fundam referant, divinet alius.

Ibid. 15. *διὰ τοῦ μονοπάτου*] chronicon Alexandr. *διὰ τοῦ μονοπόρτου*. Rigaltius. *μονοπάτια*, itinera angusta, per quae uni tantum patet incessus. Anonymus. *ὀφείλουσι δὲ οἱ ἔνδον τοῦ τάγματος μικρὰς ὁδοὺς ἀφορίζειν, τὰ λεγόμενα μο-*

Digitized by Google

νοπάτια· debent qui stant in media acie vias angustas, monopatia dictas, liberas relinquere. μονόπατος itaque a Palatio ad circum via.

286, 7. *ἰλλουστρίων*] Pancirollus in notit. imp. cap. 2 in duas classes senatus dividi coepit, illustrium, et clarissimorum; hi patricii, illustres alii, senatores minorum gentium. Basilic. eclog. 7. *οἱ ἀπὸ πατρικίων, ἕως ἰλλουστρίων εἰσὶν οἱ συγκλητικοί. senatores a patriciis ad illustres usque numerantur.* glossae Basilic. *ἰλλούστριος, εὐγενής.*

Ibid. 10. *ἀστέρων γέγονε δρόμος*] Agathias lib. 5 post initium.

Ibid. 15. *Θεοδώρα ἡ εὐσεβεστάτη*] videnda quae de Pythiorum aquis scribuntur in notis ad annum Iustiniani 37.

287, 1. *Πρίσκος ὁ ὕπατος*] is videtur Emesenus, de quo Suidas v. *Πρίσκος*, nomine, notarum experimento, et eius poena talem asserentibus. consulem eum non agnoscunt Fasti, quare *τὸ ὕπατος*, vel eius est cognomentum, vel promissam ac designatam duntaxat dignitatem enuntiat. videndus Baronius ad an. 535 a num. 16 ad 21, apud quem lex de praescriptione Belissario consule lata, anno sequenti emanasse censenda, post poenam nimirum Prisco irrogatam.

Ibid. 5. *γεγόνασι Οὐανδαλικοὶ πόλεμοι*] Marcellini chronicon anno Iustiniani 7, indict. 12, Iustiniano ipso IV consule. reliqua Procopius de bel. Vand. l. 1.

Ibid. 6. *οἱ γὰρ Οὐανδῆλοι*] ex Procopii lib. 1 de bello Vandalico excerpta narratio.

Ibid. 8. *Γουδιγίσκλου*] Procopius Latinus Godigiscum scribit.

Ibid. 10. *Γόνδαρις*] idem Gontharis.

288, 1. *Αὐράσιον*] idem. *Aurarium* (alibi Abrasium, et Aurasium) *mons in Numidia iter dierum* 33 *a Carthagine distans, ac ad meridiem spectans, in quo Maurusii a Vandalis se tuebantur.*

Ibid. 2. *Γουνδαβοῦν*] Gundabundus.

Ibid. 5. *Τρασαμοῦνδος*] Trasamundus.

Ibid. 11. *Ἀμαλαφριδά*] videndus Iornandes lib. de rebus Geticis, quo Amalafredam eam appellat.

Ibid. 16. *Λύσιον*] repone Lilybaeum, Procopius de bello Gotth. lib. 1.

289, 5. *Ἀμεργοῦς*] Amer.

Ibid. 17. *Εὐγένης*[Euagenes.

Digitized by Google

291, 14. *Γουδεῖς*] Godas.

292, 5. *Ἀλφίαν*] Althian.

Ibid. 9. *Σισίννιος*] Sinnion.

Ibid. 12. *ἦσαν δὲ καὶ δρόμωνες*] Procopius. *ἦσαν δὲ αὐτοῖς πλοῖα μακρὰ ὡς ἐς ναυμαχίαν παρεσκευασμένα ἐνενήκοντα δύο. μονηρῆ μέν τοι καὶ ὀροφὰς ὕπερθεν ἔχοντα, ὅπως οἱ ταῦτα ἐρέσσοντες, πρὸς τῶν πολεμίων ὡς ἥκιστα βαλοίντο. δρόμωνας καλοῦσι πλοῖα ταῦτα οἱ νῦν ἄνθρωποι. erant et cum ipsis navigia longa ad duo et nonaginta superne tegminibus contecta, ne remiges ab hostibus laedi possent. haec dromonas nunc, id est cursorias vocant: excurrere enim celeriter possunt.*

292, 18. *Τζάτζονα*] Zazonem.

Ibid. 19. *ἕβδομον δὲ ἦν ἔτος*] *Iustinianus anno septimo principatus in veris initio navim praetoriam ad littus iuxta aedes imperatorias deduci iussit,* quam citius cum toto exercitu soluturam.

293, 8. *Καύχανα*] Cauconem.

294, 1. *Κεφαλὴν Βράχους*] Caput Vada.

Ibid. 20. *Βεριδάριος*] *quidam ex his qui equo celeriter invecti regias proferunt litteras, quos Veredarios appellant.* Procopius idem.

295, 17. *Λεπτῆς, Ἀδραμούτου, Χράσιν*] Lectus, Adrumetum, Gressa.

296, 6. *Ἀματᾶν*] Ammatas.

298, 18. *ἐπὶ Μηδείαν ἐχώρουν*] Peyrezianus codex correctissime legit, *ἐπὶ δημίαν ἐχώρουν*, *publicam ingressi sunt viam.* Procopii interpres. *Vandali itaque neque Carthaginem, neque Byzantium* (lege Byzacium) *unde venerant, sed in Bulae campum, ac in partem, quae ducebat in Numidas, fugerunt.*

302, 4. *ὁ δὲ Γελίμερ παραλαβὼν*] quae sequuntur librum Procopii secundum de bello Vand. delibant.

307, 11. *ἐπὶ Σαρδὼ*] quae istis in locis Iustinianus extruxerit enumerat Procopius de aedif. Iust. lib. 6. *Κύρνος* porro legunt emendatiora exemplaria. alias dictiones vitiatas et emendatas indicant variae lectiones.

308, 2. *ἀπέστειλε δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ*] Iornandes de rebus Geticis ad finem.

Digitized by Google

308, 8. *ὁ δὲ φθόνος οἷα ἐν μεγάλῃ*] excerptorum Procopii de bello Vand. lib. 2 continuatio.

312, 9. *Βουλγαρίων*] Procopius Burgaon.

313, 9. *τέρας ἐν τῷ οὐρανῷ*] ex Procopii lib. 2 de bello Vand. ad medium. annum porro 12 numerat Procopii interpres in margine.

313, 15. *Βελλισάριος ἐστάλη*] Procopius de bello Gotthorum longe post initium. Marcellinus.

315, 8. *Τζότζας*] idem de bello Vandalico *Στόζας*. ita lectio cod. Barb.

316, 1. *Μανβρασάν*] idem Membresam. eandem lectionem exhibet cod. Pal.

317, 17. *Ἰαύδας τε, καὶ Ἀρταΐας*] Iaudas, et Althias.

319, 5. *ὑπὸ Ἰουτγίου*] Butinum vertit Anastasius. de Bultino Romam occupante scribit Agathias lib. 2, deque illo a Theophane diversa tradit.

Ibid. 11. *Γόγδαριν*] Procopius lib. 2 de bello Vandalico Gontharim.

Ibid. 12. *Βίγαν*] idem, Abigam.

Ibid. 13. *Βαυγαῆ*] idem Fabosim.

320, 13. *Ὀπτίων ὤν*] uno verbo lego *Ὀττιώνων*. Procopius ex quo Theophanes. *Geson erat nomine quidam inter pedites, eius ordinis quos Optios Romani appellant.* Pancirollus in not. imp. cap. 12. *adiutor olim Optio est dictus ab Optionibus, qui erant in legione.* Vegetius lib. 2 cap. 7. *Optiones*, inquit, *ab optando appellati, quod antecedentibus aegritudine praepeditis, hi tanquam adoptati eorum atque vicarii solent universa curare.* haec ille. adiungebantur autem centurionibus et ordinariis quibusque Optiones in legione, ut eorum vices subirent. Festus. *Optio*, inquit, *qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus.* hic adiutor dabatur centurioni a tribuno militum; qui ex quo tempore, quem velint, permissum est centurionibus optare, et nomen ex facto sortitus est.

322, 10. *Ζάβην*] Procopius Zeben.

Ibid. 11. *Ἡτηφήτην*] idem Sitiphitem. variae lectiones alias.

Ibid. 16. *ἐν τῷ ἑπτακαιδεκάτῳ*] quartum et decimum numerat Procopius.

Ibid. 20. *Λεπτήμαγναν*] ille *Λεπτίμαγναν*, marg. *Λεπτίμαγαν*.

Digitized by Google

324, 5. *Βέστην*] idem Bastem.

327, 15. *Κουτζίνας*] ille Cuzinas. alii codd. mss *Κουντζίνας*.

330, 19. *Ῥεπεάτου*] Procopius *Ῥεπαράτου*, ita Pal. cod.

334, 16. *Καλλίνικον*] Procopius ad lib. 2 calcem. *omnes Iustiniani partes assumentes Callinicum (nam sic in bello vocabatur) clamabant.*

335, 3. *Περίεκτα*] idem Prinecta. alia lectio Preicta.

Ibid. 13. *οἱ Λευάσθαι*] Leucathae Maurusii.

336, 6. *ὁ τῶν Ἰβήρων βασιλεύς*] Iberos, Colchos vocat Procopius lib. 2 de bello Persico, et cum Romanis foedus eis initum memorat.

337, 4. *ὁμονογενής*] missae sacrificio ineunte a cleri coetu hymnus iste etiamnum hodie in ecclesia Orientali canitur. *ὁ μονογενὴς υἱός, καὶ λόγος τοῦ θεοῦ ἀθάνατος ὑπάρχων, καὶ καταδεξάμενος διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθῆναι ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας, ἀτρέπτως ἐνανθρωπήσας, καὶ σταυρωθεὶς θεὸς ἡμῶν, θάνατον θανάτῳ πατήσας, εἷς τῆς ἁγίας τριάδος, συνδοξαζόμενος τῷ πατρί, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. unigenitus filius, et verbum dei immortale existens, qui ex sancta deipara, et semper virgine Maria, propter salutem nostram incarnari tulit, homo nulla sui mutatione accedente factus, et deus noster cruci affixus, morte mortem conculcans, unus ex sanctae trinitatis personis, qui cum patre, et spiritu sancto glorificatur, nunc et semper, et in saecula saeculorum.* edendi istius hymni causam, editique communem in ecclesia acceptationem erarrat Baronius ad annum Christi 520 num. 37, et ad annum 534 num. 22 et seqq.

Ibid. 5. *τὸ ὡρολόγιον τοῦ Μιλίου*] in Augustaeo foro ad S. Sophiae latus Milium, sive Milliarium extitit: de quo copiose Suidas, et Petrus Gyllius CP. topograp. lib. 2 cap. 23, et orig. CP.

Ibid. 7. *Ἐπιφανίου ἐπισκόπου τελευτήσαντος*] anno Iustiniani nono Epiphanium CP. episcopum letho succubuisse Baronius ad annum C. 535 num. 59 asserens ex eo arguitur: quod Ioannes Cappadox, qui ex Nicephori chronico, et ipsius Baronii assensu, annos duos thronum, quem cum Iustino auspicatus est, tenuit: successor autem Epiphanius annos 16 et menses 3 gessit pontificatum. Iustinus porro cum annos 9 regnaverit, reliquum Iustiniani decimo Epiphanium

Digitized by Google

mortem oppetiisse: ex quo additamenti ad Marcellinum Epiphanii decessum in annum Iustiniani 8 revocantis error alter haud dubie pinguior convincitur.

337, 11. *σύνοδον ἐκρότησεν*] synodum quintam sub Agapeto coactam ipsius verba testantur: et in eadem tempus, indictio nimirum 14, quae Belissarii consulatum excepit, observatur. quocirca ut eam auctor in decimam quintam reiiciat, non video. acta synodi 5 lustranda.

Ibid. 18. *Σίλβεστρος*] qui Sylverius.

338, 3. *μηνὶ Δεκεμβρίῳ*] in annum Iustiniani 10 et indictionem 15 reponit haec Marcellini additamentum: at cum auctor a Septembri auspicetur, annum unum et indictionem alteram adiecit.

Ibid. 12. *οἱ Βουλγάρεις δύο ῥῆγες*] miscella. *Vulger et Drongo.* inepte.

339, 6. *σωκόν*] interpretor *restem*, aut *vinculum*, quo fugiens hostis apprehenditur. *σωκέω* vero, vel *σωκίζω*, *hostem reti involvere.*

Ibid. 11. *παρέλαβεν ὁ Χοσρόης βασιλεύς*] Antiochiae et Apameae direptionem a Procopio lib. 2 de bello copiose descriptam paucis Theophanes contraxit. Marcellini additamentum, et Euagrius ante pestem annis 2 accidisse narrat lib. 4 cap. 38, de qua inferius.

Ibid. 14. *προσερρύη Ῥωμαίοις Μοῦνδος*] non hoc primum anno sese Romanis adiunxit, quem praeclarae res praeteritae iam ante diu sub Iustiniano meruisse ostendunt. sola igitur de Bulgaris, quam in Illyricum profecturus retulit, ad annum praesentem spectat victoria. priora Iornandes de rebus Geticis ita exprimit ad libri finem. "Petzam quoque suum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmiensem Theodoricus dirigit civitatem: quam ille, expulso rege eius Transarico, filio Trastile, retenta eius matre, obtinuit. indeque contra Sabinianum Illyrici magistrum militiae, qui tunc cum Mundone paraverat conflictum, ad civitatem cognomine Margum, quae inter Danubium Marcianumque flumina adiacebat, cum duobus millibus peditum, et equitibus quingentis, in Mundonis solatia veniens, Illyricianum exercitum demolivit. nam hic Mundo Attilanis quondam origine descendens, Gepidarum gentem fugiens, ultra Danubium in occultis locis, sine ullis terrae cultoribus debacchatur: et plerisque abactoribus, Scamarisque, et latronibus undecumque collectis, turrim, quae Herta dicitur, supra Danubii ripam occupans, ibique agresti ritu praedans vicinos, regem se suis

Digitized by Google

grassatoribus nuncupat. hunc ergo pene desperatum, etiam de traditione sua deliberantem, Petza subveniens e manibus Sabiniani eripuit, suoque regi Theodorico cum gratiarum actione fecit subiectum." exin Procopius de bello Gotth. lib. 1 nonnihil remote ab initio. "mundum Illyriorum praefectum in Dalmatiam Iustinianus misit, Gothis tunc subditam, etc. hic etsi barbarus genere, maximum tamen in modum imperatoris rebus studebat, et bello praevalidus erat."

340, 5. *καὶ ἐν τῷ παραγενέσθαι αὐτόν*] de Mundi victoria meminit Marcellinus comes in chronico.

Ibid. 15. *τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ*] epitome Procopii de bel. Pers. lib. 2 ad medium. additamentum Marcellini.

342, 2. *'Αβανδάζην*] Procopius Badaranes.

Ibid. 12. *παπυλεῶνα ἐπήξατο*] *subitum tugurium ex asseribus compactum, quod papylionem vocant.* Gallice, *Hutte.* Procopius.

344, 12. *Οὐττίγην*] *'Ιούτγιον* scripsit superius auctor pag. 174, de quo alia in variis lectionibus.

Ibid. 21. *Τιμοθέου ἐπισκόπου*] nonnulla ex his, nec pari modo narrata Euagrius lib. 4 cap. 11 et 36. Severum inter ac Iulianum ortam controversiam, ac eius materiam describit Liberatus cap. 19 ad finem.

345, 9. *Παῦλον*] Euagrius Zoilum. auctor ipse in anni sequentis laterculo Zoilum recenset.

Ibid. 13. *ἐν μηνὶ 'Οκτωβρίῳ*] hanc luem anno sequente Italiam pervasisse memorat additamentum Marcellini: quam per universum orbem incerto cursu vagatam referunt Procopius de bello Persico lib. 2, Agathias libro quinto, et Euagrius eius spectator lib. 4 cap. 38, eandemque Antiochia capta biennio posteriorem scribit: cui auctor assentitur anno ante praesentem secundo.

Ibid. 14. *ἡ ὑπαπαντή*] occursus dominici festum ecclesiastica lege in Occidente a Gelasio ante annos 30 celebrari iussum, imperatoria potestate per Orientem observari praecepit Iustinianus, ob liberatam mortali lue CP. ita Baronius in notis ad martyr. Rom.

Ibid. 16. *καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνί*] de variis terrae motibus CP. factis Procopius lib. 3 de bello Gothorum, et Agathias lib. 2 et 5 variis locis.

346, 4. *'Εξουμιτῶν*] in relatinonibus Aethiopicis ad societatis Iesu generalem anno 1624 datis scribitur. die primo Fremona deserta Accum, quae quondam Auxum, a qua Au-

Digitized by Google

xumitae, perveni. de illis Baronius ad annum 522 et 542. haec olim regum Aethiopiae regia, ut aedificiorum et amplitudinis reliquiae fidem astruunt. pyramides quippe sexdecim vel septemdecim uno solidoque lapide excisae visuntur inter antiquas aedes de gloria cum Aegyptiacis contendentes, quas veterum regum Mausolaea fuisse crediderim. his proxime lapis erectus cubitorum novem latitudinis, Graecis Latinisque litteris pene corrosis insculptus, ac foedus initum pacemque cum Romanis Aethiopibusque Iustini aetate compositam, legentibus facile demonstrans. de istis Procopius de bello Persico ante lib. 1, finem. Heliodorus Aethiop. lib. ult.

346, 4. *συνέβη πολεμῆσαι τὸν βασιλέα*] Exumitarum regis in Homeritas bella victoriamque perstringit Procopius lib. 1 de bello Persico. ipsorum, quos Auxumitas nuncupat, et hostium Homeritarum regionem, adiacentes populos, civitates, maria, et quae narrationem hic factam sunt consecuta posteris temporibus, longe lateque prosequitur. quare ad superiores annos et imperium Iustini revocandam nullus dubitabit, qui eam apud scriptorem eius regionis et gestorum testem a se lectam voluerit. a quo inter Symeonis Metaphrastis vitas translatam, in 24 Octobris diem Surius reposuit.

347, 14. *κόσμου ἔτη*] ad istius canonii marginem lego in Barb. cod. verba haec: *ἐν δὲ τῷ ἀντιγράφῳ ην ἀντὶ τῆς Ῥώμης τὰ Κωνσταντινουπόλεως ἔτη τε καὶ ὄνομα ἐκτὸς Ῥώμης·* transposito nimirum post CP. episcopi papae nomine, et in canonii loculis hoc sextum, illo quintum ordinem obtinente.

Ibid. 16. *καὶ τῷ αὐτῷ ἔτει ἐπληρώθη*] Suidas v. *Ἰουστινιανός*. et Procopius de aedif. Iustin. orat. 2.

Ibid. 17. *ὁ λεγόμενος Αὐγουστεύς*] *Αὐγουστεύς*, ipsa statua: *Αὐγουστεῖον* forum, et locus in quo erecta. Procopius ibidem.

348, 11. *πνεῦμα ἔχει Πύθωνος*] hoc est, *πυθομάντιν, καὶ τοῖς πυνθανομένοις μαντευόμενον*, pythomantem, et sciscitantibus divinantem. Hieronymus in Ezech. cap. 14 vocat *Pythicum spiritum.*

Ibid. 13. *ἐπανέστη ἡ θάλασσα*] hanc maris exaestuationem reponit Procopius lib. de bello Gothorum 3 ad 17 Iustiniani annum, qui a Septembri decimum octavum subintrat.

Ibid. 20. *χειμερία πολλή*] *χειμὼν* scripsit Cedrenus.

Digitized by Google

pluvia magna redditur ab Anastasio, quem sequor, et *continuum pluviae profluvium* verti. χειμῶνα namque recentiores Graeci vocant *imbrium copiam*: et ex gelu sive frigore, non aeque ac pluviis inundantibus et continuis frumenti vinique penuria solet emergere.

349, 1. διαστροφὴ περὶ τοῦ ἁγίου πάσχα] locum istum pro textus brevitate caliginosum, superfuso quoque Scaligeri errore redditum obscuriorem in bono lumine positurus Petavius, ubi patentes radios effulgere censuit, in oppositum obicem et eius umbram incautus incidit Protheoria ad notas in Nicephorum, et de doct. temp. lib. 4 cap. 24. lucem itaque reperit, verum umbram non effugit penitus. illustravit sane τὴν διαστροφὴν τοῦ ἁγίου πάσχα· *immutationem*, dicam potius, quam cum Anastasio et miscella *sancti paschatis eversionem*, vel cum aliis *ordinem perversum*. nam cum ex canone Nicaeno una cum Iudaeis et quartadecimanis sacrum pascha celebrare Christianis nefas sit, et quarta decima luna in diem dominicum incidente, in alium sequentem paschale festum remitti conveniat: anno Iustiniani decimo nono, die dominico et luna quarta decima concurrentibus, ac simul in Aprilis diem primum incidentibus, paschalem celebritatem, ne Iudaeis et quartadecimanis ecclesia consentiret, in diem alium dominic. qui Aprilis octavus numeratur transferri oportuit. prorogata vero paschatis solemnitate, cum carnisprivium subinde protelari deceat, utroque Iustiniani edicto, in hebdomadem aliam dilato, populus, ut iussus fuerat, paschatis peregit festum; carnisprivium autem ex imp. sancito die tantum undecimo statuendum, quasi pascha kalendas Apriles occupasset, die Februarii quarto obivit: atque ita hebdomade una, plus quam par foret, aut exigeret ecclesiae lex, ieiunasse repertus est. haec, ut Petavio, ita mihi textus illustrati arridet expositio: quae sequitur apud eum locis memoratis de Graecorum quadragesimali ieiunio observatio, mihi veritatique penitus adversatur. sciendum est, inquit posteriore loco, Graecos quadragesimale suum tempus, et ἀποχὴν inire a dominica sexagesimae, diebus ante pascha 56, ut ex Maximi computo, et Albino Flacco lib. de div. offic. cap. de septuag. liquet, cuius instituti ea ratio est. cum enim Graeci, ut et Occidentales (sic quippe legendum puto, non Orientales) 40 solidos dies ieiunio dicare statutum habeant: ac neque dominicis diebus neque sabbatis, uno excepto paschali ieiunare soleant: necesse est ut initium τῶν ἀποχρεωσίμων ἡμερῶν antevertant. nam Romana ecclesia τεσσαρακοστὴν suam incipit a dominica prima quadragesimae, quae ab dominica quinquagesimae proxima est. ab hoc vero die ad sabbatum ma-

Digitized by Google

gnum inclusive dies sunt 42, ex quibus sex dominicis ἀνηστεύτοις expunctis, reliqui sunt dies 36 ieiunio dicati (nam sabbatis ecclesia Occidentalis ieiunat); quare ut 40 dies νήστιμοι confiant, ieiunii caput antevertitur, et a fer. 4 ante dominic. quadrag. initium repetitur. at vero Graeci, qui ex 42 illis diebus, non sex, sed duodecim eximunt (neque enim sabbatis ieiunant) cum 30 solum dies ieiunio consecratos residuos habeant, decem reliquos ex anterioribus hebdomadis compensant. itaque solidas duas adiiciunt, et primam dominicam, quam ἀπόκρεων, vel ἀποκρεώσιμον vocant, statuunt in dominicam sexagesimae, a qua ad sabbatum paschale dies sunt 56 ἀποκρεώσιμοι, exemptis dominicis octo, et sabbatis septem, reliqui sunt dies ἀπόσιτοι 41. quippe sabbato magno, uti dictum est, ieiunant Orientales. quamobrem dominica prima, quam nos sexagesimae nominamus, a Graecis ἀποκρεώσιμος ἑορτὴ dicitur. haec ille subtiliter: at quam Graecorum gestis et dictis absona paucis discutio. in Graecorum aeque ac Latinorum ieiuniis ciborum quantitatem, qualitatem, et dies quibus ciborum abstinentia praecipitur, observari necesse est. μονοφαγίαν, *unicam comestionem* ad vesperam tantum olim concessam ipsi fatentur: at nunc post meridiem confestim decantatis vespertinis officiis, et praeconsecratis sumptis mysteriis, circa horam a meridie secundam ex ecclesiae permissu cibo corpus possunt reficere. ξηροφαγία apud eosdem intemerata usque in hodiernum diem perseverat, eaque non carnes modo et lacticinia repudiat, sed pisces etiam perfectos (ut conchylia polypodesque exsangues excipias) perfectos dico, quibus inest sanguis, oleumque ipsum per quadragesimam execratur: adeoque completum illis est ieiunium piscium et olei abstinentia. quoad ieiunii quadragesimalis tempus; illud si proprie rigideque observes, ex proprio ipsorum sensu sex et triginta diebus cum medio absolvitur: si rigorem paululum relaxes, ad dies sex et quadraginta, vel etiam ad octavum supra quadragesimum ascendit, ad sextum et quinquagesimum, ut vult Petavius, nusquam. attenta eorum consuetudine, quae dictorum est obscuritas, dissipatur. dominica, quae Latinorum est sexagesima, Graecis κρεωφάγος, alias, ἀπόκρεως, et ἀποκρεώσιμος nuncupatur, quod in ea carnes adhuc comedere liceat, et eadem elapsa carnium praecipiat abstinentiam. porro ἀπόκρεως ἑορτὴ haud magis apud Graecos celebratur, quam in Latinorum ecclesiis carnisprivii rubris licet characteribus in diario notati festum. dies illi sex sexagesimam nostram, et Graecorum ἀπόκρεων excipientes lacticinia, caseum, ova illis apponi permittunt, etiam feria quarta et sexta ieiunio dica-

Digitized by Google

tis diebus, de quibus iterum sermo. sequitur dominica nobis quinquagesimae, Graecis *τυρινή*, sive *τυροφάγος* in ecclesiasticis officiis vocata, quod per eam totam caseum et ova permittat ecclesia, illisque in ea comestis, sequutura mox quadragesima illis omnino perpetuum vale dicendum instet. feria secunda sequens ieiunium quadragesimale *ἐγκαινιάζει*, et ab ea non casei modo et ovorum, sed piscium quoque et olei interdicitur usu. sabbatum tamen et dominicae ea severa eximuntur lege, et oleum in eis indulgetur solum: die vero dominicae incarnationis, quae alias *annunciatio εὐαγγελισμός*, et *βαΐων palmarum* festo, pisces quicumque ut et oleum nusquam denegantur. quare relicta annunciationis, quae modo quadragesimam subit, modo ab ea remota est, celebritate, mente quoque remotis sabbati dominicisque diebus, quibus olei datur facultas, si tamen sabbatum magnum paschatis pervigilium (est enim dies ille magnus sabbati ex sacris canonibus) dempseris, rigidi strictiorisque ieiunii quadragesimalis sex et triginta dies colliguntur: quinque nimirum, hebdomadum septem unaquaque, qui triginta quinque conficiunt, alter sabbati magni, qui sextum addit, paschalisque noctis ea pars media, quae auroram, ante quam ieiunium abrumpere non licet, respicit: ex quibus cunctis apud Graecos ieiunium quadragesimale austerius non nisi sex et triginta diebus cum aliquota septimi parte censendum est. ac ne figmento mihi praemissa expositis vertatur, Matthaei Blestatis canonistae Graecos inter celebratissimi cap. 5 Elementi T. super ea re scriptam profero sententiam. *σημείωσαι ταῦτα*, inquit, *ἅπας ὁ παλαιὸς νόμος τοῖς ὁρατοῖς ἐκπαιδεύειν εἰώθει τὴν τῶν ἀοράτων κατάστασιν, καὶ τοῖς σωματικοῖς τῶν πνευματικῶν πραγματεύεσθαι τὴν διόρθωσιν. πρὸς δὴ τοῖς ἄλλοις καὶ τὰς τῶν ὑπαρχόντων δεκάτας τῷ θεῷ καθιεροῦν τοῖς παλαιοῖς ἐτησίως προστέτακτο. τὰ δὲ τυπικῶς παρ' ἐκείνοις τελούμενα, μυστικῶς ἡμῖν ἐκλαμβάνεται. ἡ γοῦν θεία τῶν ἀποστόλων λογὰς μὴ καταλύειν, ἀλλ' ἀναπληροῦν, κἂν τούτῳ ἔνδεον ἐγνωκότες τὸν νόμον, οὐκ ἐπικαίρων παραγμάτων, ἀλλὰ τῶν ἡμερῶν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἑκάστης τοῦ ἐνιαυτοῦ περιτροπῆς τὰς δεκάτας καθιεροῦν τῷ θεῷ τεθεσπίκασιν· ὡσὰν διὰ τῆς ἐν αὐταῖς σπουδῆς, καὶ θερμοτέρας μετανοίας, τὰ παρ' ὅλον ἐνιαυτὸν τῆς ψυχῆς ἀρρωστήματα σὺν θεῷ βοηθῷ δυνηθείημεν ἐξιάσασθαι· τὸ δεκατὸν δὲ τοῦ ἐνιαυτοῦ τὰς τῶν νηστειῶν ταύτας ἡμέρας εἶναι φαμέν· αἱ γὰρ ἑπτὰ τούτων ἑβδομάδες χωρὶς τῶν σαββάτων, καὶ κυριακῶν ἡμέραι γίνονται πέντε πρὸς ταῖς λ', προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ μεγάλου σαββάτου, καὶ τοῦ ἡμίσεος τῆς λαμπρᾶς καὶ φωτοειδοῦς νυκτός, ἡμέραι γίνονται λϛ', καὶ ἡμίσεια, τὸ δε-*

Digitized by Google

κατὸν ἀκριβῶς οὖσαι τῶν τξε' τοῦ ἐνιαυτοῦ ἡμερῶν. τῶν γὰρ τριακοσίων τὸ δεκατόν, τὰ τριάκοντα· καὶ τῶν ἑξήκοντα, ἕξ· καὶ τῶν πέντε τὸ ἥμισυ. haec tibi observanda. lex tota vetus visarum ope rerum aliarum a visu remotarum conditionem quondam edocere solebat, et per corporearum usum spiritualium dispositionem rectam sibi comparare. inter caetera vero maxime, facultatum decimas annis quibusque redeuntibus deo offerre in praecepto fuit. quae porro ab ipsis in figuris peracta, mystice a nobis excipiuntur. verum cum sacer apostolorum coetus haud legem solvere, quinimmo eam adimplere sibi proposuisset, non fluxarum rerum, sed ipsius vitae nostrae decimas singulis annorum periodis deo consecrandas sanxerunt: ut studio per eas exhibito, poenitentiaeque fervore contractas toto anni decursu infirmitates, opitulante deo, curare possemus. hos vero ieiuniorum dies partem anni decimam in sese includere praedicamus. hebdomades siquidem eorum septem, sabbatorum et dominicarum diebus exclusis, quinque ac triginta dies componunt: si vero magnum addideris sabbatum, ac illustris et luciformis noctis partem mediam, triginta sex et medius constituentur dies, qui trecentorum sexaginta quinque totius anni dierum ex aequo pars decima sunt agnoscendi. trecentorum enim pars decima, triginta: sequentium sexaginta, sex: residuorum quinque, unius medium existit. diebns istis sex et triginta adde sabbata quinque, et dominicas totidem, quibus oleum comeditur (sabbatum enim magnum rigorem ieiunii servat, palmarum vero dominica piscium esculentis austeritatem remittit) Graecorum quadragesimam sex et quadraginta dierum numero conflatam percipies: diemque quadragesimae primum ac purum illius exordium feria post quinquagesimam secunda, quam illi ex ciborum defaecata sumptione *καθαρὰν δευτέραν* nominant, constitues. dominica porro quadragesimae illis pariter cursus quadragesimalis prima est inter dominicas, et *ὀρθοδοξίας* nomen obtinet, eiusdem licet stadii gressus, hoc est, dies sit septimus: primus quippe *τυρινήν*, quinquagesimam intellige, sequitur. argumentum profert Graecum evangelistarium, seu liber evangeliorum, quo post *κυριακὴν τυροφάγον* occurrunt *εὐαγγέλια ἀναγινωσκόμενα εἰς τὰς παννυχίδας τῆς πρώτης ἑβδομάδος τῶν νηστειῶν, evangelia legenda in vigiliis, id est, in vesperis primae ieiuniorum hebdomadis:* tum vero *τῇ δευτέρᾳ ἑσπέρας· τῇ γ', τῇ δ', τῇ ε', τῇ παρασκευῇ, τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας. feria* 2 3 4 5. *parasceue, sabbato ad vesperas:* ac demum *κυριακῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν. prima ieiuniorum dominica:* qua lib., qui thesaurus inscribitur, inter eorumdum officia Damascenus studites sermonem habet,

Digitized by Google

δι' ἣν αἰτίαν παρελάβομεν τὴν ὀρθοδοξίαν ἐπιτελεῖν τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν· ob quam causam orthodoxiae celebritatem prima ieiuniorum sanctorum dominica peragere accepimus. a Tyrophago itaque sive a casearia dominica, non ἀπὸ τῆς ἀπόκρεω, quae praecedens est, et carnisprivii Graecum quadragesimam exordium sumere censebis: cum inter utramque, carne sola prohibita, etiam quarta sextaque feriis (quas canon apostolicus 65 ieiunio dedicat) a caseo ex sancti Nicephori patriarchae indulgentia sumendo non sibi temperent, teste horologii, sive diurni sacro typo in protheoria ad notas in Nicephorum a Petavio relato: *εἰδέναι χρὴ ὅτι τῇ τετράδι καὶ παρασκευῇ τῆς τυροφάγου μετὰ τὴν ἐννάτην ἐσθίομεν τυρὸν καὶ ὠά, διὰ τοὺς Ἰακωβίτας, καὶ τετραδίτας, κατὰ τὸν κανόνα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου τοῦ ΚΠ. sciendum feria quarta et parasceve post caseariam dominicam nona dicta, caseum et ova nos comedere propter Iacobitas, et tetraditas ex canone S. P. N. Nicephori episcopi CP.* ceterum qua ratione numerus quadragenarius mystice et figurate in ieiunio sit attendendus exponit Blastares loco supra memorato.

349, 8. *παρελήφθη ἡ Ῥώμη*] Pseudo-Marcellinus ad Iustiniani annum vicesimum. *Totila dolo Isaurorum ingreditur Romam die* 16 *kal. Ianu. ac evertit muros, domos aliquantas igni comburens, ac omnes Romanorum res in praedam accepit*, etc.

Ibid. 9. *καὶ ὁ πάπας Βιγίλιος παρεγένετο ἐν ΚΠ.*] idem. *papa Vigilius ingressus est CP.* 8 *kal. Febru.*

Ibid. 10. *ὑπισχνεῖτο ποιεῖν ἕνωσιν*] Facundus Hermianensis contra Mocianum: *quoniam occulta eius ante iudicium pollicitatio tenebatur, in qua se spopondit eadem capitula damnaturum*, etc. infra. *de ipsius episcopi Romani chirographis*, etc. *necessarium duximus non tacere*, etc. eadem Liberatus breviarii cap. 22.

Ibid. 12. *ὡς ἐπαρθέντα*] correctius *ἐπαρθείς*. voces ab Anastasio in excerptis omissae. forsan ab aliquo additae. suaviter interpretandae. *tanta animi fiducia usus, eo se animo extulit: adeo animatus est.* displicet quippe ex Graeco Nicephori haec versio. *eo insolentiae progressus est.*

Ibid. 13. *ἀκοινωνησίαν δ' μηνῶν*] Facundus Hermianensis lib. 4. *sed ecce iam veniens ex itinere* (Vigilius) *quod ei videbatur edixit, et facti huius auctori* (Mennae) *correctionem tumultuariae suae transgressionis indixit*, etc. contra Mocianum: *propter quod illos qui talibus communicaverant, veniens in regiam civitatem a communione suspendit.* videndus Sir-

Digitized by Google

mondus in notis, et in synopsi chronica ad easdem notas adiecta. illustrissimus quoque de Marca archiepiscopus Tolosanus, dissertatione in epistolam decretalem Vigilii papae.

349, 19. *Σεργίου τοῦ μάρτυρος μονῆς τῶν Ὁρμίσδου*] origines CP. *τὰ καλούμενα Ἀρμάσδου λιμὴν ἦν μικρός, ἐν ᾧ ὁ μέγας Ἰουστινιανὸς ἐχρημάτισεν αὐτὸν κοιτῶνα,* (lego *κτησθῆναι ναὸν*) *καὶ ὠνόμασε Σέργην καὶ Βάκχον. ἕτερον δὲ ἀποστόλων· ὅτε τὸν χρησμὸν ἔλαβεν ὑπὸ κάτω τῶν βαθμίδων, ὅτε τὴν σφαγὴν ἐποίησεν εἰς τὸ ἱππικόν. ἐκλήθη Ἰουλιανοῦ λιμήν, ὅτι ὁ κτίσας αὐτὸς οὕτω ἐκαλεῖτο. locus Armasdi nomine vocatus, angustus portus, in quo magnus Iustinianus templum aedificari iussit, et Sergii Bacchique dictum voluit: aliud quoque apostolorum cum infra gradus monitum accepit* (a Belissario ne fugiens mari se committeret, de quo Theophanes ad annum 7) *quando caedem ac stragem in circo edidit. portus Iuliani nuncupatus est: id enim fuit eius qui condidit nomen.* dissolvunt haec verba quam Baronius ad annum 552 num. 17 conglobat obiectionem: quod Theophanes nimirum ad Sergii, ipse Vigilius ad Petri sacram aedem asylum quaesivisse scribat: quae sane difficultas nulla est, cum eodem in loco Sergii et apostolorum (aliud nimirum ab eo quod Constantinus extruxit) templum fuerit a Iustiniano conditum: de quibus Procopius de aedif. Iustin. orat. 2, et copiose et graphice Gyllius topographiae CP. lib. 2 cap. 16. locus uterque asyli privilegio, quod a Iustiniano conditus esset, gaudebat.

350, 13. *ἐγένοντο σεισμοί*] de quibus superius ex Procopio et Agathia.

Ibid. 18. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει, μηνὶ Ἰουνίῳ*] anno belli Gothici decimo quarto ait Procopius lib. 1. de eiusdem obitu verbis ultimis lib. 2 de bello Persico.

351, 8. *προκένσου δὲ γενομένου*] comitatum, obsequium, ac processum regium nemo dubitabit, qui chronici CP. sententiam attendet: *ὁ ἅγιος Ἰωάννης, καὶ αἱ Ἀρκαδιαναὶ παρὰ Ἀρκαδίου ἐκτίσθη ἐπιλεξαμένου καὶ ἐκ τῶν πολιτῶν χιλιάδας ἓξ ὀψίκιον εἰς τὰ πρόκενσα αὐτοῦ, ἤγουν μεταστάσιμα. S. Ioannis templum, et thermae Arcadianae ab Arcadio sunt conditae, imperatore ex civibus millia sex sibi deligente in obsequium cum per urbem procederet.* de Arcadianis satellitibus, et obsequio ex eis composito ad Arcadium superius.

Ibid. 9. *ἐν τῷ Ἑβδόμῳ*] Hebdomus CP. suburbium ad Orientem: de quo Gyllius topogr. CP. lib. 4 cap. 4, ex Procopio de aedif. Iustini orat. 2.

Digitized by Google

351, 9. *βεστήτορες*] Cedrenus *βεστιαρῖται, rei vestiariae ministri:* de quibus Pancirollus ad notitiam imperii cap. 81.

Ibid. 19. *τῷ δὲ Μαρτίῳ μηνί*] alia ad rem praesentem spectantia refert Procopius de aedif. Iustiniani orat. 2.

352, 6. *γέγοναν*] ita vulgaris lingua vice *γεγόνασι.* terminatione nimirum aoristi praeterito attributa.

Ibid. 12. *μηνὶ Ἀπριλλίῳ, ἰνδικτιῶνος δ'*] adstipulabitur Theophani additamentum Marcellinum, si Narsem hoc anno missum, succedente bellum confecisse intelligas.

Ibid. 16. *τῷ δὲ Ἰουλίῳ μηνί*] varios et ingentes per Phoenicem terrae motus, quibus Berytus, et aliae civitates corruerunt, describit Agathias lib. 2 et maturis iam frugibus, prout *τῷ Ἰουλίῳ μηνὶ* contigisse narrat.

353, 9. *γεγόνασι τὰ ἐγκαίνια*] de templi huius situ, conditu, eius causa, reliquiis, et variis ad illum eventibus Procopius orat. 2 de aedif. Iustiniani.

Ibid. 16. *ἠνέῳξαν*] ecclesia dedicata fit eiusdem *ἄνοιξις*, et orationis in ea faciendae permissus. euchologium ubi de templi dedicatione.

Ibid. 20. *Εὐτύχιος ὁ ἀποκρισιάριος Ἀμασίας*] Eutychii Amaseni episcopi ad synodum CP. procuratoris, sive legati promotionem et gesta refert Eustathius apud Surium 6 Aprilis.

354, 1. *καὶ τῷ Αὐγούστῳ μηνὶ ἐπινίκια ἦλθεν*] additamentum Marcellini ad annum Iustiniani 25. Procopius lib. 3 de bello Gothorum ad finem.

Ibid. 6. *σὺν τῷ διαλίθῳ καμηλαυκίῳ*] alterius Gothorum regis Theodati nimirum pileolum *διάλιθον* expressum habes in numismatis forma apud Baronium ad annum C. 534 num. 72, *καμηλαυκίου* significatum reddit *κίδαριν, περίθεμα κεφαλῆς, σκιάδιον, πιλίδιον.* beda de tabern. lib. 3 cap. *in modum cassidis extenditur supra summitatem capitis. ὅτι καλύπτει αὐχένα,* interpretatur illustrissimus Trapezuntinus praesul: etymon retulimus ad euchologium.

Ibid. 11. *γέγονεν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενική*] chronicon Alexandrinum eodem anno synodum habitam testatur: de qua Euagrius lib. 4, Matthaeus Blastares de huius, et alterius ad annum Iustiniani decimum conventibus habitis ita loquitur in prooemio nomocanonis. *ἡ ἁγία πέμπτη σύνοδος πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν θεοφόρων πατέρων συνδρομῇ ἐκρατύνετο· ὧν ἡγοῦντο τὰ πρῶτα μὲν Μηνᾶς, εἶτα Εὐτύχιος ἐκ διαδο-*

Digitized by Google

χῆς τοὺς ἀρχιερατικοὺς τῆς βασιλευούσης ἰθύναντες οἴακας. sancta quinta synodus centum sexaginta quinque deiferorum patrum coetu coacta est: quorum duces fuere primo Menas, deinde Eutychius clavum pontificium regiae urbis ex successione gubernantes.

354, 16. *ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ ἐτελεύτησεν*] anno succedente, ut vult Marcellini additamentum.

Ibid. 19. *ἐγένετο σεισμὸς φοβερός*] quem Agathias memorat lib. 2 et ad quem, nonnullaque praesenti anno gesta Iustiniani imperii vicesimum et octavum subiungit.

355, 9. *οἱ δὲ Λαζοὶ ἀθετήσαντες*] Procopius lib. 2 de bello Persico, Agathias lib. 3.

Ibid. 14. *ἐν τῇ συνάξει τῇ ἁγίᾳ τοῦ Ὅρου*] Barberinus codex legit *τῆς ἁγίας τοῦ Ὅρου*. Peyrezianus, *τῆς ἁγίας Εὐφημίας τοῦ Ὅρου*. locus itaque corruptus iterum interpolatur *τῆς ἁγίας Εὐφημίας τοῦ Ὀλυβρίου*. aedes quippe Euphemiae CP. dicatas tres reperio, 1. in Hippodromo, 2. ad Petram, 3. Olybrii nomine. haec a Thecla Eudoxiae filia fundari coepta, ab Olybrio magistro, ne ruinas potius quam aedificium promitteret, omni lapidum et marmorum ornatu postmodum absoluta fuit, et amplis opibus dotata, origines Constantinop.

Ibid. *μηνὶ Ἰουλίῳ, ἰνδικτιῶνος δ'*] Iudaeorum defectionem geminam sub Iustiniano memorat chronicon Alexandrinum pagg. 754 et 775. consulendus Procopius de aedif. Iustiniani lib. 5. videndus pariter Marianus Scotus ad an. 531.

356, 2. *ἐν τάξει Πρασινοβενέτων*] ut Prasini Venetos insequebantur, hi vero in Prasinos insurgentes mutuis caedibus per civitates nonnunquam se conficiebant, et civium sanguine cuncta foedabant: ita Iudaei et Samaritae Christianos in Palaestina ad necem quaerentes, his vitam et religionem tuentibus, bellum civile et utrique parti exitiosum excitaverunt *ἐν τάξει Πρασινοβενέτων*.

Ibid. 17. *Μουσουνίῳ τῷ ὑπάρχῳ*] ad quem novella 134 scripta est.

357, 7. *εἰς τὴν μνήμην τῆς κόνεως*] nomen appellativum existimo *τό, κόνεως*, et *pulverem* significare: quod ex variis lectionibus, quibus etiam *κόνης* in Vat. legitur, eiusdem apud recentiores significantiae, colligo. erit itaque *μνήμη τῆς κόνεως*, sive *κόνης* pulveris olim e caelo decidentis, ut etiam terrae motus celebratur, memoria. videbis historiam ad annum Leonis 17 pag. 103.

Digitized by Google

357, 14. *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ἡμέρᾳ ἕκτῃ*] motum illum ample describit Agathias lib. 5 sub initium.

Ibid. 21. *κιβούρια*] *κιβώρια* nonnunquam reperies, velut pag. succedente, quae monumenta, vel templa, ex translatitio usu, Meursius haud satis apte interpretatur. *κιβώριον*, ornatus est altaris, *trullus* nimirum eidem impositus, et columnis quattuor ad eius angulos erectis in altum suffultus: ex quo *θυσιαστήρια* et *κιβώρια* consociat Theophanes. Germanus in mystag. *οἱ ἅγιοι πατέρες ὡς οὐρανὸν μὲν τὸ ἐπάνωθεν τῆς ἁγίας τραπέζης ὀρόφιον ἀπαρτίζουσιν· ὡς ὅλην δὲ γῆν ὁρίζονται τὸ ὑπὸ τεσσάρων κιονίων, τοῦ εἰρημένου κιβωρίου, συγκλειόμενον.* *fornicem, qui supra mensam sacram eminet, velut coelum, sancti patres construunt: terram vero mente definiunt, quod quattuor columnis eius conclusum est, et ciborium appellatur.* Codinus in descriptione templi sanctae Sophiae. *ἐποίησε τὸ κιβώριον, καὶ τοὺς κίονας ἐξ ἀργύρου, καὶ χρυσώσας αὐτά· καὶ τὸ μῆλον, καὶ τὰ κρίνα, καὶ τὸν σταυρὸν τοῦ κιβωρίου ὁλόχρυσα.* *ciborium, et ei subiectas columnas ex argento conflavit, et auro decoravit: pomum etiam, et lilia, et crucem ciborii ex auro puro confecit.* plura de ciborio in euchologicis.

358, 1. *ἀπὸ τῆς Χρυσῆς πόρτης*] de his CP. locis Gyllius in topog. CP. et origines ipsae CP.

Ibid. 7. *Ἰουκαρδιανῶν*] *Ἰουκουρδιανῶν* habent Barb. et Peyrez. codd. *καταχρηστικῶς* forsan *Ἰουκουνδιανῶν* vice, de quibus Procopius orat. 1 de aedif. Iustin. *βασίλεια ἀλλαχόθι δεδημιούργηκεν αὐτὸς καινουργήσας, ἔν τε τῷ Ἡραίῳ καὶ Ἰουκουνδιάναις ταῖς καλουμέναις.* *palatia construxit ipse ibi a fundamentis in Heraeo et Iucundianis ita vocatis.*

359, 4. *εἰσῆλθεν ἔθνος ἐν τῷ Βυζαντίῳ*] Avares sunt Scythae, sive Hunni Asiatici Boreales supra Iberos, Colchos, sive Lazos, et Alanos, quorum patriam, mores, legationem, et eius causam exprimit Menander protector in legationum excerptis editionis Regiae pag. 99, ex quo haec Theophanes. legendus Euagrius lib. 5 cap. 1, maxime vero Simocatta lib. 7 cap. 8.

Ibid. 7. *πρανδίοις*] monachus Sangallensis lib. 2 de Carolo Magno. *cum tenuissimas illas pelliculas, vel tenuiores brandeas extrahere cepissent.* Constantinus Porphyrog. de admin. imp. cap. 6. *βλαττία, πράνδια, χαρέρια, σήμεντα.* *blattia, zonae, armillae, sementa.* glossae Isidori. *prandeum, genus zonarum.* hic itaque tenuis vitta est, sive fasciola capillis reviciendis idonea. in hunc usum et finem *σειρὰς χρησῷ διαπεποικιλμένας*, catenulas auro variegatas accipiunt le-

Digitized by Google

gati apud Menandrum citatum pag. 100 ac inferius pap. 102. *καλώδια χρυσῷ διαπεποικιλμένα εἰς τὸ εἴργειν τὶ τῶν ἀποδιδρασκόντων ἐπινενοημένα. funiculos* (armillas absone reddidit interpres) *auro implexos, quibus quod fluxum est, vagum, et volitans innectitur.* quale togarum sinus, cincinni capillorum, laxae vestes, etc. interpres iterum perabsurde: *ut eos a se deficere impediret.* Corippus lib. 1 de Avarum capillis prandeo revinctis.

Colubrimodis Abarum gens nexa capillis.

hinc *ἀκειρεκόμην Ἀβάρων στρατόν. intonsum Abarum exercitum vocat* Florilegii epigram. 16 lib. 4.

359, 11. *τῷ δὲ Φεβρουαρίῳ μηνί*] ex Agathiae lib. 5 sub initium. *eodem anno, vere iam ineunte, derepente, et iterato urbem pestilens morbus invasit*, etc. quo nimirum terrae motu urbs concussa est.

Ibid. 16. *μηνὶ Μαΐῳ ἑβδόμῃ*] sanctae Sophiae templi motu superioris anni fissuram excitatam dum repararet Iustinianus, ea contigit ruina quam breviter attingit auctor, fusius descripsit Agathias loco citato, et Procopius de aedif. Iust. lib. 1, Euagrius lib. 4, graphice prae omnibus refert Codinus opusculo nondum edito de templo sanctae Sophiae.

360, 9. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐπανέστησαν Οὖννοι, καὶ Σκλάβοι*] totam historiam ordine copioseque pertexit Agathias, cuius lib. 5 ea solum quae praesenti ac superiore anno contraxit Theophanes, prolixo dicendi genere recensentur, et praecedentibus ceu tempore connexis adiunguntur. Sclavos porro Agathias vocat Cotriguros Hunnos.

Ibid. 14. *τοῦ τείχους Ἀναστασιακοῦ*] muri illius, *longi* cognomento, ab Anastasio exstructi, cuius conditum, longitudinem, munimenta, utilitatem refert Euagrius lib. 3 cap. 38, orig. CP. Procopius de aedific. Iustiniani lib. 4, Agathias, et alii.

Ibid. *Χιτουκόμεως*] Chetumesum appellat Agathias. vide varias lectiones.

Ibid. 18. *ἐδημότευσε*] ex plebeiis, rusticis, et circi factionariis tumultuarium cogit exercitum.

361, 1. *μακρὸν τεῖχος*] Anastasiacum, de quo nuper.

Ibid. 5. *τοῦ τείχους τοῦ Θεοδοσιακοῦ*] muri a Theodosio reparati ad Chrysen portam, quae Boream et Occidentem respicit, qua barbaros expectabant irrupturos. Agathias.

Digitized by Google

361, 10. *τοῦ ἱππικοῦ*] equos circensibus ludis peragendis dicatos. qua dictione nulla per hoc opus frequentior.

Ibid. 12. *καὶ ἐποίησεν φουσάτον*] *vallo se munivit.* Agathias. *Belissarius haud procul ab urbe ad Chetunesum* (*id loci nomen*) *positis castris*, etc.

362, 7. *δίπρυμνα*] Agathias. *amphiprora*: quae non inversa, sed transposito temone proram in puppim mutent. horum figuram exhibet Claudius Morizotus in orbe maritimo.

Ibid. 14. *ἤρξατο ὁ βασιλεὺς κτίζειν*] difficilem conditu pontis molem, eiusque amplitudinem emetitur Procopius de aedif. Iustin. lib. 5, Sangarim scribit ille: Suidas *Σαγγάριος*.

363, 1. *ὅτι ἐτελεύτησεν ὁ βασιλεύς*] eam Iustiniani aegritudinem, qua velut inter cadavera iacens reputatus fuerit, memorat Procopius de ipsius aedific. lib. 1, annum tamen non observat: quem 34 imperii lubens annuit Baronius.

Ibid. 14. *κουράτωρα τῆς Μαρίνης*] domus, facultates, praedia hereditatis vel publicationis iure principis fisco adiudicata rationalibus, sive curatoribus rerum privatarum domus Augustae committebantur curanda. eius generis fuerunt, quae Marinae Augustae Arcadii filiae, de qua chron. Alexand. ad eius annum nonum, et Antiochi sub Theodosio iuniore bonis mulctati, ex superius dictis pag. 83 et Suida, iuris quondam extiterant, quorum isti celebrantur curatores. not. imp. de Antiochi domo orig. CP.

364, 7. *Ζίμαρχον*] *Ζήμαρχος* scribitur in excerptis de legationibus, ea quam Iustinus misit, et *τῶν πρὸς ἕω πόλεων στρατηγός*. *urbium orientalium dux.*

365, 16. *καὶ οὐ διηλλάγη αὐτοῖς ὁ βασιλεύς*] Iustinianum *ἐκ τῆς μανίας* Venetae parti plus aequo faventem sugillat Euagrius lib. 4 cap. 31. certe Prasinorum factio insolentia alteram superavit in tumultu *τοῦ Νίκα*.

366, 12. *ὑπὸ τῶν Οὔννων*] Persis foederatorum. de Marcello Iustiniani ex fratre nepote Procopius de bello Persic. lib. 2, de Vandal. lib. 1, de Goth. 3. *τὸ Βαισί*, porro in pluribus Codicum non reperitur maxime Palatino, Peyreziano et Vaticanis; legit Barberinum dictione una *Βαισίπολις*, Regium inter *Βαισὶ* et *πολὶς* spatium adhibet, accentu quasi foret una dictio adhibito. Anastasius solam dictionem, *civitas*, reddidit, *τὸ Βαισί*, nimirum in eius exemplari non lecto.

367, 4. *εἰς τὸν ἅγιον Διομήδην*] ecclesiam a Constantino constructam, in qua sancta ex Hierusalem advecta Helena reposuit. orig. CP.

Digitized by Google

367, 8. *Βερωΐαν, καὶ Βρίγκας*] Cedrenus errantem Theophanem imitatus *Βιρίαν, καὶ Βρίγκας.* ex quo Brincas quandam Italiae civitatem falso aestimat. Anastasius Theophane correctior, Veronam, et Brixiam reposuit. victoriae porro nuncium mense Novembri allatum coniicies, ac nuper obiectam replebis lacunam, quod eundem mensem iam superius auctor citaverit, Decembrem paulo inferius designaturus sit.

Ibid. 11. *ἀπὸ Μελιστῶν, ἀργυροπράτης*] hos aestima Trapezitas, et nummularios, *rei privatae ministros*, vel *rei monetariae praepositos.* Iustinianus enim inexplebilis avaritiae morbo laborans facile potuit aerarium administrantes in se concitare: de quo Euagrius lib. 4 cap. 29. historia miscella argenti venditores exponit *τὸν ἀπὸ Μελιστῶν*, et *ἀργυροπράτην.*

Ibid. 14. *πρὸ τοῦ μησεῦσαι*] *μησεύσειν τὸ ἀποδημεῖν* glossae Graecobarbarae, Portius, et recentior usus interpretatur.

Ibid. 16. *Σιλεντιαρίκιν*] ita recentiores dicunt *κυνῆγιν, παιδίν, τραπέζιν·* vice *κυνήγιον, παιδίον, τραπέζιον. Σιλεντιαρίκιον* igitur intelliges Silentiariorum excubitorum stationem in palatio. *Ἀρχάγγελον* autem et *Ἅρμα* loca his nominibus insignita.

368, 3. *λογοθέτῃ*] ut hic primum scribitur, ita primum usum accepisse videtur dictio *λογοθέτης*, *comitem rei privatae* quondam significans, quod auctoritatibus in annotationibus ad Cedrenum iam adductis, et per hoc opus sparsis declaratur.

Ibid. 19. *σιλέντιον*] conventus in quo imperator orat, et de religionis maxime, et de reipublicae momento tractat. Nicetas in Manuele Comneno. *κατηχητηρίους ὤδινε λόγους, οὓς φασὶ σιλέντια· sermones, quibus instrueret, depromebat: quos vocant silentia.* Zonaras in Leone philosopho. *οὐκ ἐδυνήθη διαλεχθῆναι τῇ συγκλήτῳ περὶ νηστείας τὴν συνήθη διάλεξιν, ἣ καλεῖται σιλέντιον· consuetam orationem ad senatum de ieiunio non potuit proferre, eam dicunt silentium.* ex his *dissertationem* potius quam conventum *silentium* referre cernis. forsan quia sine strepitu modeste ac velut silentio fieret.

369, 6. *γέγοναν ἐγκαίνια τὸ δεύτερον*] extructa post seditionem *τοῦ Νίκα* S. Sophiae aede, prima sub Iustiniano facta est eius dedicatio: de antiqua quippe sub Constantino nullus hic sermo. trulli vero ante annos quinque collapsi ruina cum altare confractum fuisset, eo reparato encaenia quoque sacrae aedis reparata. *παννυχὶς* hic memorata *vigilias* dedicationi praevias in ecclesia coram SS. reliquiis per-

Digitized by Google

agendas, τὸ ἐξῆλθεν, deportatas ex priore in novam ecclesiam reliquias, τὸ καθεζόμενος ἐν τῷ ὀχήματι habet exemplum pagg. citandis in indice v. dedicatio ecclesiae. τὸ ἀποστολικὸν σχῆμα colobium est, de qua euchologica nostra disserunt: τό, ἄρατε πύλας, versus est in ecclesiae dedicatione sacris in ecclesiam reliquiis inductis cantandus: de quibus singulis euchologica nostra de ecclesiae dedicandae ritu, et alio, si motum altare fuerit σαλευθείσης τῆς ἁγίας τραπέζης· de annua dedicatae ecclesiae CP. celebritate Menaeum mense Decembri. consecrationis istius tempus idem statuitur in chronico Alexand. tantum dies eius mensis 24 designatur.

369, 15. *Κουτζίνας τις ὀνόματι*] de quo fuse in praecedentibus, ubi de bello Vandalico.

370, 18. *ἀπολαβὼν καὶ πάσας αὐτοῦ τὰς ἀξίας*] variae de Belissario conduntur historiae, quas Tzetzes Chil. 3 historia 88 breviter perstringit.

οὗτος Βελισάριος ὁ στρατηγὸς ὁ μέγας,
Ἰουστινιανείοις ὢν ἐν χρόνοις στρατηλάτης
πρὸς πᾶσαν τετραμέρειαν γῆς ἐφαπλώσας νίκας,
ὕστερον φθόνῳ τυφλωθείς, ὢ τυχῆς τῆς ἀστάτου,
ἔκπωμα ξύλινον κρατῶν ἐβόα τῷ Μιλίῳ
Βελισαρίῳ ὀβολὸν δότε τῷ στρατηλάτῃ
ὃν τύχη μὲν ἐδόξασεν, ἀποτυφλοῖ δὲ ὁ φθόνος.
ἄλλοι φασὶ τῶν χρονικῶν μὴ τυφλωθῆναι τοῦτον·
ἐξ ἐπιτίμων δ' ἄτιμον ἐσχάτως γεγονέναι·
καὶ πάλιν εἰς ἀνάκλησιν δόξης ἐλθεῖν προτέρας.

hic Belisarius dux magnus:
Iustiniani temporibus magister militiae
in omnem telluris quadrantem extendens victorias
ultimo invidia excaecatus, o fortunam instabilem!
poculum ligneum tenens exclamabat in Millio,
Belisario magistro militiae obolum date,
quem fortuna quidem extulit, invidia vero privat oculis.
alii chronicorum scriptores excaecatum negant:
ex honoratis autem postremo infamem factum,
atque iterum reparata priori sorte ad gloriae culmen rediisse.

Ibid. 19. *ἔφθασε δὲ καὶ Πέτρος ὁ μάγιστρος*] eius legationem fuse descriptam in excerptis Menandri exhibent ipsa de legationibus excerpta editionis Regiae, pag. 140, qua *τῶν περὶ τὸν βασιλέα ἡγεμὼν* celebratur: de eodem Suidas.

371, 1. *Ἑρμηχιόνων*] Theophanes Byzantius apud Pho-

Digitized by Google

tium, cod. 64 Turcos, olim Massagetas, in Oriente ad Tanaim sitos, *Χερμιχίωνας* a Persis vocati testatur.

371, 6. *ἐν τοῖς Μυριαγγέλοις*] thermis Angelorum coetui dicatis, quibus tum precibus, tum aquarum calidarum fomentis sanitas reparabatur. Procopius de aedif. Iustin. lib. 5. *aquas suapte natura calidas apud Bithynos* (Galatas scribit auctor) *fontes effundunt in loco, quem incolae Pythia vocant. has in solatium et refrigerium habent, cum multi alii, tum imprimis Byzantini. hic magnificentiam rege dignam Iustinianus ostendit, structis regiis domibus, quae prius non fuerunt, aedificatis in publico lavacris calidarum aquarum illic scaturientium, et deductis per canales in hunc locum fontibus potabilium aquarum, ut unicuique scaterent. quin et Archangeli templum, et infirmantium refocillatorium* (quasi piscinam Hierosolymiticam ab angelo movendam) *multo maiora ac ampliora effecit. apud Galatas fluvius est*, etc.

Ibid. 9. *ὀφειλὰς ἀγαγεῖν τῷ βασιλεῖ*] filiorum nomine fidem debitam, nostris homagium dictum polliciturus.

Ibid. 11. *περὶ τῶν γενομένων ὑπὸ Ἀβάρου*] *Ambrum* Alamundari filium vocant excerpta legationum Menandri ante notas tres citata, resque Ambri istius tractantia.

Ibid. 16. *γαρσονοστάσιον*] Servorum dominos, militum imperatorem in ecclesia orantem expectantium statio. *garcionem* etiam Latini recentiores puerum vocavere.

Ibid. 17. *μεσίαυλον*] atrium tecto opertum, aulam: hoc secundo loco positum ecclesiae navim interpretor, quasi inter alam utramque mediam aulam. concilium quintum *ἐν μεσιαύλῳ* habitum statim actorum initio legenti occurrit.

Ibid. 18. *νάρθηκος*] vestibulum ecclesiae poenitentibus, cathecumenis, energumenis, et immundis deputatum est *νάρθηξ*, de quo nostra euchologica. Allatius de antiquis Graecorum templis. Cellotius, et alii.

372, 1. *ἦλθεν εἰς τὸν δεσποτικὸν οἶκον*] intellige fisco adiudicatas Belissarii facultates. recole simul scripta superius in pagg. 199, ubi de procuratoribus sacrae domus Augustae.

Ibid. 2. *Εὐτύχιος πατριάρχης ΚΠ. καθῃρέθη*] Euagrius lib. 4 cap. 37 eadem Victor Tunnonensis anno Iustiniani penultimo, quo exilii Eutychii, et Ioannis electionis causa profertur.

Ibid. 6. *Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς τὸ περὶ φθαρτοῦ*] Euagrius idem cap. 38.

Ibid. 12. *οἱ Θεοδοσιανοί, καὶ Γαϊανῖται*] bellorum isto-

Digitized by Google

rum semina profert in medium Liberatus breviarii cap. 20 et 23.

372, 19. *Ἰωάννην δέ τινα μοναχόν*] locus a corruptione nullatenus vindicandus: quod cum praemissis narratiuncula haec nulla ratione cohaereat. variae lectiones *δόλον* in uno codice, *δοῦλον* in altero subindicantes interpolandi suggerunt animum. non illubens itaque lego, *καὶ εἰς ἓν συνελθόντες οἵ τε Γαϊανῖται, καὶ οἱ Θεοδοσιανοὶ κοινὸν ἐπίσκοπον ἑαυτοῖς ἐνεθρόνισαν, καὶ ἐχειροτόνησαν Ἰωάννην τινὰ μοναχόν· ὃν οἱ Γαϊανῖται δόλον* (vel *δοῦλον*) *ὑπομεμενηκέναι νομίσαντες, τὸν καὶ τὰ ἑξῆς· convenientes in unum tam Theodosiani quam Gaianitae communem sibi episcopum praefecerunt, et Ioannem monachum quendam sacro ritu instituerunt, eidemque abbati dolum se passos arbitrati Gaianitae barbam cum pelle atque carne detraxerunt.* et dictione *δοῦλον*, ut Pal. et Barb. codd. legunt, supposita: *eidemque abbati, quod servum* (in episcopali sede) *se arbitrarentur sustinuisse, Gaianitae barbam*, etc. forsan enim in Ioanne isto delusi fuerant Gaianitae, aut certe servum eundem ab eis aestimatum poena quoque servili mulctaverunt, barbae nimirum decussione. Anastasius Theophanis pene interpres mutilum omnino sensum hic exprimit. *cuiusdam abbatii* (abbatis) *barbam cute atque carne decoriavere.* subiungit quae Graecis in codd. nullatenus legimus. *taliter autem haereticorum dementia gerere consuevit, adeo ut, quae Paganorum sunt multoties operentur.*

373, 5. *μηνὶ Νοεμβρίῳ ιδ'*] ita chronicon Alexandri.

Ibid. 9. *Σοφίαν*] Theodorae neptem, ipse ex Vigilantia sorore Iustiniani nepos, et Dulcissimi filius. Victor Tunnonensis.

Ibid. 18. *Αἰθέριος, καὶ Ἄβδιος*] de illorum coniuratione, et moribus Euagrius coaetaneus lib. 5 cap. 2. *Ἀδδαῖον* porro secundum hunc nuncupat.

Ibid. 20. *ἐποίησε δὲ ὑπάτειαν*] ab ipso Iustino promissa munera quam ingentia canit Corippus lib. 3 et 4. *ditabo plebes opibus*, etc.

374, 5. *Μακαρίου τότε ἐκβληθέντος*] Nicephori chronicon. Euagrius lib. 4 cap. 36. *ἔφασκον γὰρ αὐτὰ τὰ Ὠριγένους πρεσβεύειν δόγματα. ferebatur eum Origenis dogmata tutatum.* meram *σκευήν* existimat auctor.

Ibid. 15. *Εὐτύχιος δὲ ἀπελθών*] Euagrius lib. 5 cap. 16, Nicephori chronicon.

375, 2. *μανδάτα*] *principis responsa*, quae qui denuntiabat, *mandator*, de quo supra. hinc vulgaris recentiorum

Digitized by Google

sibi occurrentium interrogatio: *τίνα μανδάτα, quaenam principis mandata?* insulse quidam interpretantur, *quae nova?*

375, 5. *Ἰουστινιανὸς ζῇ*] Venetos Prasinosque pariter a caede sibi mutuo inferenda repressurus Iustinus, utrisque diversa mentem in eandem significat: Venetis; Iustinianum eorum factioni quondam proclivem amisisse: Prasinis; tumultus eorum illatis etiam caedibus compescere peritum Iustinianum in sese nondum extinctum, imo superstitem manere. quare utrique ab iniuriis abstineant.

Ibid. 7. *τὸ παλάτιον τῶν Σοφιανῶν*] ad palatium illud nominis eiusdem portum extitisse, totius nimirum CP. partem ita vocatam referunt orig. CP. Gyllius de topog. CP. lib. 2 cap. 15.

Ibid. 9. *προφάσει τοῦ ἐκεῖ ταφῆναι Ἰοῦστον*] defunctorum cadaveribus extra ecclesias sepeliri consuetis, cum Iustum filium in Archangeli aede tumulasset Iustinus, ut locum sacrum in suos usus mutaret, et palatium construeret *πρόφασιν* invenit. S. Sophiae templo comparat illud Corippus lib. 4.

> inclita praeclarum duo sunt imitantia caelum,
> consilio fundata dei; venerabile templum
> et Sophianarum splendentia tecta novarum.

Ibid. 13. *Ῥώμης Βενέδικτος ἔτη ε*] desunt in Barb. Palat. et Peyrez. legunt *Ῥώμης Βενέδικτος ἔτη* absque annorum numero. tres potius quam quinque reponendos censeo: Ioannis quippe successoris post annos tres nomen memoratur pag. 208.

Ibid. 18. *τῶν ἁγίων ἀναργύρων ἐν τοῖς Δαρείου*] *ἐν τοῖς Βασιλίσκου* habent orig. CP. aliud *ἀναργύρων* Cosmae et Damiani nullo pretio medicantium templum celebrant illae: *οἱ ἅγιοι ἀνάργυροι ὄντες εἰς τὸ Ζεῦγμα ἐκτίσθησαν παρὰ Πρόκλου πατριάρχου ΚΠ. μαθητοῦ τοῦ Χρυσοστόμου. SS. mercede non conductorum ecclesiam ad Zeugma positam Proclus patriarcha CP. Chrysostomi discipulus extruxit.*

376, 1. *Ἀναστάσιος ὁ ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας*] cuius historiam, et Gregorii mores descripsit Euagrius lib. 5 capp. 5 et 6.

Ibid. 9. *Ναρσῆς ὁ κουβικουλάριος*] cubiculariorum, et eunuchorum, quibus seu praepositus, Narses praesidebat, seriem et ministeria depingit Corippus lib. 3 ad medium.

Ibid. *πρωτοσπαθάριος*] *protectorum comes*, ense armatus, turmaeque sibi subditae signum gerens. Corippus lib. 4.

Digitized by Google

necnon ensipotens (spatharius) membrorum robore constans,
astabat Narses, sedemque ornabat herilem,
splendida signa gerens, etc.
terga tegens domini claris fulgebat in armis.

cecinerat superius:

hinc armata manus dextram laevamque tuetur
caesarei lateris, clypeis pia terga tegebat
ingens excubitus, protectorumque phalanges.

376, 11. *τὴν οἰκίαν Ναρσοῦ*] orig. CP. *τὰ Ναρσοῦ, οἶκος ἦν Ναρσοῦ πατρίκιου, καὶ πραιποσίτου· καὶ τὰ ἑξῆς.* *Narsis compitum, domus Narsis patricii et praepositi erat,* etc.

Ibid. *τὴν μονὴν τῶν Καθαρῶν*] in qua soli eunuchi ab hominibus facti degerent: vere *Καθαροί*. ita me legisse memini.

Ibid. 12. *ἀκούσας δὲ Ἰουστῖνος*] Iustini nepotem istum pari nomine vocatum refert Euagrius lib. 5 cap. 2, ac tum hoc, tum locis aliis Iustini acta, quasi infensus, sinistre interpretatur.

Ibid. 15. *ἤρξατο κτίζειν*] orig. CP. et Procopius lib. 1 de aedif. Iustiniani: qui Borealem et meridionalem S. Sophiae templi testudines Iustiniani aedificiis adscribit.

377, 1. *Ῥωμαῖοί τε, καὶ Πέρσαι τὴν εἰρήνην διέφθειραν*] a ruptis Romanos inter et Persas foederibus historiam suam Theophanes Byzantinus apud Photium succinctus extans auspicatus fuerat: ab eo Theophanem nostrum in sua scripta divertisse plurima omnino indubium: quae vel periisse, vel a blattis latenter corrodi musarum, si quis est amor sincerus, deplorat. consulenda Menandri excerpta.

Ibid. 3. *καὶ ἀποστεῖλαι τὸν βασιλέα Ἰουλιανόν*] est Nonnosi, patris eius Abrami, necnon eiusdem avi ad Homeritas, Saracenos, et Aethiopas inter Photii epitomas contracta legatio. video nonnisi a Iuliano nomen diversum: res et personas incidere ac plane consentire observo. quid si Nonnosus alterum Iuliani nomen, aut Iuliani Nonnosi in ea legatione comes? lector accuratus discernet. Iuliani parem Nonnosi legationem indicasse sufficiat.

Ibid. 4. *Ἰουλιανὸν τὸν μαγιστριανόν*] *Ἰουλιανὸν γραμματέα τῶν ἀπορρήτων, a secretis,* laudant excerpta Menandri de legationibus, et Procopius de bello Pers. *magistrianus* idem qui Suidae, et Basilicorum glossae *magisterianus,* (Lati-

Digitized by Google

na Graecis hic promiscua) apud illum *καστρίσιος*, cui munus in litteris reddendis assignatur. Victor Tunnonensis. *litteras satis idoneas Iustiniano principi per Olympium magisterianum mittunt.* a magistro officiorum directus eiusmodi nomen obtinuit. notit. imp.

378, 4. *στηθάριον*] *imago a pectore depicta,* qualis in signis militaribus antiquis.

Ibid. 19. *Οὖννοι, οὓς Τούρκους λέγειν εἰώθαμεν*] Theophanes Byzantius Photii codice 64. *πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Ταναΐδος Τοῦρκοι νέμονται, οἱ πάλαι Μασαγέται καλούμενοι. ad Tanaidis Orientalem plagam Turci degunt, qui quondam Massagetae vocati.* excerpta Menandri. *τῶν Τούρκων τῶν Σάκων καλουμένων τοῦ πάλαι. Turci, qui Sacae antiquitus vocabantur.* ad Danubii littora locat Fredegarius, et a Turchot rege, ex quo Franci propagati, nomen imponit.

Ibid. 20. *πρεσβεύουσι πρὸς Ἰουστῖνον*] legationis causam, et a Romanis reciproce missos legatos narrant excerpta Menandri, et epitome Photiana Theophanis Byzantii.

Ibid. 21. *προεφασίζετο τῶν Ἀρμενίων πρὸς αὐτὸν ἀνταρσίαν*] integram quorum historiam texit Procopius de bello Persic. quae ad hocce tempus spectant enarrat Euagrius lib. 5 cap. 7.

379, 6. *κοινοῖς ἀναλώμασι τὰ φρούρια ἐφυλάττοντο*] pacis initae cum Persis conditiones habes in excerptis Menandri editionis Regiae pag. 140.

Ibid. 13. *Ῥώμης ἐπίσκοπος Ἰωάννης*] erraverunt hucusque non infrequenter auctoris Theophanis chronica canonia: hic mutila primum apparent in Romanorum episcopp. componendo diagrammate. Ioannis hic sonat nomen: de annis et annorum summa altum silentium. brevi nomina ipsa tacebit, sed neque integriores sunt alii codd. quibus eadem desiderantur, et in quibus variae sunt aliae mendae, quas variae lectiones annotant. consulendae illae in pag. istam 208 nil in eis quam varia et praecipua discordia observatur.

Ibid. 14. *ἠσθένησεν ὁ βασιλεύς*] in annum imperii octavum infirmitatem eandem refert chronicon Alexandr. eamque fuisse *φρενὸς παρακοπήν,* amentiam ex tristitia scribit Euagrius lib. 5 cap. 11. excerpta de legationibus ex Menandri libr. 2, Fredegarii scholastici chronicon. an non verbera fratri Badurio inflicta, idemque mox imperatoris cursu ad pacem quaesitus, amentiae sunt indicia? in indictionibus numerandis auctor chronico Alexandrino annos Iu-

Digitized by Google

stiniani 39 recensenti haud convenit: ac Iustini imbecillitatem a Septembris die septimo prorupisse narrat.

380, 13. *τῷ δ' αὐτῷ χρόνῳ γέγονε πόλεμος*] Theophanes Byzantius apud Photium. *Μαρκιανὸς ὁ τοῦ Ἰουστίνου τοῦ βασιλέως ἐξάδελφος, τῆς ἕω χειροτονηθεὶς στρατηγὸς εἰς τὸν πρὸς Χοσρόην πόλεμον ὀγδόῳ ἔτει τῆς Ἰουστίνου βασιλείας ἐξαποστέλλεται. Marcianus Iustini imperat. patruelis Orientis dux iam renunciatus, in expeditionem adversus Chosroem octavo imperii Iustini anno missus est.*

Ibid. 16. *ἦλθον οἱ Ἀβάρεις*] excerpta de legationibus ex Menandro cladem a Tiberio acceptam referunt editionis Regiae pag. 115.

Ibid. 20. *Ὁρμίσδας δὲ ὁ βασιλεὺς Περσῶν*] leves istos Romanorum et Persarum conflictus, (ex quibus Persarum rebus talis accessio facta) fuse describit Euagrius l. 5 c. 8 9 et 10. tempus ex Theoph. Byzant. colligitur: qui Marciani in ducem institutione anno Iustini octavo assignata, mox liberatam Nisibim, et Daras urbem a Persis captam narrat, quae ex Theophanis nostri calculo in annum succedentem congrue possunt incidere. porro qui Martius Theophani nostro, is Byzantio et Euagrio Marcianus: qui Artabanes eidem; is Euagrio Aduarmanes; Byzantio Baramaanes audit, in exemplari vero Barberino Ardabanes, in Palatino Adarmanes legitur. Archelaus porro apud Euagrium Theodori nomen gerit. auctori demum summe adversantur Byzantius, et Euagrius victorias hic memoratas Chosroi accensentes, quas ille filio Ormisdae refert acceptas: cuius discriminis iudicio ad Menandrum in excerptis delato, Theophanes noster damnatus abscedet: Ormisdam quippe nonnisi Tiberio Iustini successore annis iam aliquot imperante regia cidari redimitum pronuntiat pag. 168, Euagrius quoque lib. 5 cap. 15. ea demum clade accepta *φρενιτίδα* ex animi moerore Iustinum invasisse scribit Euagrius cap. 11, qua laborans Tiberium renuntiavit Caesarem, et reip. administrationèm ei commisit: cuius rei gestae in annum sequentem auctor historiam reiicit, eandemque chronicon Alexandrinum octavo perperam exhibuisse dices, nisi tunc eam levius tulisse, hic eidem omnino succubuisse imperatorem affirmaveris.

381, 16. *Ἰουστῖνος ὁ βασιλεύς*] excerpta de legat. Menandri lib. 2, Euagrius citatus, Fredegarius scholasticus.

382, 3. *τὴν συναγωγὴν τῶν Ἑβραίων*] origines CP.

Ibid. 10. *Εὐτύχιος ἀπέλαβε*] Euagrius lib. 5 cap. 16,

Digitized by Google

Nicephori chron. Ioannes *μέσον Εὐτυχίου* in canonibus synodicis Seguierianae bibliothecae scribitur.

383, 14. *γενομένης τῆς εὐχῆς*] cuius faciendae ritum expressimus in euchologicis. Tiberius iste primus est, in cuius inauguratione preces adhibitas legimus. reliqua ex Euagrio lib. 5 cap. 13.

384, 6. *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ιβ'*] chronicon Alex. adstipulatur.

Ibid. 7. *ὡς προλέλεκται*] adeo ut alia ecclesiae inauguratio adhibita non fuerit.

Ibid. 10. *μανδάτον*] imp. responsum vocat *mandatum.*

Ibid. 11. *Δαγισθέως*] orig. CP. *ὁ καλούμενος Διηγησθέως, ἄθροισις ἐκεῖσε ἐγένετο τὸ παλαιὸν τῶν δύο δημοτικῶν μερῶν· καὶ τρίκλινος ἦν ἐκεῖσε παμμεγέθης· καὶ ὅτι οἱ δήμαρχοι ἤθελον ποιῆσαι τὸν σύλλογον, ἐκεῖσε ἠθροίζοντο. locus Diegestheos erat is ad quem olim duae populi factiones* (in circo aurigaturae) *conveniebant: ibi porro triclinium ingens extitit. tribuni vero factionum suorum censum facturi, eum in locum se recipiebant.* factionibus itaque Anastasiam Tiberii coniugem, vel Sophiam, quae Iustini fuit, Augustam renunciari petentibus, ipse Sophiae querelis obviam iturus, et populi assensurus petitis, Anastasiam Sophiae se praeferre, ab ea licet adoptatus, significavit; ecclesiae nomine, a populo, quod ad eam et Diegestheum congregari soleret, summopere cultae prolato, quo coniux Anastasia noscebatur insignita. acclamatio *τοῦ βῆκας*, Latina est, *tu vincas,* qualis imperatorum.

385, 1. *ὑπατείαν πολλήν*] Anastasius *rogam multam, ῥόγαν* ille legerat.

Ibid. 12. *τότε Τιβέριος μεγάλας δυνάμεις*] imperio Tiberii ineunte haec gesta declarat Euagrius lib. 5 cap. 14.

Ibid. 14. *Ἰουστινιανόν τινα στρατηγὸν ἀνατολῆς*] *magistrum militum Orientis* reddit Anastasius.

Ibid. 17. *ὑπὸ τὰ μέρη Χοσρόου*] Ormisdam in Persarum regum laterculum ab auctore relatum haec ipsius verba indicant: quare *sub Chosroe duce* interpretatus sum. placent magis codd. Barb. et Pal. *ὑπὸ Μεχοσρόου* legentes, *sub Mechosroe duce:* in his quippe correctior littera: *τὸ ὑπὸ τὰ μέρη,* non nisi vulgaris idiotismi, quo praepositionibus cunctis accusandi casus adiungitur, proprium est.

Ibid. 18. *ἐφ' ὃ χρόνον τετραετῆ*] ita legunt cuncti codd. cuius vice reponerem lubens *ἐφ' ᾧ*, *super hoc,* paciscuntur. Peyrez. codex legit deinde *χρόνον καὶ τριετῆ*, quod non ad-

Digitized by Google

versatur τῷ χρόνον τετραετῆ, ut enim χρόνος antiquis *tempus*, ita modernis annum refert: χρόνον itaque τετραετῆ *quadriennii tempus* antiquis: χρόνον autem καὶ τριετῆ modernis Graecis, quorum dialectus iam tum Theophanis inoleverat aetate, *annum unum, ac deinde triennium* significabat: id est, annos quattuor.

385, 19. λυμήνασθαι] negandi praepositio μὴ mihi desideratur: nisi velis Romanos Persasque ideo in concordiam convenisse, *quod armis quasi communibus Orienti vastitatem intulissent:* quod ridiculum.

386, 1. ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς] Euagrius iterum lib. 5 capp. 14 et 15.

387, 8. Τιβέριος Κωνσταντῖνος] Ἰουστῖνος ἐποίησε Τιβέριον Καίσαρα μετονομάσας αὐτὸν Κωνσταντῖνον. *Iustinus Tiberium Caesarem creavit, et Constantinum nominavit.* idem.

Ibid. 10. ἐτελεύτησεν Εὐτύχιος] Eutychium CP. antistitem Tiberio imperante defunctum aperte scribunt Eustathius in eius vita apud Surium 6 April. et Gregorius magnus moral. in Iob. lib. 14 capp. 31 et 32. quare Baronium ad Mauritii annos eius obitum distulisse miror. videndum Nicephori chronicon.

Ibid. 13. ὁ δὲ βασιλεὺς Τιβέριος] Tiberianos, sive Constantinianos istos praetorianis accensitos ex vestium et armorum distincto genere concesso arbitror. Simocatta lib. 3 cap. 15. Τιβέριος Μαυρίκιον στρατηγὸν προστησάμενος, τότε δὴ τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ἡγούμενον. *Tiberius Mauricium tum praetorianorum praefectum ducem constituit,* etc. quae subiunguntur apud eundem reperire licet capp. 15 et 16, et Euagrium lib. 5 capp. 19 et sequentibus.

Ibid. 16. Φυδεράτων] ita cuncti codd. correctior Codinus, Φοιδεράτους scribit.

Ibid. 19. πολιτείας τε] consule varias lectiones. vide pariter ad pag. 216 annotationem secundam, qua πολίτεια regionis nomen est.

388, 6. τῷ δ' Αὐγούστῳ μηνὶ ιδ'] ita chron. Alexand. Theophylactus Simocatta lib. 1 cap. 1 et lib. 3 cap. 18, Euagrius lib. 5 cap. 22 et 23.

Ibid. 7. φθίσει παρέπεσεν] ultimum morbi conflictum, μελαίνης χολῆς, *atrae bilis*, vi incessisse docet Simocatta lib. 1 cap. 1.

Ibid. 9. ἐν τῷ τριβουναλίῳ] chronicon Alexand. scribit

Digitized by Google

ἐν προκέσσῳ τοῦ ἑβδόμου, in processu ad Hebdomum habito. Simocatta, *φοράδην ἀχθεὶς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὕπαιθρον τῶν βασιλείων αὐλήν, ἥτις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ, καὶ προαυλίῳ περιφανεῖ, καὶ περιδόξῳ τῷ προσκηνίῳ. imperator Tiberius lecto gestatus ad regiae atrium sub dio positum, quod aedium multiplici contignatione fastigiatarum domicilio adiungitur, et illustri vestibulo, visendoque proscenio vicinum est.* tribunalium itaque aream patentem existimo, ad quam imperator ad allocutionem *procedere* nonnunquam soleret.

388, 16. *ἡμέρας ὀκτώ*] duos alios addit Cedrenus: ac merito. quinto namque Octobris imperator salutatus, post annos imperii tres, ac menses decem, si Augusti decimo quarto, ut habet chron. Alexandrinum, et auctor adstipulatur, Tiberius animam reddidit, ad praedictam annorum et mensium summam dies adhuc decem adiecit.

Ibid. 19. *μετ' ὀλίγον γάμον πεποίηκεν*] Mauritii nuptias nonnihil post arreptum ab eo imperium describit Simocatta lib. 1 cap. 10, Euagrius lib. 6 cap. 1.

Ibid. 20. *παρενύμφευσεν Μαρίτης*] *Μαργαρίτης* correctius effertur apud Simocattam. paranymphus etiam hodie apud Graecos sponsam deducit, atque idcirco *νυμφαγωγὸς* audit: et sponsorum coronas (redimitos quippe Graecos nubere, et nuptias *στεφάνωμα* vocare scripsimus ad euchologica) retro sustentat. eas tamen nusquam attigit Margarites ex Simocattae observatione, quod sponsi, non ut plebeii, sed iam imperatores coronati ad coniugium accederent. *ὁ δὲ νυμφαγωγὸς κύλικι τοὺς νυμφίους ἐφιλοφρονήσατο. οὐ θέμις γὰρ ἦν ἐπιθέσθαι στεφάνους. οὐ γὰρ ἰδιῶται ἐτύγχανον οἱ νυμφευόμενοι· ἤδη γὰρ τοῦτο τῷ βασιλικῷ ἀξιώματι προκατείληπτο· hic nymphagogus ille palam sponsis pateram meri plenam iucundo vultu porrigit: nam serta iisdem imponere non licebat: quod privati non essent: et istuc ipsum iam imperatoriae coronae anteverterant.*

389, 1. *τῷ δὲ Ἀπριλλίῳ μηνί*] Simocatta cap. 11. *ἦρος ἀρχομένου, vere se aperiente.*

Ibid. 5. *τὸ γενέθλιον ἱππικόν*] terrae motus die decimo factus, Circenses ludos undecimo celebrandos praepedivit. Menaeum die Maii 11. *τὴν ἀνάμνησιν πνευματικῶς ἐπιτελοῦμεν τοῦ γενεθλίου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου, καὶ βασιλίδος τῶν πόλεων. natalitiorum a deo custoditae urbium huiusce reginae memoriam spiritualiter peragimus.* Hesychii Milesii res patriae consulendae.

Digitized by Google

389, 6. *τῷ δ' αὐτῷ μηνὶ πρεσβεύουσιν οἱ Ἀβάρεις*] Simocatta a cap. 3 lib. 1 ad 8.

Ibid. 18. *Χαγάνος*] dignitatis nomen. Suidas, *ὁ τῶν Σκυθῶν ἀρχηγός. Scytharum dux.* Simocatta lib. 7 cap. 8. *τῶν ἡγεμόνα τῇ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρύνουσι. ducem Chagani nomine honestant.*

390, 5. *ἐν δὲ τῇ ἀνατολῇ Ἰωάννην τὸν Μουστάκωνα*] Simocatta cap. 9. *ὧπερ ἐπώνυμον τὸ τῆς ὑπερώας χελύνης κατάκομον, ὃν δὴ καὶ Μυστάκωνα προσηγόρευον Ῥωμαῖοι. cui ex longitudine superioris labri mystacis, Romani cognomentum Mystaconi indiderant.* *μύστακα* recentiores proferunt *μουστάκι*, ex quo corrupte *Μουστάκωνας*. eius gesta delibat Euagrius lib 6 cap. 2.

Ibid. 8. *Καρδαρήγας*] Simocattae, ubique *Καρδαρίγας*· ita pariter plerisque codd. ms.

Ibid. 15. *ὕπατος ὁ βασιλεὺς ἀναγορεύεται*] cum consul idem qui imperator a Iustiniani temporibus renuntiaretur, et retineretur perpetuus, anno Mauricii primo, qui fuit indictionis primae, vacuo consulibus reperto (*πρῶτος [Μαυρικίου] ἐνιαυτὸς ἀνύπατος* habet chron. Alexand.) annus Mauricii secundus, et indict. 2 consulatus eius primum numerare coeperunt ex eodem chron. *ἰνδικτ. β', μετὰ ὑπάτ. Μαυρικίου Τιβερίου Αὐγούστου τὸ πρῶτον μόνον. indictione secunda. anno secundo* (post consulatum videlicet Tiberii annum quartum, quare interpres inepte anno *Mauricii secundo.*) *Mauricio Tiberio Aug. primum solo consule.* videndus omnino Simocatta lib. 1 cap. 12.

Ibid. 17. *προβάλλεται δὲ Φιλιππικόν*] Simocatta lib. 1 cap. 13, Euagrius lib. 6 cap. 2.

391, 8. *τὰ γὰρ Σκλαβίνων ἔθνη*] incursiones eorum refert Simocatta cap. 7, Suidas de Sclavinis, *Σκυθῶν ἔθνος πεŕάθεν τοῦ Ἴστρου, Scythae trans Istrum.*

Ibid. 11. *τοὺς δήμους*] *plebes* reddit Anastasius: ego *populi factiones.*

Ibid. 16. *Ἀνδραγάστῳ*] ita Anastasius. videndae variae lectiones.

Ibid. 19. *Φιλιππικὸς ἀναλαβὼν τὰ στρατεύματα*] anno Mauricii secundo ineunte, ipso iam consule, Ioannem Orientalium copiarum ducem, de quo anno principis istius primo, dignitate motum observat Simocatta ad cap. 12 calcem, et Philippicum confestim subrogatum. quocirca sub anni tertii primordia potuit hic narrata exequi. ipse Simocatta cap.

Digitized by Google

13. *μετοπώρου τε ἀρχομένου παρὰ τὸν Τίγριν αὐλίζεται. autumno primo*, a quo Theophani tertius annus incipit, *apud Tigrim stativa habet:* et exinde ad eius gesta referenda procedit.

392, 1. *καταλαβὼν τὴν Ἀρζάνην*] Arzanem memorat Procopius Persic. 2 oppidum a Constantiana dierum duorum itinere distans. *Arxenenem* legit hic Anastasius, quasi urbem captam: Simocatta lib. 1 c. 14. *Ἀρζανηνὴν χώραν·* quae Transtigritana est apud Ammianum.

Ibid. 4. *τὸν ἀνεψιόν*] Barb. *Ἀνεψήχ*, viri proprium nomen: Simocatta *Ἀψὶχ τὸν Οὖννον.*

Ibid. 7. *ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἐν ΚΠ. νοσῶν παραγέγονε*] debuerant haec ex Simocattae lib. 1 cap. 14 calculis in anni sequentis ab autumno exordientis initium differri. *ὁ δὲ στρατηγὸς τῆς νόσου ἀπήλλακτο, καὶ χάρακα διελύσατο. χειμῶνος γὰρ ὥρα ἤδη που παρεφαίνετο, καὶ τὸν βασιλέα ἀσπαζόμενος εἰς Βυζάντιον ἧκεν. Philippicus e morbo recreatus, militibus hyeme iam appetente missionem dedit, imperatoremque salutaturus, Byzantium venit.*

Ibid. 12. *Φιλιππικὸς ἐξεληλυθὼς τῆς βασιλίδος*] Simocatta cap. 14 exeunte, *ἦρος δὲ παρανίσχοντος, καὶ ἀλέας ἐπιφοιτώσης τῆς γῆς, Φιλιππικὸς τῆς βασιλίδος ἐξεδήμησε πόλεως. vere postea incipiente, et tempore suo arvorum sinus laxante, denuo ex urbe imperatrice Philippicus discessit.* reliqua cap. ult. et lib. sequentis capitibus prioribus.

Ibid. 16. *ἐπὶ τὸ Ἄρζαβον*] *Ἄρζαμον* scribit Peyrezianus codex. Simocatta *Ἀρζαμῶν*, et fluvium Persicum demonstrat: Anazarbum cum Anastasio reddidi.

393, 18. *Βιταλιανός*] Simocatta lib. 2 cap. 4 *Βιτάλιος.*

394, 1. *τὸ τοῦλδον*] idem *ἀποσκευὴν ἐχειρώσατο, ἣν σύνηθες Ῥωμαίοις τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ τοῦλδον ἀποκαλεῖν. spolia cepit: tuldum Romani propria sibi voce appellare consueverunt.*

395, 5. *Καρδαρήγων*] idem qui *Καρδαρήγας*, de quo abunde variae lectiones.

Ibid. 17. *καὶ οὕτω πρὸς τὸν Φιλιππικὸν ἀνέκαμψεν*] autumno. id est, anni sequentis initio Heraclium rediisse demonstrant Simocattae lib. 2 cap. 10 verba. *εἶτα ἐπανήκει ἐπὶ τὴν Ῥωμαϊκὴν πολιτείαν, καὶ ἀναμίγνυται αὖθις τοῖς ἀμφὶ τὸν Φιλιππικόν.* et infra, *χειμῶνος γὰρ ἤδη ἐνεδήμει*

Digitized by Google

καιρός. postmodum in ditionem Romanam reversus, etc. *ad Philippicum sese rursus aggregat*, etc. *hyems quippe ante fores iam erat.*

395, 19. *ὁ τῶν Ἀβάρων Χαγάνος*] Simocatta ad notae praecedentis verba, *ἐπεὶ δ' ἐαρίτιδες ὧραι τὴν περιχθόνιον πόαν ἐξέφυσαν. at simul verna tempestas herbis circumquaque prata convestivit*, etc mox abrupto sermone, cui propterea praesentia Theophanis deesse coniicio, subdit, *τούτῳ ἐνιαυτῷ Κομεντίολος ἐπὶ τὴν Ἀγχίαλον ἧκε. hoc igitur anno Comentiolus Anchialum venit:* quae eadem post lineas tres auctor exscribit. quae porro sequuntur excerpta Simocattae sunt a cap. 10 ad 17.

396, 10. *Τζαπαρδά*] ille *Ζαδαλπᾶ.* variae lectiones aliter. Anastasius *Zandapa.* miscella quoque variat.

Ibid. 13. *Τομαίαν*] Anastasius *Mean*: legit in Graeco codice τὸ *Μέαν.*

Ibid. *μαγγανάρην*] Hero. *ἁρματοποιός, μηχανοποιός μαγγανάριος. μάγγανον* enim *machinam* refert. etymologici auctor, *ἑλεπόλεις σημαίνει τὰ μάγγανα.*

397, 4. *οὐδέ τινος δεόμενος ὑποθήκης*] Anastasius insulse: *vani cuiusdam daemonis repromissionibus deceptus*, miscella, *ducis* exscripsit.

Ibid. 19. *τόρνα, τόρνα, φράτρε*] voces Italicae, *verte, verte, frater.*

399, 4. *κατ' ἐκεῖνον δὲ χρόνον*] ex Simocattae cap. 18 lib. 1 et lib. 2 quattuor prioribus, et Euagrii lib. 6 cap. 4.

Ibid. 6. *Μάζαρον Βεϊοῦδες, Σαπφήρης*] idem *Μαζάρων, Βεϊουδαές, Σαπείρ.* Anastasius Mazarorum: Bavides, Saphires.

400, 2. *παρέδωκαν*] adde *πυρί*, dictionem cunctis in exemplaribus desideratam, Anastasio *castrum igni proditum* scribente.

Ibid. *ὁ δὲ Φιλιππικὸς αὖθις εἰς Βυζάντιον*] haec hyeme inennte peracta testata reliquit Simocatta lib. 2 exeunte. *ὥρας δ' ἐπιούσης χειμῶνος ἄνεισιν ὁ Φιλιππικὸς ἐπὶ τὸ Κωνσταντίνου ἄστυ. hyeme iam ingrediente Philippicus CP. discedit.*

Ibid. 12. *Πρίσκος δὲ καταλαβών*] alia haec primo vere gesta. Simocatta lib. 3 cap. 1. *ἦρος δ' ἐπιγενομένου, ὁ μὲν ἀπεχειροτονεῖτο, ὁ δὲ τῆς ἡγεμονίας ἀπήρχετο. iam igitur*

ipso vere Philippico abdicante, Priscus excludebatur. interpres perperam, *Priscus inivit magistratum.* legendum quippe *ἀπείργετο.*

400, 14. *ἐπὶ τὸ Μονόκαρτον*] Anastasius, *apud Monocartum.* miscella, *apud Monetarium.* loci an officii nomen, mihi dubium.

401, 8. *Κωνσταντίαν*] Anastasius cum Graecis ms *Constantiam.* Simocatta, *Constantinam.*

Ibid. 11. *ἀποστρέφειν*] repono *ἀποστερεῖν.*

Ibid. 14. *ἀνδριάντας εἰκόνας*] adverte *ἀνδριάντι, statuae. εἰκόνι,* imaginis, picturae, caelaturae, toreumatis significantiam tribui. innuit id Simocatta lib. 3 cap. 2.

402, 3. *οἱ δὲ βάρβαροι ταῖς βαρβαρικαῖς συμφοραῖς*] ita mmss codices cuncti, quos quasi *Ῥωμαϊκαῖς* correctius scripsissent, interpretor.

Ibid. 10. *Βαρουζᾶς*] Simocatta *Μαρουζᾶς.*

Ibid. 16. *ἔκτισε τὸν Καριανόν*] origines CP. *τὰ Καριανοῦ, καὶ τὸν ναόν, καὶ τὸ γηροκωμεῖον ἀνήγειρεν Μαυρίκιος βασιλεὺς σὺν τοῖς ἐμβόλοις. οἶκος δὲ ἦν ἐκεῖ Καριανοῦ πατρικίου, ἐξ οὗ καὶ ὁ τόπος εἴληφε τὴν προσηγορίαν. Carianum, templum, et senum domum cum variis porticibus imp. Mauricius extruxit. ibi porro domus Cariani extitit, a quo locus nomen accepit.*

Ibid. 20. *μηνὶ Σεπτεμβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ϛ'*] Longobardicis, Mauritanis, et Persicis bellis ac tumultibus recitandis Simocatta novum annum renovatum praemittit lib. 3 cap. 4. *χειμῶνος τοιγαροῦν ὥρας διαδεξαμένης τὸν πόλεμον, τῇ ἀεικινήτῳ καὶ ἀμοιβαίᾳ τῶν τροπῶν μεταβάσει, ὁ χάραξ διαλύεται. ἐπιγενομένου δ' ἦρος· καὶ τὰ ἑξῆς· hyeme bellum excipiente, secundum tempestatem anni mobilitatem vicissitudinemque castra dissolvuntur. ineunte autem vere,* etc. quia interpres *τρόπων* legit, non *τροπῶν*, hyemem scripsit bellum excipere secundum *morum mobilitatem.* inepte.

403, 3. *λεγομένη Λήθη*] historiam refert Simocatta cap. 5. Lethen carcerem memorat Procopius de bello Persico.

Ibid. 7. *Μανουσᾶν*] Simocatta *Μαρουζᾶν.* Anastasius et miscella *Marusam.*

Ibid. 15. *τὸν Σαρβανόν*] idem cap. 6 *τὸ Σισαρβάνων.*

404, 1. *πανηγύρεσιν*] *commerciis* interpretatus est Anastasius. vide notas in pag. 224.

Ibid. 2. *ὁ δὲ Ὁρμίσδας στρατηγόν*] octavus, inquit Si-

Digitized by Google

mocatta lib. 3 cap. 6, Mauricii annus volvebatur, cum Baram Persarum dux ab Ormisda rege contra Suaniam mittitur: verum non ab imperatoria, sed a caesarea dignitate Mauricio collata eius annos Simocattam numerare necessum videtur. reliquorum porro Hormisdae gestorum narrationem, ex qua praesens epitome deprompta, texit Simocatta lib. 3 capp. 6 7 8 et ultimo. totisque duodecim lib. 4 prioribus capitibus. Euagrius lib. ult. cap. 15.

406, 13. *Φερογάνην*] *Φερογάνην*.

407, 5. *Βεσδᾶν*] Simocatta *Βεστάμ*. Anastasius *Bestam*.

409, 20. *κατέδειξεν ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος*] processionis ac precum ad Blachernas institutum in sequentem annum deportandum reor, quo *Mariae* nomine, (non *angelica salutatione*, ut vult Simocattae interpres Latinus lib. 5 cap. 10) Persas inter et Romanos belli socios in pugna contra Baramum in tesseram dato, Chosroes celebrem obtinuit victoriam, et Persicum regnum adeptus est.

410, 2. *πανήγυριν*] festinus ac frequens Christianae plebis ad ecclesiam coetus, quo dei, B. virginis, aut martyrum laudes canticis, orationum e suggestu pronuntiatarum sermonibus, ornatu templi vario explicantur, est etiam hodie Graecis *πανήγυρις*. Simocatta lib. 4 cap. 15 exeunte: *πανήγυριν τοῖς καλλινίκοις συστησάμενος μάρτυσιν, ἐπὶ τῶν βημάτων τῶν ὑψηλῶν τῆς ἐκκλησίας γενόμενος, παιωνίζων ᾆσμα καινόν, τῷ Χριστῷ ἐπινίκιον, τοῖς ᾠσὶ τοῦ κατεκκλησιασθέντος λαοῦ τάδε που διηγόρευεν. martyribus praeclaris victoribus panegyrim, sive celebritatem instituens, e sublimi ecclesiae suggestu, ad gratulandam Christo victoriam, canticum novum cantans, ad populum congregatum ita disseruit.* paucis auctor *κατέδειξεν λιτὴν καὶ ἐγκώμια γενέσθαι.* aliam *τῆς πανηγύρεως* significantiam habes pag. 221.

Ibid. 5. *τεκνοποιηθεὶς ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος*] ex Simocattae lib. 4 ultimis quattuor capitibus, et toto lib. 5 compendiosa narratio. cuius praecipuos eventus in annum alterum conferenda monent Simocattae verba lib. 5 cap. 3 ineunte. *ἦρος τοίνυν ἀρχομένου ὁ νεώτερος στρατηγὸς Χοσρόην παραλαβών. καὶ τὰ ἑξῆς. primo itaque vere novus dux ducto secum Chosroe*, etc. Euagrius lib. 5 cap. 16 17 et 18.

412, 6. *μηνὶ Μαρτίῳ κς'*] istis chronicon Alexandrinum consentiens ad annum Mauricii 8 subdit, *οὐ μέντοι ἐτάγη εἰς συμβόλαια, ἢ ἄλλο τι ἐπράχθη ἐπ' αὐτῷ τῶν εἰς γνώρισμα βασιλέως, ἀλλ' ἢ μόνον ἐστέφθη.* interpres. *sed non in societatem administrationis inauguratus est.* repono. *haud*

Digitized by Google

tamen eius nomen in publica instrumenta relatum, nec aliud quid sub ipso gestum, quod eum imperatorem argueret, sed tantum coronatus est.

412, 10. τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἁγίων μ'] beneficii a martyribus accepti, et urbis eorum nomine Martyropoleos anno praecedente receptae memor. videndus Simocatta lib. 4 c. 15. ad haec porro contextus verba ἀνεπλήρωσεν ἐν τῇ μέσῃ οὖσαν, Barberini exemplaris margo addit, καὶ Ἀνδρόνικος ἐκαλλώπισε. scribae procul dubio tempore.

Ibid. 13. εἰρήνης δὲ βαθείας τὴν ἀνατολὴν καταλαβούσης] primorum cap. ultimi lib. 5 Simocattae verborum expressio.

Ibid. 17. ἀρχομένου τοῦ ἔαρος] hoc ipsum in annum novum refert Simocatta loco citato, ἔννατον δὲ ἄρα τοῦτο ἔτος ἐτύγχανεν ὂν Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. reliqua lib. 6 tribus primis capitibus enarrat diffusius.

413, 19. ὁ ἵππος τοῦ βασιλέως] de quo noster Codinus pag. 70 num. 14.

414, 3. ἄνδρες τρεῖς] numerum alii codd. omiserunt, quem tamen Anastasius memorat.

Ibid. 20. καὶ Φράγκων] legationis causa cap. 3 legitur.

415, 1. ὁ Χαγάνος ἐζήτει προσθήκας] haec alia eodem tertio capite et tribus sequentibus, quae tamen absque temporis discrimine, velut anno superiore gesta narrat.

Ibid. 18. ἐν διαλέξεσιν ὄντες] lectio haec, quae Barber. quoque codicis est, non contemnenda: Pal. tamen vel Peyrez. exemplaris praefertur alia: ἐν δειλίᾳ ἐξαισίῳ ὄντες, quae Anastasio recepta: cum essent in formidine ingenti.

416, 7. ἀβουλίᾳ δὲ καταστρατηγεῖ] num suspensi animi dubium, et haesitantia felicis consilii parens? non ita. εὐβουλία itaque prosperi successus mater et origo. emendationem confirmat Anastasius. *tunc optimo inito consilio armatur*, etc.

417, 5. ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρίκιος] in alium annum seponit ista Simocatta capp. 6 7 8 et 9, verum non nisi decimus ab eo potest numerari.

418, 15. Μουσούγιον] Pal. legit Μονσούγιον. Barb. Μουσούκιον. Anastasius *Musacium*.

419, 10. τοῦ Πρίσκου πάλιν τὸν Ἴστρον καταλαβόντος] hyeme gesta novum annum indicant apud Simocattam cap. 10 undecimum tamen, eius calculi non superant.

Digitized by Google

419, 13. *τὸν χειμῶνα καιρόν*] legerem *τοῦ χειμῶνος καιρόν*. nisi Codices reliqui cum Regio convenirent.

420, 12. *εἰς τὰ τοῦ Βυζαντίου προάστεια*] haec una cum praecedentibus annus idem apud Simocattam complectitur cap. 11. *ἐν τούτῳ δὴ ἐνιαυτῷ*, inquit, *εἰς τὰ πρὸ τοῦ ἄστεος τίκτονται παράδοξα τέρατα. hoc ipso anno mirabilia portenta in suburbanis generata sunt.*

422, 11. *ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς Πέτρῳ*] Simocatta lib. 7 capp. 1 et 2.

423, 10. *ἡλιακόν*] *solarium* illud *rotundum* memorat Anastasius: cui voce *στρογγύλον* adiecta nonnulli codd. consentiunt. *μεσίαυλον* autem basim lapideam areae vel atrii medio erectam lubens interpretarer, cum in eo statuam superpositam intuear.

423, 13. *Πέτρου τοῦ στρατηγοῦ κυνηγοῦντος*] excerptum e capp. 2 3 4 et 5.

Ibid. 18. *Νοβάς*] Nova alia in Africa; alia in Moesia superiore.

424, 8 *Γένζων*] Simocatta *Γέντζων*.

Ibid. 10. *σκρίβωνα*] ille cap. 3. *ἕνα τινὰ τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων, ὃν σκρίβωνα Ῥωμαῖοι κατονομάζουσι. unum quempiam imperatoris satellitum, quem Romani scribonem vocant.* Suidas, *σκρίβων, ὁ τῶν σωματοφυλάκων ὑπερφερόμενος, satellitum primicerius.* plura Rigaltius in glossario tactico.

Ibid. 16. *Βουλγάρεις*] incerto *Βούλγαροι* et *Βουλγάρεις* auctori scribitur.

425, 12. *Πηρεγάστου*] Simocatta, *Πειραγάστου*, *Pergastum* scribit Anastasius.

Ibid. 14. *ΚΠ. ἐπίσκοπος Κυριακός*] ante annos quattuor Ioannem CP. episcopum obiisse affirmat Simocatta cap. 6.

426, 10. *Πρίσκος στρατηγὸς ἐξῆλθεν*] alterius anni gesta declarant haec Simocattae verba lib. 7 cap. 7. *ἦρος ἀρχομένου, καὶ ὁ Πρίσκος τοῦ Βυζαντίου ἀποφοιτᾷ. initio veris Priscus Byzantio discedit.* decimum et undecimum capita compendiose hic recitantur.

Ibid. 13. *εἰς νομάς*] magis arridet *νόβας*, vel *νοβάς*, a Barb. et Peyrez. lecta dictio: de qua ad pag. 231.

427, 11. *δουλομένας*] vulgaris loquelae barbara vox. correctior Peyrez. *δουλωμένας*, vel Barb. *δουλουμένας*, emen-

Digitized by Google

data *δουλωμένας.* vulgaris usus praeteriti augmentum respuere dignoscitur pluribus aliis Theophanis nostri locis.

428, 3. *συναθροίσας ὁ Χαγάνος*] capitis duodecimi epitome, quo locus *Βάλβης*, scribitur *Βάγκεις*.

Ibid. *ὁ δὲ Χαγάνος συναθροίσας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν*] a cap. 13 l. 7 ad eiusdem finem ista leguntur: quae paulo superius cap. 12 circa annum Mauricii decimum nonum contigisse testatur Simocatta: moxque ad res anno altero visas exponendas transit.

Ibid. 4. *Βάλβην*] Anastasius, *Baleam*, miscella *Balcham.*

429, 2. *Τομοσίαν*] idem *Τομέαν.* Anastasius quoque *Tomeam.* miscella *Comeam.*

Ibid. 8. *τετρακοσίας*] parem numerum cuncti codd. referunt. Anastasius et miscella, *quadraginta.*

Ibid. 11. *εἰς τὸ Θέρμιον*] ita cuncti codices: *Sermium* ponit Anastasius, miscella *Sirmium.*

431, 15. *εἰς τὰ Δριζήπερα*] locus hic palam mutilatus ex Simocattae cap. 15 lib. 7 interpolatur in hunc modum. *ἡ δὲ σύγκλητος παρεκάλει τὸν Καίσαρα τὸν βάρβαρον πρεσβεῦσαι. ὁ μὲν οὖν Ἁρμάτων εἰς τὰ Δριζήπερα γίνεται πλήθη δώρων ἐπιφερόμενος. ὁ δὲ Χαγάνος τὰς παρούσας τύχας κατοδυρόμενος, ἐθρήνει ἀσχέτως τὴν ἀποβολὴν τῶν υἱῶν, τήν τε δυνάμεων λύμην. δέκα δὲ ἡμέρας ἐνδιατρέψας ὁ πρέσβυς, τῷ Χαγάνῳ πρὸς λόγους οὐ γίνεται. ἦν γὰρ τὸ πένθος δριμύ, καὶ τὰ τῆς συμφορᾶς ἀμεθόδευτα. δωδεκάτῃ δὲ ἡμέρᾳ εἰσάγεται ὁ πρέσβυς εἰς τὴν τοῦ βαρβάρου σκηνήν. ὁ μὲν οὖν πρέσβυς λόγοις ἠπίοις κολακεύει τὸν βάρβαρον. ὁ δὲ βάρβαρος οὐκ ἠβούλετο, καὶ τὰ ἑξῆς. senatus de legatis ad Chaganum mittendis Caesarem hortatur: qui accito Harmatoni eas partes mandat. Harmaton multis cum muneribus Drizipera venit. Chaganus praesentes fortunas lamentans, amissionem filiorum, pestiferumque copiarum exitium immenso dolore prosequitur. decem diebus ibi positis, Harmaton conveniendi copiam impetrare non potuit. erat quippe dolor vehemens, ut dixi, nec levandae calamitati ulla via ratione apparebat. die duodecimo in tabernaculum introducitur, barbarumque leni ac placida oratione demulcet. barbarus porro nolebat, etc.*

432, 10. *ἐκ τούτου πολὺ μῖσος κατὰ Μαυρικίου*] quae sequuntur ad alteram usque de portentis narrationem apud Simocattam non extant.

Ibid. 13. *ὁ δὲ στρατὸς ἐντολικαρίους*] Panciroln haec

Digitized by Google

lib. 8 cap. 1, ἐντολικάριος alius ab eo qui πρεσβύς. hic ad principes viros ab aliis aequalis conditionis mittitur: alter, quem *procuratorem* reddit Anastasius, a subditis ad principem deputatur, et ad dominum subiectorum preces et monita defert: μανδάτωρ principis ad populum mandata renuntiat.

432, 17. ματζῶσαι] πάτζον *alapam* vocant Graeci moderni. Portius μπάτζον scribit. ματζόνειν, *alapa percuttere*, posuit Anastasius.

433, 17. τούτῳ τῷ ἔτει] quod deest in Graecis codd. nostris scribit Anastasius: *Mauricii decimo nono anno Hisacius Hierosolymis habetur antistes.*

434, 5. ἐν μάχῃ] *animi indignationem silentio admixtam* recentiores Graeci μάχην suam appellant.

434, 7. ὁ δὲ βασιλεὺς μὴ προσχὼν] decimo octavo Mauricii anno a Simocatta haec intelligi peracta docebunt, quae ex eo tempestatum anni observationes subiungentur. quae ex lib. 8 primis 5 capitibus in annum praesentem 19 Theophanes conglobat, ipse Simocatta aestate ineunte, proindeque ab eo qui superiora continet, diverso incepta testatur ad cap. 1 calcem. καὶ αὖθις ὁ Κομεντίολος γίνεται στρατηγός. θέρους δὲ ἐπιόντος ἔξω τῆς πόλεως γίνεται· et paucis interiectis, ἐν τῇ Σιγγιδόνι συνανακοινοῦται τῷ Πρίσκῳ. *et rursum Comentiolus exercitus dux constituitur, ac Singidone Prisco se coniungit:* atque ita ipsis fere verbis auctor concordem se exhibet.

436, 9. ἐξέρχεται εἰς νομάς] puto νόβας, ut ad pag. 233, vel νοβάς, ut ad 231 legendum. tacet haec Anastasius. Peyrez. νόμβας hic scripsit.

Ibid. 10. ζητῶν ὁδηγοὺς τοῦ ἐξαγαγεῖν αὐτὸν τὴν ὁδὸν Τραϊανοῦ] anni decimi octavi aestate inclinante haec gesta demonstrant Simocattae cap. 4 verba. τὸν ποδηγοῦντα παρ' αὐτῶν ἠξίου παραλαβεῖν, ὅπως τὴν λεγομένην Τραϊανοῦ παροδεύσηται τρίβον· ἠπείγετο γὰρ ἐς Βυζάντιον τὴν χειμέριον ὥραν ποιήσασθαι. *ab iis ducem viae, quae Traiani dicitur, quaerit. festinabat enim Byzantium, ut ibidem hiberna ageret.* vide notam a praesenti secundam.

Ibid. 19. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἀνήρ τις] anni decimi noni eventus hic apud Simocattam lib. 7 cap. 12.

437, 4. τοῦ δὲ βασιλέως νυκτὶ ἀνυποδύτου] anno decimo seditionem istam locandam asserit Simocatta lib. 8 cap. 4 et 5. memorato quippe anno vicesimo, quo Petrus Europae dux declaratus est, confestim subiungit celebratas Theodosii (Mauricii filius hic fuit) nuptias, ac paucis ab earum

Digitized by Google

solemnitate diebus interiectis, ortum CP. seditionem. sed nec gestum aliud quidpiam totius anni decimi noni decursu Simocattae tradit historia. memorato quippe Comentioli CP. reditu, mox subdit. ἐννεακαιδεκάτῳ ἐνιαυτῷ τῆς βασιλείας Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος οὐδὲν Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις ἐπράχθη· *anno imperii Mauricii* 19 *nihil Romanos inter et barbaros actum*. in annum itaque decimum nonum a Theophane relata, ex Simocattae sententia in priorem sunt referenda. ex quibus Theophanis error ad Mauricii annos 9 10 et 11 admissus constat, et manifesto arguitur, qui, quae in pauciores annos, ut superius observatum, contraxit Simocatta, ipse distribuit in plures: ac subinde in unum annum huc accumulata, in duos vel tres etiam videntur dispergenda. de Theodosii nuptiarum tempore chron. Alexandr. a Simocatta discordat: verum huius ceu coaetanei certius est testimonium.

437, 9. *οἱ δὲ δῆμοι εὑρόντες*] nulla rei istius apud Simocattam mentio.

Ibid. 13. *ἀλεκτόριν*] ita pronuntiat vulgi sermo corruptus.

Ibid. 14. *ξυλοκούκουδα*] *ξυλοκώδονας* habet Cedrenus *strepera, et ludicra puerorum crepitacula* exposui in memoratum auctorem: alii *nucleos*.

Ibid. 19. *μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ε'*] eundem vicesimum Mauricii annum Theodosii nuptiis celebrandis deputat chron. Alexand. at non mensem eundem: Februarium quippe assignat. discordiam solvit Simocatta, qui citato superius cap. 4 laudatis nuptiis, mox sequentibus Christi natalitiis festis, seditionem, quae proinde successit, peractis initi coniugii solemnibus, ortam describit.

438, 1. *στεφανώσαντος αὐτοὺς Κυριακοῦ*] sponsos connubium contrahentes coronis redimit graecus sacerdos: hinc apud eos idem *στεφάνωμα*, quod Latinis *desponsatio*. Theodosius porro novo a patre introducto ritu, etiam accepta imperii corona, aliam, quae connubii rursum hic subit. ritus huiusmodi non semel hic repetitus.

Ibid. 6. *ὁ δὲ βασιλεὺς Πέτρον τὸν ἴδιον*] in annum vicesimum quae sequuntur reponit Simocatta lib. 8 cap. 4 et seqq. at, si quae scribit cap. 6 in haec verba: "Petrus Istrum petens Plastolum venit, ibique castris excitatis, aestatem transigit. ineunte autumno in Dardaniae latus, sive angulum vadit. audierat siquidem, etc." anno decimo nono transacta putes, et quae paulo inferius subnectuntur: "aestate

Digitized by Google

iam proxima Mauricius certior fit Chaganum differre pugnam de industria, etc." vicesimo contigisse: alia quae notis praecedentibus ad annum decimum nonum ex Simocattae calculis diximus pertinere, in alium priorem annum decimum octavum erunt remittenda: et hoc pacto decem annorum gestis in annos priores revocatis, annorum duorum dissensus inter Simocattam et Theophanem ad Mauricii annos 9 10 et 11 observatus, in concordiam poterit revocari. solum obstat quod anno vicesimo memorato cap. 4, cuncta haec quasi eius decursu visa referat Simocatta cap. 5, atque ipsae Theodosii nuptiae in annum vicesimum, cum a chron. Alexandr. auctore, tum a Theophane repositae, anno priore a Simocatta celebratae ea de causa laudantur, quod illi a Septembri anni periodum auspicentur, hic Iulianum ordinem sequutus a Ianuario cursum eius videatur emetiri.

438, 9. τὸν Ἀψήχ] eundem variae lectiones et annotationes in pag. 215 memorant.

Ibid, 19. τῶν ναυτῶν] variae lectiones hic consulendae, si forte ad barbaros, non ad nautas haec referantur.

439, 2. ὁ δὲ Μαυρίκιος ἐκ ἑαυτῷ γενόμενος] Simocatta lib. 8 cap. 11 circa medium.

Ibid. 10. καὶ εἰς τὰς λαύρας] *laurae* opponitur *monasterium.* hoc enim coenobitarum commune domicilium: illa anachoretarum cellas a se invicem dissitas habitantium locus. Cyrillus in Euthymii vita Ianuarii 20 apud Surium. "non habebat magnus Euthymius in animo, nec coenobium, nec omnino lauram in illo loco construere." infra: "Petrum adhortatur episcopum, ut eis parvas quasdam cellas construat, et eis templum scite adornet: et sic brevi illic lauram constituit." inferius iterum: "Gerasimus, cum maximam illic lauram, quae non pauciores quam septuaginta anachoretas habebat, construxisset: et praeterea coenobium in medio eius optime collocasset, curabat, ut qui introducebantur quidem monachi, manerent in coenobio, et vitam monasticam exercerent: qui autem crebris et longis se laboribus exercuerant, et ad perfectionis mensuras iam pervenerant, eos, in iis quae (laura) vocantur cellis collocans, sub hac iubebat vivere regula, ut quinque dies hebdomadae, unusquisque in propria cella sileret, nihil gustans, quod esset esculentum, nisi panem, et aquam, et dactylos. sabbato autem et dominica venientes in ecclesiam, cum participarint sanctificata, cocto uterentur in coenobio, et sumerent parum vini, etc." alia ad pag. 423.

Digitized by Google

439, 16. *τοῦ δὲ Μαυρικίου τὸν θεὸν ἱκετεύοντες*] a Simocatta lib. 8 cap. 11 breviter perstricta.

440, 5. *τῷ πορφυρῷ ὀμφαλίῳ τῷ ἐκεῖσε*] orig. CP. *τὸ καλούμενον μεσόμφαλον, μέσον ἐστὶ τῶν ἑπτὰ λόφων, ἥως ἡ μία μοῖρα τῆς πόλεως ἔχει τρεῖς λόφαυς, καὶ ἡ ἑτέρα τρεῖς λόφους, καὶ μέσον ἐστὶ τοῦτο.* *medicus qui vocatur umbilicus, medius est inter septem colles: hoc est, pars una civitatis hinc tres, inde colles alios tres habet: earum medius est, μεσόμφαλος.* *πορφυροῦν* tamen *ὄμφαλον* lubens areae metam in palatio colloco.

Ibid. 14. *ὁ παρακοιμώμενος*] *excubitorum* olim *comes* dictus, et ad imperatoris cubile *accubitor:* de quo non ieiune in Codinum disseruimus.

442, 3. *τῆς τοίνυν μετοπωρινῆς ὥρας καταλαμβανούσης*] ad Simocattam cap. 8 et seqq. decerpendum redit Theophanes.

443, 8. *προβάλλονται ἔξαρχον Φωκᾶν*] *ἔξαρχον* ducem exercitus, et consilii principem et executorem, nec non imperii candidatum interpretor: quamvis Phocam iam tunc imperatorem renuntiatum scribat Zonaras. Simocatta cap. 7. *ἔξαρχον τὸν ἑκατόνταρχον Φωκᾶν προεστήσαντο.* *κένταρχον* vocat Theophanes, *centum* virorum *principem.*

Ibid. 14. *Κωνσταντῖνος, καὶ Δομεντίολος*] imperatoris molestias propriis querelis auget Prasinorum factio, et ad angustias extremas redactum etiam cum Constantini et Domentioli, quos malorum suorum credidit auctores, pernicie, sibi favere compellit. erat autem Domentiolus, Simocatta teste libro 3 cap. 3, vir spectatissimus, et imperatori charus, atque inter primores consiliarios conspicuus: Constantinus autem cognomento Lardys, eodem scriptore lib. 8 cap. 9, vir a senatu illustrissimus, et patricia dignitate cohonestatus, et antea tributis Orientalibus recipiendis (*ὃν ἔπαρχον πραιτωρίων*, inquit ille, *εἰώθασιν ὀνομάζειν Ῥωμαῖοι*) ab imp. praepositus: quare uterque tum amicitiae erga imp. tum munerum quae gerebant titulis, populo odiosi querelarum occasionem populo praestiterunt.

Ibid. 16. *παρενοχλοῦσιν ἵνα ὁ κρούκης διοικήσῃ*] historia miscella, "plebi tuae molestias ingerunt, ut cruces his ponantur in ea quae habemus peccatis." Anastasius: "plebi tuae molestias, et cruces ingerere disponunt in ea quae habemus peccata." si quid sapio: "Constantinus et Domentiolus administrationis suae pravitate in summam angustiam polulum adduxerunt: adeo ut Phocas tyrannus cruciarius,

Digitized by Google

id est, cruce dignus, et furcifer, rerum administratione in manus sumpta, cruces et tormenta nobis paret: paraphrastice interpretor;" legendus Simocatta cap. 7. vel certe: *huc res actae sunt, ut oporteat Ioannem crucem Prasinae factionis ducem curare remp.* ὁ διοικητὴς τοῦ Πρασίνου μέρους Ἰωάννης ὁ ἐπίκλην κροῦκις. chron. Alexand. ad annum Phocae.

444, 7. εἰς Καλλικράτειαν] idem cap. 8. χῶρος γὰρ πρὸ τοῦ ἄστεος οὗτος, λίαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὡρικός. *locus est ante urbem, perquam, ut omnia verbo complectar, amoenus, ac speciosus.*

Ibid. 9. ὑπ' αὐτοῦ βασιλεύεσθαι] locum hunc corruptum inter varias lectiones restitutum reperies.

445, 2. εἰς τὸν ναὸν τῆς θεομήτορος τῶν Κύρου] Simocatta citatus, τῷ ἱερῷ τεμένει τῆς θεομήτορος προσεπέλασεν, ὃ Κῦρον, τὸν ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ αὐτοκράτορος γεγονότα δήμαρχον, λόγος καθέστηκεν ἀψευδής. *sacrum deiparae templum petit, quod a Cyro Theodosii temporibus esse conditum, fama non falsa praedicat.* item orig. CP.

Ibid. 4. Στεφάνου] erat is eunuchus, filiorum Mauricii paedagogus. Simocatta cap. 8.

446, 4. διασώζεται Αὐτόνομος] idem cap. 9. μόλις ὁ Μαυρίκιος διασώζεται ἐπὶ τὸν νεὼν Αὐτονόμου τοῦ μάρτυρος, ὡς ἀπὸ σταδίων ρ' καὶ ν' τῆς πόλεως Κωνσταντίνου. *Mauricius aegre ad aedem martyris Autonomi vivus evadit, qui locus CP. circiter* 150 *stadiis abest.*

Ibid. 17. ἐν τῷ Ἑβδόμῳ] Simocatta lib. 8 cap. 10. τόπος οὗτος τοῦ ἄστεος ἀπὸ σημείων ἑπτά. *locus ab urbe septem millibus abest.* duo loca eiusdem nominis fuisse coniicio: unum ad urbem, et προάστειον, de quo superius pag. 67, de quo Simocatta ipse cap. 12. πρὸς τὸ πεδίον τὸ ἀνακείμενον ἐν τῷ λεγομένῳ Ἑβδόμῳ, ὃν κάμπον Ῥωμαῖοι κατονομάζουσι. *ad agrum urbi adiacentem* (non qui millibus septem absit) *loco, cui nomen Hebdomus, quem Romani campum dicunt:* alium, de quo in praesenti mentio.

Ibid. 18. Θεόδωρον τὸν ἀκηκρήτης] idem τὸν ἀσηκρήτης Θεόδωρον τῶν βασιλικῶν ταχυγράφων ἄνδρα ἐπίσημον. *a secretis inter celeres scribas, seu actuarios imp. clarissimum.* varios scribendi vocabuli modos offerunt variae lectiones.

448, 5. Εὐρωπίου] mendosa hic omnium codd. lectio: vice Εὐτροπίου, de quo Procopius ad lib. 2 aedif. calcem, et Anastasius correctiores.

449, 11. μηνὶ Νοεμβρίῳ, ἰνδικτιῶνι ς'] chronicon Alex. et appendix ad Marii chronicon.

Digitized by Google

449, 16. *ἀναιρεῖται δὲ καὶ ὁ Πέτρος*] Simocatta cap. 13. chronic. Alexand.

450, 4. *Βίλιον*] Simocatta cap. 15. *Δίλιον*.

Ibid. 9. *καλλίγραφος*] idem cap. 13. *ἀνήρ τις τῶν ἐς κάλλος γραφόντων. litteras bene pingendi peritus artifex.*

Ibid. 10. *ἐκ παννυχίδος*] e nocturno convivio (non *matutina vigilia*, prout rudis Anastasius) ob natum sibi filium marem per dies septem sumptuosius agitando. Simocatta.

Ibid. 11. *τοὺς ἀνδριάντας*] Mauricii puto et liberorum: idola quoque coniicio, quae *δαιμόνων* scribit inferius.

452, 3. *Ἀρζαμοῦν*] *Ἀρξαμοῦν* legunt Barb. et Peyr. codd. Arzanem regionem et oppidum habet Procopius duorum iter dierum a Constantina distans. Persic. lib. 2.

Ibid. 9. *χειροτονεῖ στρατηγὸν Δομεντίολον*] de cuius adversus Persas itinere, conflictu, et periculo, Theodori Siceotae vita apud Surium 22 April.

453, 14. *καὶ ἐν μοναστηρίῳ ἐγκλείονται*] chronicon Alexand. anno Phocae primo. *Κωνσταντίνα ἡ ἀπὸ βασιλισσῶν ἐβλήθη ἐν μοναστηρίῳ. Constantina eximperatrix in monasterium coniecta est.* odium Prasinorum in eam ex Mauricii in Venetos affectu prodiit. Simocatta.

Ibid. 15. *τὸν δὲ Γερμανὸν ἀποκείρας*] chronicon idem in annum eundem primum. *καὶ γεγόνασι κληρικοὶ Φιλιππικὸς ὁ πατρίκιος, καὶ κόμης ἐξκουβητόρων, καὶ Γερμανὸς ὁ πατρίκιος πενθερὸς γενόμενος Θεοδοσίου τοῦ υἱοῦ Μαυρικίου. clerici facti sunt Philippicus patricius, et comes excubitorum, et Germanus patricius socer Theodosii filii Mauricii.*

454, 1. *τοῦ δὲ πατριάρχου Κυριακοῦ τελευτήσαντος*] eodem anno et mense Cyriacum vita functum adstipulatur chronicon Alexandrinum: diem tamen obitus signat 29 in sabbatum incidentem, successorisque Thomae ordinationem Ianuarii 23 peractam. ceterum Thomas iste, sacellarius, id est, *sacculorum, et aerarii patriarchici custos, et carcerum eius curator*, prout ad Codinum, et euchologica scripsimus, idem memorato chronico laudatur *ἐπάνω τῶν χειροτονιῶν*, quem cum interprete Radero *ultro expetitum* nusquam intelliges, sed *ordinandorum examini*, vel certe *ordinibus ipsis* a patriarcha *conferendis* praecipuum *ministrum*, cuius munus nostris ad Codinum notis occurrit explicatum.

Digitized by Google

454, 10. *λαυράτα*] optatus. *lauratis, et iconibus, quae mittuntur ad civitates, vel regiones, obvii adeunt populi cum cereis et incensis.* Gregorius dialogus epist. 1 ad Leonem Isaurum, *τὰ λαυράτα σου κατεδέξαντο.* imagines tuas exceperunt. lauratae ideo imagines quod imp. lauro redimitum ac triumphantem representarent: de quibus plura Baronius anno 603 num. 1 et seqq. Lacerda, Meursius, et alii, Pancirolus maxime in notit. imp. cap. 24. cur Prisci imaginem Prasini extulerint, refert Nicephorus CP. patriarcha sub historiae initium.

455, 9. *ὁ δὲ τύραννος Κωνσταντίναν*] horum omnium nomina mortisque supplicium refert chronicon Alexand. ad annum Phocae tertium.

Ibid. 17. *ἐν τῷ μούλῳ Εὐρωπίου*] chronicon Alexandr. *εἰς τὸν μῶνον τὸν Εὐτροπίου.* repono, *εἰς τὸν μῶλον Εὐτροπίου.* est autem *μῶλος*, vel *μοῦλος*, qui Italis *il molo*, Gallis *le mole, portus agger*, qui portui nimirum nimis aperto retundendis ultra fluctibus, et protegendis citra illum navibus obiicitur. ut *Εὐτροπίου* legendum ex dictis ad pag. 243 coniicies.

456, 3. *Ἰωάννην Τζίτζαν*] ex isto duos componit chronicon Alexand. cum Barb. cod. *Ἰωάννην καὶ Τζίταν.*

Ibid. 4. *Ἀβδιουμᾶν*] idem correctius *Θεοδόσιος ὁ Σουβαδιουβᾶ τοῦ μαγίστρου Theodosius magistri subadiuva:* de cuius munere ex Pancirolli not. imp. cap. 16 ratiocinandum.

Ibid. *Σκόβαρον*] chron. Alexand. *Ἀνδρέας ὁ ἰλλούστριος, ὁ ἐπίκλην τοῦ Σκομβροῦ. Andreas illustris, cognomento Scombri.* Scombrum reddidit cum Anastasio: chronico et Anastasio favet Barb. codex inter varias lectiones.

Ibid. 5. *χαρτοφύλακα*] *scriniarium, titulorum, et chartarum custodem existimo.* Hormisdae porro palatium domus fuit prius Iustiniano: de qua Procopius orat. 1 de eius aedificiis ubi de Augustaeo.

Ibid. 9. *ὁ Πρίσκος μὴ ὑποφέρων*] Nicephorus patriarcha ad annum 610 executioni mandata referens, quae hic in consilium adducta. de Africae porro rebellione chron. Alexand. ad annum Phocae 7.

457, 5. *καὶ οἱ μὲν Πέρσαι ἔξω*] historiam ab hac sententia Nicephorus auspicatur.

Ibid. *ἀποσφάζουσιν Ἀναστάσιον*] chronicon Alexandr. ad annum Phocae 8.

Ibid. 19. *καὶ οἱ Πράσινοι ὕβρισαν αὐτόν*] qui arripien-

dae tyrannidis adiutores fuerant. Nicephorus CP. ad annum 610, Petavius in notis.

457, 20. *καῦκον*] *calix*, miscella, *gabbata*. recentioribus est *poculum* sine fulcro, vel etiam *paropsis*. *τὸ ἀπέλεκες* in Vat. 1 pariter lectum recentioris Graeciae corrupta dictio est, vice *ἀπώλεκες*.

458, 4. *εἰς τὸ πραιτώριον*] locum incendii alterum assignat Nicephorus CP. *περὶ τὴν Καισαρίου*. praetorium CP. ceu praefecti urbis ac quietis publicae curatoris domus, nec non e plebe facinorosorum custodia primo seditionis impetui semper obiectum.

Ibid. *τὸ σέκρετον*] de variis secretis abunde Meursius, quid illud sit, non exponit. Nicetas in Alexio Manuelis f. *δικαιοδοτικὸς θρόνος*, *tribunal quo ius quodcumque exercetur.*

Ibid. 5. *καὶ τὰς φυλακάς*] origines CP. *εὑρὼν τὰς φυλακὰς ὁ ἅγιος Κωνσταντῖνος εἰς τὸ στρατήγιον, ἐκεῖσε ἐφρούρει καὶ αὐτὸς τοὺς τιμωρουμένους. διήρκεσε δὲ χρόνους σπγ´ μέχρι τῆς βασιλείας Φωκᾶ τοῦ Καππάδοκος.* *cum invenisset S. Constantinus carceres ad strategium positos, ibi pariter facinorosos detinebat. perseveravit autem locus adusque Phocae Cappadocis tempora.* de praetorio eodem: *τὸ δὲ νῦν πραιτώριον οἶκος πατρικίας χήρας ὀνόματι Μάρκας. διὰ δὲ τὸ εἶναι πνιγερὰς τὰς φυλακάς, καὶ ζοφώδεις, καὶ πλήρεις δυσωδίας πάσης, καὶ μὴ ὑποφέρειν τοὺς ἐκεῖσε ἐγκεκλεισμένους, ἔδωκεν αὐτὸν εἰς μισθὸν Φωκᾷ τῷ βασιλεῖ· καὶ ἐποίησεν αὐτὰ φυλακὴν Ἡράκλειος, καὶ οἱ καθεξῆς.* *quod nunc est praetorium patriciae viduae Marcae nomine domus extitit: quod vero carceres arcti, tenebrosi foetore squalidi essent, nec eos ferre possent in vincula coniecti, dato pretio Phocae concessi sunt. Heraclius porro et successores novum carcerem construxerunt.*

Ibid. 11. *στοιχήσαντες*] ita convenisse testatur Nicephorus CP. Petavius coniecturas in adversum promit.

Ibid. 19. *ἀρμαμέντου*] de quo rursus in notis ad pag. 266.

459, 8. *σέντζῳ*] alibi *κάθισμα* nuncupatur. imperatoris in circo sedile.

Ibid. 19. *ἰνδικτιῶνι ιδ´*] priore ac succedente indictionum numero huic decimae quartae adiuncto unam auctori excidisse percipies. ex quo enim pag. 17 duodecimam ad annum Christi 316 et ad annum 444 quintam numeravit pag. 90, quindenis ac quindenis cyclis revolutis, sextam optime apposuit nuper pag. 244 et sequente septimam, ad annos

Digitized by Google

nempe Christi 595 et 596, ad hunc itaque praesentem 602, qui mundi 6102, decimam tertiam non adiunxerit, sed quartam et decimam fateor me ignorare. ne vero scriptorum errore falsum in indictionibus hisce numerum irrepsisse quis asserat, en ut pag. succedente ad Christi annum 603 indictionem quintam ac decimam claudit, ad 604 primam semel et iterum citat, ad 613, pag. 253 decimam nominat, et ita deinceps cyclos ordine prosequitur: et ut gravius hallucinatum auctorem aperiam, quem admisit errorem, eundem transcripsit interpres Anastasius, ad Christi 444 et Marciani secundum indictionem quintam enumerans, et ad Christi 613 qui Heraclii duodecimus indictionem cum Theophane decimam apponens, quae nona tantum laudari debuerat. extant editionis Regiae pag. 42 et 90. ab anno itaque Christi 596 ad praesentem 602 abundat indictionis numerus; vel imperanti Phocae, aut Heraclio annus unus detractus est.

459, 20. *καστελλωμένα*] verborum augmentum in praeteritis expungit moderna Graecia.

Ibid. 21. *καταρτίοις*] navis malum Graecorum vulgus vocat *κατάρτιον*.

460, 1. *ὁ Πισίδιος Γεώργιος*] de quo luculente diatribae de Georgiis auctor Allatius ad Georgium Acropolitam.

Ibid. 18. *στέμμα ἐκ τῆς ἐκκλησίας*] *ἀνάθημα*, donum in ea appensum. videndum Mauricii gestum supra ad annum eius 19. legendus Nicephorus in Heraclio maioris filio. origines CP. apud Gretserum.

461, 2. *ἐν τῷ Βοΐ*] chronicon Alexand. et Nicephorus de foro Bou. orig. CP. et Gyllius.

Ibid. 7. *αὐτοκράτωρ καὶ νύμφιος*] de gemina nuptiarum et imperii corona superius.

Ibid. 13. *ἰνδικτιῶνι ζ'*] consule hic varias lectiones.

Ibid. 14. *ἐτέχθη τῷ βασιλεῖ ἐπιφάνεια*] chronicon Alexand. ad annum Heraclii primum.

462, 3. *καὶ ταῦτα ἰδὼν ἐν ἀπορίᾳ ἦν*] quae ex Nicephoro ad annum 611 conveniendi, consulendique Priscum ratio fuit.

Ibid. 6. *δύο μόνους εὗρεν*] attestatur Simocatta lib. 8 cap. 12, et in Raxatem Persam expeditionem ab Heraclio susceptam suggerit.

Ibid. *ἐν πᾶσι τοῖς θέμασι*] *thema*. dicta est in primis

Digitized by Google

legio, quae provinciae cuilibet imposita, inde in gloss. *legio*, τάξις, θέμα. deinde translato nomine ipsae *provinciae* appellari coeperunt θέματα. inde θεματικοὶ sunt *provinciales*. immutata militia Romana ab Heraclio nomen innovatum suspicor: ἐπεὶ νεόχμωσεν ἑτέρας ὁ χρόνος δυνάμεις. *copias alias temporis successus prompsit*: ait Simocatta laudatus.

462, 8. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει] chron. Alexand. Nicephorus patriarcha ad annum 612, et Petavius notis in eundem. porro qui notatur hic Maii dies tertius vitiosum arguit eiusdem Petavii codicem Theophanis, quo quintum legit.

Ibid. 10. τῷ δ' Αὐγούστῳ μηνὶ ιδ'] diem 13 signat chronic. Alexand. ex comitiali morbo interiisse scribit Nicephorus patriarcha ad annum eundem.

Ibid. 12. μηνὶ Ὀκτωβρίῳ δ'] haec eadem chronicon Alexand. quae extra indictionis propriae limites exhibuit. Petavius in notis ad Nicephorum haec examinat edit. Regiae pag. 61.

Ibid. 15. τῷ δὲ Δεκεμβρίῳ μηνὶ κε'] diem 22 posuit chronicon idem. baptismo simul tinctum refert Nicephorus.

463, 10. παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὸν Ἰορδάνην] habet haec superiore anno chron. Alexand. de quibus S. Anastasii Persae gesta, apud Surium 22 Ianuarii, Leontius in vita Ioannis Alexandrini episcopi cladibus istis coaetanei, et Antiochus monachus laurae S. Sabae in homiliis.

Ibid. 17. τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐτέχθη] Nicephorus ad annum 622.

Ibid. 20. παρέλαβον οἱ Πέρσαι τὴν Αἴγυπτον] Nicephorus ad annum 616, chronicon Alexand. in priorem annum revocat: quare legendus Petavius in Nicephorum locum emendans, editionis Regiae pag. 65.

464, 4. ἐστράτευσαν οἱ Πέρσαι κατὰ Χαλκηδόνος] videndus Nicephorus: et Petavius in eum, edit. Reg. pag. 65.

Ibid. 15. ἐστράτευσαν Ἀβάρεις] ex Nicephori historia ad annum 619. haec eadem chron. Alexand. ad annum Heraclii undecimum.

465, 7. Ἡράκλειος πρὸς τὸν Χαγάνον] pacem cum Abaribus initam memorat Nicephorus ad annum 626. appendix ad Marii chronicon historiae Francorum tomo 1. *Hunni murum longum interrumpentes, et ad moenia CP. peraccedentes, cum praedicto imp. mutuo in muro stante conloquuntur; qui acceptum ab eo pacis pretium, ad tempus recedunt.*

Digitized by Google

466, 3. μηνὶ Ἀπριλλίῳ δ'] Heraclii gesta Theophani, et chronico Alexandr. concordibus scriptis relata, in annos duos posteriores ab isto seponuntur: quocirca praesentia ad Heraclii 14 et indictionem 12 occurrunt. legendae hic praeclarae Petavii coniecturae in Nicephorum, editionis Regiae pag. 67.

Ibid. 5. λαβὼν δὲ τὰ τῶν εὐαγῶν οἴκων χρήματα] Nicephorus ad annum 621.

Ibid. 7. πολυκάνδηλα] κανδῆλα, lucerna est lumini ex oleo accendendo idonea. πολυκάνδηλον σκεῦος. inde oritur.

Ibid. 8. μιλιαρίσια] Suidas. μιλιαρίσιον, τὸ τοῦ νομίσματος δωδέκατον, *duodecima numismatis pars.* plura Meursius, et ad aequum doctrinae pondus Petavius suis in Epiphanium notis.

Ibid. 9. κατέλιπε δὲ τὸν ἴδιον υἱόν] Nicephorus patriarcha anno 622. qui porro hic Βονοσός, chronico Alexandr. Βόνος, Nicephoro Βῶνος scribitur.

467, 5. μορφὴν ἣν χεῖρες οὐκ ἔγραψαν] de qua Iacobus Gretserus ample opusculo de imaginibus non manufactis capp. 14 et 15, et Baronius ad C. annum 621.

468, 12. πλῆθος ἱππέων] an quod aliter legerit Anastasius, interpretatur? *Saracenorum vero sub pactis* (id est, appensa pecunia) *Persarum constitutorum multitudo equitum clam in imp. irruere meditabatur.*

Ibid. 17. ἀποκλείσας ὁ βασιλεὺς τὸ Πόντιον κλῖμα] legebat Anastasius ἀποκλίνας, vertit siquidem: *quia hyeme accedente, imp. ad Ponticum clima divertit, visum est barbaris obsidere illum in hoc hyemantem.*

469, 3. ὁ δὲ βάρβαρος] quidam codd. ὁ δὲ Σάρβαρος· ita pariter legit Anastasius scribens: Barbarus Persarum praetor, etc.

Ibid. 13. ἐκ τούτου ἐδειλία ὁ σαβαρός] invitis exemplaribus cunctis lego, ὁ Σάρβαρος, Anastasius quippe interpretatur: *ex hoc formidabat Sarbarus cum imp. congredi,* etc.

470, 3. ἐσκηνοβάτουν] *morabantur:* ait Anastasius: vult quippe Romanos ibi sedem habuisse.

Ibid. 8. ὁ δὲ σοβαρὸς μηκέτι] Anastasius rursum exemplaria nostra falsitatis convincit hac interpretatione: *at vero Sarbarus ultra commorationem non ferens,* etc.

471, 14. τούτῳ τῷ ἔτει Μάμεδ ἐφάνη] celeberrimae apud Mahumetanos omnes ac Orientalis plagae incolas Hegi-

Digitized by Google

rae hoc est exordium, quo pseudoprophetae innovatae religionis, prioris desertae reus, fugam arripiens, divini, quod aiunt, cultus positi annos ac durationem emetiri posteris superstitionis inductae sequacibus causam dedit. hoc, inquam, anno portentum illud exitiosum ἐφάνη, et in hominum mentes dominari coepit, ἀμηρᾶς enim *princeps* est et *dominus*, et ex falso ritu mendacique doctrina doctor ille falsarius potestatem in subditos accepit, quam ipse novem annis exercuit. cum vero is esset Heraclii decimus tertius, ad annum sequentem, et eius laterculum praesentem epocham attinere recta temporum ratio arguit. vindendus de his Petavius lib. 2 de doct. temp. capitibus aliquot a quinquagesimo, et lib. 11 cap. etiam quinquagesimo. legendus quoque Abraham Ecchellensis de Moslamanicorum imperio Theophani consentiens. quam varie porro Mahometi nomen scribatur, observabis pagg. 258 263.

471, 17. ἀφίκετο εἰς Ἀρμενίαν] a Nicephoro narratis ad annum 625 haec adiungenda: ut nimirum Heraclius primo vere legatione ad Turcos destinata, belli socios eosdem acceperit, et ab eorum regione digressus, per Lazos, et Armenos in Persidem irruperit. cuius armis Chosroës territus Sarbarazam, qui Theophani nonnunquam Nicephoro semper Sarbarus, Heraclio opponendum ratus (sua namque tueri, quam aliena rapere satius videbatur) missis litteris ad se revocat: idem postmodum anno Heraclii 16 CP. obsidione soluta, Chalcedonem iterum reversus a Chosroë rursus accersitur. verum Heraclius interceptis Chosrois litteris, fictas alias supponit ad Sarbarazam, ac ne vires Persarum omnes in se converteret, Chosroëm solum facile superandum ratus, eius nomine Sarbarazam iubet Romanos fines continuo marte infestare. fictis hisce literis ad Sarbarazam delatis, eoque Bithyniae agros bello lacessente, Persia quaquaversùs victricem Heraclii fortunam reverita eius armis subiiciebatur. plura Petavius in Nicephorum pag. 68.

474, 15. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκέλευσε τὸν λαὸν ἁγνίζεσθαι] ex Homeri vel Virgilii operibus στοιχειομαντεία, qua ex eorum primo versu occurrente sors consulitur, successit apud Christianos apertio sacrorum librorum, qua nonnihil obscurum revelari putatur. qui ea fuerint usi, principes viros recenset Delrio disquis. magic. lib. 4 cap. 2 quaest. 7 sect. 3. illam, si modo debitis conditionibus societur, theologus non recusabit. prima est gravis necessitas, et ni adhibeatur, nimia in periculis desperatio: altera, ut eius ductu ad deum solum preces, mentis subiectio, spes Christiana recurrant.

Digitized by Google

tertiam conditionem Heraclii exemplum suggerit, qui peccatorum expiatione, et animi puritate revelationem exquirendam edocuit.

474, 17. ἐν Ἀλβανίᾳ] supra Lazos et Iberos ad Asiam Borealem Turcarum regione.

475, 10. τούτῳ τῷ ἔτει] qui adiuncto laterculo Chosrois Persae notatur 36 eiusdem 34, exhibet pag. 256 laterculum: quare Chosrois trigesimum quintum excidisse Theophani lector condonabit. ita fuerunt cuncti codices.

Ibid. 13. Κοσροηγένας καὶ Περοζίτην] correctiores videntur alii codd. ms, ubi legunt Χοσροηγέτας καὶ Περοζήτας. vertit enim Anastasius: *qui dicuntur Chosroegetae ac Perozitae.*

Ibid. 16. κλεισούρας] viae inter montes angustae, et obiecto castro iter intercludentes κλεισοῦραι, Latinis *clusurae* sunt. qui claustra huiusmodi custodit κλεισουράρχης, *dux limitaneus.* Pancirollus, Meursius, Lacerda.

476, 8. Ἀβάσγων], inter Lazos, sive Colchos, et Iberos, Abasgi medii.

Ibid. 19. τὴν χεῖρά σου, δέσποτα] subiectionis, et petitae reconciliationis, etiam hodie, manus osculum apud Graecos defert argumentum.

484, 2. μαγαρίτην] Agarenorum religionem profiteri est μαγαρίζειν, ait Meursius. bene quidem, sed non enucleate. puer bene lotus a nutrice, et illecebras sua munditie provocans, si egesto ventre vestes conspurcet μαγαρίζει, et vere fit μαγαρίτης. Christianus pariter sordibus peccati baptismi lavacro defaecatus, si foedam et impuram Saracenorum superstitionem colat, translatitio sensu μαγαρίζει.

Ibid. 4. ἐκ γὰρ ἀληθινῶν τζαγγίων ἐγνωρίζετο] ocreis nimirum purpureis imp. soli concessis.

485, 4. κατὰ ΚΠ. ἀπέστειλεν] a Persis et Abaris auxiliaribus anno Heraclii 16 obsessam, et deiparae precibus ac virtute liberatam chronicon Alexandrinum fusissime describit. Nicephorus patriarcha obsidionem eandem parcius exposuit, quasi cum primum in Persiam Heraclius ante annos tres irrumperet, susceptam. verum prochronismi ab eruditissimo temporum rationali Patavio arguitur in notis edit. Reg. pag. 67.

Ibid. 5. Ἀβάρεις τε] Βουλγάρους hic legendum codex Pal. docet: confirmatque Anastasii versio: *Avares cum Vulgaribus* (intellige Bulgaris) *et Sclavis, et Gipedibus.* Ἀβά-

Digitized by Google

ρους porro et *Ἀβάρεις*, ut et *Γηπαῖδες*, et *Γηπαῖδας* promiscue vulgus pronuntiat.

486, 3. *οἱ δὲ Χαζάρεις διαρρήξαντες*] videndus omnino Nicephorus ad annum 625.

Ibid. 5. *Ἀδροηγᾶν*] *Ἀδορναδιγάνου τόπον* vocat Nicephorus pag. 12. quare quae de missis a Chosroe literis ad Sarbarum apud eum referuntur, ad id tempus, non quo coniunctis Abarorum copiis CP. obsideret, sed quo ex ea depulsus Chalcedone hyematurus resideret, coniungenda monet Petavius pag. 68.

487, 4. *σκάφη γλυπτά*] immanibus arborum truncis excavata, *μονόξυλα* Theophani, et Cedreno dicta.

Ibid. 5. *τοῦ Κέρατος*] triquetra CP. forma. ab Oriente propontide alluitur. a Septentrione Galatam, sive Peram respicit. inter CP. et Galatam maris ille sinus, qui portus urbis et *κόλπος τοῦ Κέρατος*, subintrat.

Ibid. 12. *κουρσεύων καὶ πραιδεύων*] praedones, ab incursionibus cursarii vulgo nuncupati nominibus Graecae plebi non ignoti: de quibus Meursii glossarium, et Rigaltius.

Ibid. *τὰ περατικὰ μέρη*] Chalcedonis littora ad Orientem, ad Boream Galata, et paulo superius Pera, quia *τοῦ κόλπου πέραν*, sunt CP. *περατικὰ μέρη*. lintres traiiciendo portui vel freto *περαματικὰ ξύλα*. ipsum fretum, vel etiam mare, *πέραμα*.

488, 5. *Ῥαζάτην*] *Ῥυζάτης* est Nicephoro: eiusdemque adversus Heraclium expeditionem ad annum 627 in Heraclii decimum septimum incidentem signavit Nicephori scholiastes pag. 13.

489, 2. *βάνδον*] ut *σημεῖον*, *τὸ ἐν πολέμῳ*, ait Suidas: ita *τάγμα*, *cohors*, *militum manus*. Leo constit. 3. *διαιρείσθω τοίνυν ὁ πᾶς ὑπό σε στρατὸς εἰς τάγματα, ἤγουν τὰ λεγόμενα βάνδα διάφορα.* *acies igitur omnis tibi subiecta in cohortes, hoc est, diversa banda distribuatur.* Rigaltius.

Ibid. 14. *τρισὶ φούλκοις*] cominus congressuri primae aciei milites loricis nudati, si pectora scutis obiectis tegant, et qui pone sunt capita vultusque eorumdem suis pariter clypeis, ne primis feriantur telis operiant *φοῦλκον ποιοῦσι*, Rigaltii glossarium tacticon.

490, 7. *καταφρακταρικά*] quaenam sint exponunt variae lectiones *καταφράκτα νευρικά*, *ex nervis tutamina.*

Ibid. 16. *ἄρματα*] *arma* sunt Graecis recentiori loquen-

Digitized by Google

di genere; quo *ἁρματώμενος*, *armatus*, et *ἁρμαμέντον*, supra pag. 249 *armorum* est *penus*.

490, 17. *σαγιττοβολῶν*] *iactus sagittae*, *σαγιττοβολὴ* modernis. plura eorum vocabula hic occurrunt.

491, 1. *καβαλλάριοι*] *a caballo*, Latina dictione *καβαλλάριος*, *equus*: at *καβαλλέρης*, et in numero multitudines *καβαλλέρηδες*, *equites torquati* sunt, et *sacrae militiae allecti*. vocum discrimen est quae Gallicis *cavalier*, et *chevalier*.

492, 9. *τὰ ἄλογα*] generica dictio *ἄλογον*, *equi* speciei apud recentiores addicta. sic diaconus in Heraclio. *Romani animalia sua* (equos intellige) *nocte adaquaverunt*. *ταγίζω*, *cibare* est, ut *ποτίζω*, *adaquare*.

493, 18. *πιάσαντες*] *πιάνω* modernis est *accipio*, *apprehendo*, etc. Aoristus 1 *ἐπίασα*.

494, 13. *ἀπὸ δέκα καὶ ὀκτὼ λιτρῶν*] Anastasius: *ex quibus unumquodque* LXX *pondum habebat*, *vel* LXXX, *librarum*: solus codex Peyrez. habet *ἀπὸ ι' καὶ π' λιτρῶν* inter varias lectiones.

Ibid. *μέταξα*, *χαρβάσιον*, *καμίσιον*, *ἄσημον*, *νακόπητα*, *τάπητα*] moderna vocabula sunt, quorum nostra ad Cedrenum edit. Regiae expositio est.

Ibid. 19. *ἐμβόλους*] *παπυλεῶνας* exposuimus superius, *tuguria ex asseribus compacta*: *ἐμβόλους porticus* militares, cortinarum et tentoriorum aditus ad se invicem habentium ordinem interpretor.

496, 3. *διαιταρίων*] munus habent notae ad pag. 122.

Ibid. 14. *ποντογέφυραν*] optime Meursius *pontem ex pontonibus* exposuit, et ex Rigaltio deprompsit auctoritates: ex quibus, quia pontones ad invicem funibus colligatos video, *ποντογέφυραν*, et quam ad annum Heraclii 15 pag. 262 vocat auctor *γέφυραν ἐκ σχοινίων*, pro eodem usurpari coniicio.

497, 7. *ἵνα τὸν Σαρβαραζᾶν ἀποκτείνῃ*] quod falsis Heraclii litteris deceptus, de quibus Nicephorus ad annum 625, Chosroi ad extrema deducto suppetias non dederit. recolenda superius dicta pag.

498, 13. *ἐκράτευσεν*] *τὸ ἐκράτευσεν* exponerem *detinuit*, *ἀντὶ τοῦ ἐκράτησεν*, nisi Peyrez. codicis probatior lectio *ἐστράτευσεν in exercitum collegit*, detineret.

Ibid. 16. *Ῥαζατᾶ*] non meminit librarius vocis *Ῥαζάτου*, cui mentio pagg. 64 et 65.

Digitized by Google

499, 14. *Γουνδαβούνας*] ita Peyres, codex. scripti tamen poenitens *Γονδαβουσᾶν* hac eadem pagina bis librarius repetit. Anastasius pariter scripsit *Gundabundam*, et *Gundabusam*.

500, 8. *δηλοῖ αὐτόν*] antiptosis modernae Graeciae usitatissima vice *αὐτῷ*.

Ibid. 10. *γινώσκεις ἡ πολιτεία*] correctius variae lectiones: *γινώσκεις ὅτι ἡ πολιτεία*.

501, 7. *Ἐσδίμ*] gratior vox *Ἰεσδὶμ* in Peyres. reperta: gratissima *Iesdem* apud Anastasium: *Iesdem* enim *domos* legimus pag.

503, 7. *εἰρήνης γενομένης*] literas pacis nuncias, et praecedentium Heraclii gestorum narrationem continentes profert chronicon Alexand. ad hunc annum: ad eundem qui 628 ex scholiastae calculis, Nicephorus narrata confirmat.

Ibid. 13. *ἐν ἓξ ἔτεσι*] cum septimi parte spectatissima. ad annum quippe superiorem relata cuncta, unius anni circuitu absolvi non potuisse ex gestorum characteribus in chronico Alexandrino positis nequeunt absolvi, prout argute demonstrat Petavius in Nicephorum pag. editionis Regiae 70.

Ibid. 20. *ὁ δὲ λαὸς τῆς πόλεως*] Nicephorus pag. 15.

504, 13. *ἀπάρας ὁ βασιλεὺς ἅμα τῷ ἔαρι*] Heraclium e Perside cum victoria redeuntem Hierosolymam iter primo direxisse, et sancta cruce in eam illata, et Christiano more exaltata (qui ritus crucis est exaltatio) et mox Byzantium missa, ipsum tandem in regiam urbem regressum auctor est Nicephorus, qui victoriis et itinere Hierosolymitano relatis subdit, *μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Ἡράκλειος πρὸς τὸ Βυζάντιον ἐχώρει ὑπὸ πολλῆς εὐφημίας καὶ δόξης ὑπερβαλλούσης παρὰ τῶν ἐκεῖσε δεχθείς. paulo post vero Heraclius Byzantium rediens cum fausta omnium acclamatione, atque ingenti magnificentia a civibus receptus est.* etc. Theophanes ex adverso victorem Heraclium CP. revisisse, tum altero anno Hierosolymam versus se contulisse pugnat. in tanta rerum Heraclii scriptorum differentia quem interponamus litis iudicem, non suppetit. ipse Nicephorus litem propriis verbis dirimat. enarrata quam ample Heraclii Hierosolymam profectione, ac crucis, si vere foret a barbaris restituta, facto examine, eadem probata, exaltata, et CP. missa, Heraclii reditu in eam urbem nondum memorato, subiungit: *δευτέρα δὲ ἦν ἰνδικτιών, ἡνίκα ταῦτα ἐπράττετο, indictio secunda numerabatur, cum ista fierent.* at hic annus Heraclii decimus nonus indi-

Digitized by Google

ctione secunda notatur: ad mentem itaque Theophanis, ex Nicephori iudicio decimus nonus Heraclii elabebatur, *ἡνίκα ταῦτα ἐπράττετο.* Nicephorum porro Heraclii in urbem regiam adventum postbaec scripta si dixeris, geminum in eam urbem e Perside et Hierosolyma reditum facilis concedam, et Nicephorum narratorum ordinem solitum pervertere observabis.

505, 5. *ἀποκαταστήσας Ζαχαρίαν τὸν πατριάρχην*] occupatae a Persis Hierosolymae tempore Modestum eius episcopum sedisse testis est Nicephorus. vivente Zacharia, vel absente, nullam Modesti in Hiorosolymorum ecclesiam auctoritatem Theophanes refert. quae ratio, ut falsum omnino Nicephori chronicon existimaret, Petavium impulit, litem vero verbis huiuscemodi a Theophane ad hunc annum scriptis aptissime componi. *εἰσελθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τοῦ πατριάρχου Ζαχαρίου τελευτήσαντος, μετὰ τὸ ἐλθεῖν αὐτὸν ἐκ Παλαιστίνης ἀπὸ τῆς αἰχμαλωσίας, τοῦ δὲ ἁγίου Μοδέστου καὶ Ἀρχιμανδρίτου τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Θεοδοσίου, τοῦ κτήσαντος τὴν ἁγίαν Ἀναστασίαν, καὶ τὴν ἁγίαν Βηθλεέμ, ὡς ἐμπρησθέντα ἀπὸ τῶν Περσῶν· τότε οὖν χειροτονεῖ ὁ βασιλεὺς τὸν ἅγιον Μόδεστον πατριάρχην.* verba porro ista licet vitiata, et a grammaticae legibus aliena sensum a Petavio animadversum reddunt quam congrue: *imperator Hierosolymam ingressus est,* (procedente vero tempore) *cum soluta captivitate in Palaestinam rediisset Zacharias patriarcha, et diem ultimum obiisset, tunc imperator sanctum Modestum, qui sancti Theodosii monasterio quondam Archimandrita praepositus fuerat, et sanctam Anastasiam,* id est, resurrectionis templum, *et aliud in sancta Bethleem a Persis exustum, reparaverat, ordinari curavit:* cunctis tamen in exemplaribus, quae ad manus sunt, non extare observo. in illust. Peyrez. codice fateor legi; ad Barberini marginem ex Palatino, cum quo Peyrezianus codex comparatus, exscripta non inficias eo. in Regio, in Vaticanis tribus, in Barberino non reperiri, et num a Theophane primo prodierint, incertum contendo. tot codicibus uno quasi stylo exaratis concordes sese Anastasius, miscellae scriptor, et Cedrenus adiungunt: et quae adducta verba continent, ne verbo quidem attingunt. quocirca ex eis, ut mihi falsum Nicephori chronicon reddatur, colligere non licet: maxime cum Zacharia captivitate Persica detento, quae Baronii sententia est ad a. C. 616 num. 7, Modestus, ut episcopatus administrator, sedem tenere potuerit: idque solum Nicephori auctoritate evinci: quinimmo illud idem memoratis superius verbis, ab ipso etiam Theophane foetus nomine agnitis commode confirmari. qui

enim quondam monasterii praefectus, tum vero episcopatus administrator S. resurrectionis templi, et Bethlecm ruinas reparaverat, Modesto demum vivis erepto ab imperatore ad thronum olim commissum, proprias, non alienas agens vices, promotus est.

505, 13. *Ἀδεσὴρ ὁ τούτου υἱός*] regum, qui Persis dominati sunt, alia apud Nicephorum et Schikardum de rebus Persicis offerunt se nomina.

506, 4. *ὁ πατριάρχης τῶν Ἰακωβιτῶν*] auctor Monothelitarum historiae Combefis de Iacobitarum haeresi tractatum edidit, ex quo pauca proferam. *ὁ Ἰάκωβος ἀφ' οὗ καὶ οὗτοι καλοῦνται μοναχός τις γέγονε Σύρος, Τζάνζαλος ἐπονομαζόμενος, διὰ τὴν ἄγαν αὐτοῦ, ὡς οἶμαι, εὐτέλειαν. οὗτος οὖν ἀναδεξάμενος παρὰ τοῖς Σύροις τοῦτο ἐκήρυττεν.* et infra: *οἱ τῷ Ἰακώβῳ μοναχῷ Σύρῳ πεισθέντες ὠνομάσθησαν Ἰακωβῖται. Iacobus, a quo isti appellationem sortiti sunt, Syrus quidam monachus, ignobilis valde atque obscurus fuit, cognomine Tzanzal* (Culex) *ob summam, puto, eius vilitatem. hic ergo Eutychetis amplexus doctrinam, apud Syros eam praedicavit.*

Ibid. 10. *ἠρώτησέν τε τὸν βασιλέα*] memoratus auctor Athanasii cum Heraclio congressionis a Theophane fidem elevaturus, his eam oppugnat argumentis. 1. alteri cum Paulo Severiano ab eodem Heraclio habitae persimilem: quam perinde licet locorum et temporum circumstantiae diversam, pleraque tamen eandem ostendant. 2. iis auctoribus aut scriptis eam non memorari, quibus eius mentio debuerat esse commendata. 3. perperam Heraclium animo consternatum (attonitum argutius scripsisset) audita Athanasii sententia recenseri, cui iam Pauli Sergiique mens similis fuisset aperta. 4. Paulum Severianum episcopatu Antiocheno ob haeresim simulate repudiatam ab Heraclio donatum, Pauli forsan abiecisse nomen, et Athanasii assumpsisse. leviora tamen sunt haec tela, quam quibus confodiatur Theophanes, et historiae ab eo conscriptae veritas laedatur. ac primi quidem impetus in eam nullus est, aut certe debilis, qui geminum Heraclii, qua cum Paulo, qua cum Athanasio congressum admittet, atque ut eundem, vel similem materia et proposito, ita personarum, loci, temporum circumstantiis diversum. 2. scriptoribus nonnullis licet Athanasii fraudes obvolvantur silentio, aliis tamen velut Sophronio concrepantibus buccis easdem execranti sonore ventilantur. *cum quibus,* inquit, *anathema sint et catathema, Athanasius quoque Syrus, et Apozygarius Anastasius,* etc. 3. Athanasii verbis stupefa-

Digitized by Google

ctum Heraclium, quae res novas, et inaudita dogmata prae aliis ingererent: in nonnullis enim a Severianis discrepabant Iacobitae. 4. ultimi argumenti apud me, vel cordatos ea tantum erit fides, quae se probata auctoritate senserit fulciendam. illud insuper moneo eo in Theophanem discursu prave Baronium argui, qui, Cedreno Heraclii et Athanasii colloquium in annum 25 reponente, ad annum 20 illud revocarit. seriem enim annorum qui legerit apud Cedrenum, typographi solius, haud Baronii advertet erratum.

507, 10. *οἱ Ἰακωβῖται, καὶ οἱ Θεοδοσιανοί*] de istis Euagrius, de illis tractatus in historia Monothelitarum.

509, 9. *τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησίας*] illud esse totum ecclesiastici cleri conventum demonstrant Basilii, et Chrysostomi liturgiae, et euchologium.

Ibid. 12. *ἐκ τοῦ ζωοποιοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ*] *ἐν μέλανι. in atramentarium sanguine fuso.* inscitiae Baronium suggillat novus historiae Monothelitarum auctor, qui Theodori gestum hic relatum usu aliquo antiquis probatum ignoraverit. at non ignorantia, sed Theodori insolitae actionis modesta fuit Baronii expositio, qui eam nullo ecclesiae ritu praeceptam, aut usurpatam asseruit. quod ducentis post annis episcopi Orientales distillato in atramentarium Christi sub vini speciebus sanguine subscripserint, aut antiqui sacramentum cum satyro Ambrosii tulerint secum, aut una in tumulum praeceperint sepeliendum, addidisset etiam hodie ab episcopis Graecis peregrinantibus, quod mihi experientia constat, per terras et maria delatum, rei quidem insolentiam arguit, ac nonnullam Graecorum ex antiquo usu audentiam, nullam tamen Baronii ignorantiam, vel quod ipse testatur, similem ecclesiae Romanae ritum arguit.

510, 3. *τῷ δὲ ἐννάτῳ*] reiecta particula adversativa *δέ*, praecedentibus haec adiungenda. synodus enim hic laudata, de qua inferius ad annum Constantis 8, temporis characteribus huiusmodi insignitur.

Ibid. 14. *ὁ ἐρημικὸς Ἀμαλὴκ*] Machomedus desertorum Arabiae incola.

Ibid. 16. *κατὰ τὸ Γαβιθὰν, καὶ Ἰερμουχθὰν*] memoratur inferius ad annum Heraclii 24 et 25.

511, 3. *ὁ τῆς ἐκκλησίας διώκτης*] Constans: de quo anni sequentes.

Ibid. 5. *ἀπεβίω Μουαμὲδ*] comparandus Theophani Abraham Ecchellensis, de Moslaminorum imperio: ipse quoque Theophanes sibimet conferendus apud Constantinum Por-

Digitized by Google

phyrogennetam de admin. imp. cap. 17, ubi haec eadem pene ad verbum.

511, 17. *ἀναγκαῖον δὲ ἡγοῦμαι*] quae sequuntur excerpsit Constantinus Porphyrog. et ex eis conflavit caput 14, ex quo lucem haec accipiunt.

512, 1. *Νίζαρος γὰρ ὁ τοῦ Ἰσμαὴλ ἀπόγονος*] Ismaelis sobolen aliter deducit Abraham Ecchellensis pag. 157, diversus ille ordo apud eundem dignoscendus: nomina pene eadem leguntur, Nazarus, qui Constantino *Ζήναρος*, *Zenarus*, Massarus, qui forte hic Mundarus; Rabiha, qui hic Arabia; Caisus, qui hic cunctisque in codicibus particulae copulativae *καὶ Ἴσὸς* adiungitur, veriusque ex Constantino cap. 14 *Καῖσος* scriberetur; Tamum pag. 158, qui hic Themimes, et in Peyrez. *Τεμήμης* extat; et Asedus rursum pag. 157, de Coraso inferius ad seq. pag.

Ibid. 9. *Ὁμηρῖται*] iidem mihi qui Ecchellensi memorato Aumaritae, *qui relictis sedibus in Arabiam felicem secesserunt, hacque de causa eius regionis incolis ipsorum posteri ascripti sunt.*

513, 10. *τὸν λόγον τοῦ ψευδαββᾶ*] addunt variae lectiones *ὀνόματι Σέργιον κακόδοξον·* exponit Constantinus, *συμψευδομαρτυροῦντος αὐτῷ Ἀρειανοῦ τινος μοναχοῦ ψευδονύμου δι' αἰσχροκέρδειαν. καὶ οὕτως ἡ γυνὴ πλανηθεῖσα, καὶ ἄλλαις γυναιξὶν ὁμοφύλαις κηρύξασα προφήτην αὐτὸν εἶναι, προῆλθε τὸ ψεῦδος. Mahometo falsum compraebebat testimonium Arianus quidam falsus monachus* (nomine Sergius) *turpis lucri gratia. atque ita uxore aliis quoque contribulibus foeminis ipsum prophetam esse contestante, mendacium progressum est.* locum porro hunc mendosum ita interpolo. *αὐτὴ δὲ πρώτη δεξαμένη τὸν λόγον τινὸς ψευδαββᾶ ὀνόματι Σεργίου κακοδόξου συμψευδομαρτυροῦντος δι' αἰσχροκέρδειαν.*

512, 15. *κρυπτῶς ἔτη δέκα*] haec in caput 17 Constantini congesta.

Ibid. 3. *οὐ τῶν παρόντων*] ita cuncta exemplaria, nec non ipsius Constantini: solum Barberinum, *οὐ τῶν παρουσῶν.*

Ibid. 8. *ἐγεννήθη Ἡρακλείῳ*] num ex Martinae neptis coniugio non ita constat. duos enim tantum susceptos ex ea filios narrat Nicephorus. *καὶ δὴ δύο ἐξ αὐτῆς υἱεῖς τίκτει:* nomen uni Flavius, alteri Theodosius.

Ibid. 9. *Ἡράκλειος ἐτέχθη*] ex Gregoria filia procreatum testatur Nicephorus pag. 15.

Digitized by Google

514, 15. *ἐπανέστησαν Πέρσαι*] brevibus haec perstringit Nicephorus pag. 14.

Ibid. 19. *ἀμηραίους*] *duces* interpretor, quos Sigebertus in chronico *praetores. in regno Saracenorum quattuor praetores statuit, qui amiraei vocabantur. ipse vero amiras dicebatur:* vel *πρωτοσύμβουλος. ὁδηγηθέντας, duces* vocat auctor anno succedente: *imperatorem* Abraham Ecchellensis dicit amiram.

515, 1. *Μουχέων κώμη λεγομένη*] Mecham puto indigitari Mahometi sepulchro, non iam vicum, sed urbem celeberrimam.

Ibid. 2. *βικαρίος*] tribunis, et principibus vicarios annumerat Vegetius Latinus lib. 3, tribunis item et campiductoribus Mauricius. superiorem dignitatem, provinciae nimirum praesidem, ostendit imperii notitia.

Ibid. 3. *εἰδωλοθυσία*] ita Mahometicum festum vocat: de quo Chalcocondylus lib. 3 et Barthema.

Ibid. 4. *Κορασινοῦ*] e Corasi stirpe, de quo praecedens pagina. Corasus ille idem, me iudice, qui Ecchellensi *Coraiscius, a quo Coraiscitae Mahometi pseudoprophetae cognati, et hostes dicti sunt:* quo fit satis admiranti unde Saracenus hic Catabas Mahometi contribules prodiderit ad necem: hostis enim Mahometici sanguinis extitit infensissimus.

Ibid. 9. *Χάλεδος*] de quo Ecchellensis pag. 158.

516, 6. *κτείνεται πρῶτος*] genus mortis, et causam refert Nicephorus. Abubacharus porro a quo occiditur, Abubacrus ab Abrahamo Ecchell. scribitur. de eodem Leunclavius hist. Musulm. lib. 1.

Ibid. 14. *Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος Κῦρος*] non longe ab indictione 6, quae superioris est anni promotionem eius assignant Anastasii collectanea in collatione S. Maximi cum Theodosio. *scitis novitates, quae factae sunt a sexta indictione transacti circuli, inceptas ab Alexandria per novem capitula a Cyro, qui nescio quo pacto factus est illic praesul.*

517, 4. *Θεόδωρον σακελλάριον*] Nicephorus. *στρατηγόν τε ἀνατολῆς ἐκπέμπει Θεόδωρον τῶν βασιλικῶν χρημάτων ταμίαν τὸν ἐπίκλην Τριθύριον. Theodorum aerarii privati comitem, cognomento Trithurium, ducem Orienti praeficit.*

518, 17. *κατηγορεῖται δὲ ὁ Κῦρος*] eadem Nicephorus referens, in nonnullis adversatur Theophani.

Ibid. 18. *διαδόντος*] pravam Regii lectionem corrigunt variarum collectanea.

Digitized by Google

521, 2. *Χαλκηδόνα*] correctior Pal. codex, quo *Χαλκίδα* legimus: Chalcis enim Syriae urbs est, ad quam Ostroena provincia, de qua hic sermo. Chacidem quoque legit Anastasius.

Ibid. 17. *ΚΠ. ἐπίσκοπος Πύῤῥος*] indictione duodecima, quae huius anni propria, Sergium mortuum, et Pyrrhum ei subrogatum testatur Nicephorus.

522, 16. *τελευτᾷ Ἡράκλειος*], morbum, ultimam voluntatem, mortem, et sepulturam Nicephorus describit.

Ibid. 17. *βασιλεύσας ἔτη λ' καὶ μῆνας ι'*] Nicephorus *ἔτη λ' μῆνας δ' καὶ ἡμέρας ς'*, utrique chron. Alexand. quoad imperii initia conferendum.

Ibid. 18. *μῆνας τέσσαρας*] centum ac tribus diebus patri supervixisse scribit Nicephorus.

Ibid. 20. *καὶ Πύῤῥος πατριάρχης τελευτᾷ*] eius mortem in Constantis annum undecimum dilatam tum ex gestorum serie, tum ex temporis nota convincit Nicephorus eius depositionis historiam texens, et Theophanes eum anno praefato in sedem restitutum narrans, pleonasmus itaque expungendus.

523, 5. *τῷ δὲ αὐτῷ χρόνῳ*] Nicephori epitome.

Ibid. 16. *τοῦ ἐμὲ γεγοννηκότος*] correcte scripsisset, *ὁ ἐμὲ γεγενηκὼς πατὴρ Κωνσταντῖνος, ὅς ἐπί.*

Ibid. 17. *ἱκανὸν σὺν αὐτῷ ἐβασίλευσεν χρόνον*] octo nimirum et viginti annos, ex chron. Alexand. et Nicephoro, solus demum vix menses quattuor ex superius dictis.

Ibid. 21. *Ἀθεμίτως γεγεννημένον*] ex Martina nepte: de cuius coniugio notum ex Nicephoro pag. 16, Theodori patrui dictum.

524, 5. *συμβούλους καὶ γνώμονας*] horum interpretatio ex historia miscella petita.

Ibid. 8. *τὸν ναὸν ἐν Ἱερουσαλήμ*] *Μαργίδιον τῶν Σαρακηνῶν ἐν ᾗ πρώην ὑπῆρχεν ὁ Σολωμονιακὸς ναός. Meschitam Saracenorum ubi prius Salomonis templum*: habent variae lectiones: de quorum erga illud religione terrae sanctae geographi.

525, 8. *τοῦ Φᾶν*] Abraham Ecchellensis Haffanum scribit. videndus Leunclavius hist. Musul. lib. 1.

Ibid. 10. *ἐστασίασεν ὁ Γρηγόριος*] synopsis chronica Sirmondi in Anastasii collectanea.

Ibid. 12. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει γέγονεν*] anno praesente, indictione octava currente concilium Lateranense, seu Roma-

Digitized by Google

num, de quo pag. 286 celebratum eius acta perspicue docent: *in nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperii domini Constantis anno nono, sub tertio nonas Octobris, indictione octava.* quoniam vero indictione decima quinta Heracleonam in ordinem redactum auctor Theophanes testatur, aequo gressu indictionum numerum, et Constantis imperantis annos procedere, adeoque qui hic octavus, indictionem numeri eiusdem habeat, necesse est, eaque paritate ab auctore posita, anno integro calculos eius a concilii computo, quoad Constantis aetatem superari animadvertimus. nodum haud adeo solvit, quam secat Baronius ad annum Christi 641 num. 1 dicens: annum indictionis octavum in Constantis ineuntem nonum incidere: quod equidem ut verum, ita difficultatem eludit, exponit minime. nam cum circa Iulium mensem Heracleona pulso, sceptrum Constans adeptus sit, ex Petavii calculis in Nicephorum edit. Reg. p. 74 certe ante 8 anni finem Constantis nonus initium facile ducit: at non is est, Theophani nonus, sed octavus, qui concilio circa nonas Octobriles acto annum a Septembri ductum mensibus tantum duobus antevertit. satius ad Theophanis mentem dicendum annos indictionibus signatos indictionum quandoque numerum, alium licet teneant, subire. quo fit, ut Constans sub indictionis decimae quintae imperium auspicatus, ac praeterea sequentes octo numerans, ut indictiones novem delibans, annos quoque novem attigisse scriptus sit.

526, 18. *γέγονεν ἐν Ῥώμῃ σύνοδος*] de cuius tempore ad pag. 288 notae.

527, 15. *ΚΠ. ἐπίσκοπος Πέτρος*] Pauli nomen reponendum docent variae lectiones. de Pyrrho sedi restituto Anastas. collectanea. *deus statim iusto iudicio suo delevit eum de libro viventium.*

Ibid. 19. *κόλοσσον Ῥόδου μετὰ ͵ατξ´ ἔτη*] ex his quando colossus Rhodius fuerit erectus, collige. anno a mundi conditu 5145, et a Christi ortu 645, aes quo conflatum erat pretio distractum fuit, annis post eundem erectum mille trecentis et sexaginta: erectus est itaque anno a mundi conditu 4785, quo ex Georgii Syncelli (cuius continuator, Theophanes) computo Ezechias regni numerabat vicesimum. rursum vero: annus Abraham 2015 Christi natalitiis apud Eusebium consecratur: his adde post ortum annos 645, occurret ab Abrahamo in lucem profecto annus 2660, detractis mox 1360 superest 1300 summa: quae apud Eusebium inter Abrahami annos habet Ezechiae quintum ac vicesimum sibi adiunctum. aliter iterum: anno post Christum 645 colossi Rhodii aes vaenit 1360 annis postquam erectus est: annis itaque ante

Digitized by Google

Christum 715, quibus apud Petavium de doct. temp. lib. 13 pag. 547, adnectitur Ezechiae regnantis annus 13, cui septem aliis (quos Theophanis computo deesse contendit, de quo alibi) appositis, vicesimus Ezechiae consurgit, qui iam ex Syncello collectus est. summatim dico: circa Ezechiae annum 20 vel proximum aliquem colossus Rhodio portui impositus est.

528, 11. *Βουκινάτωρος*] spectatum hunc solo nomine Buccinatorem existimarem, qui *κόμης Βουκινατώρων* apud Rigaltium v. *Βούκινον* scribitur.

Ibid. 18. *Ἀβουλαβὰρ δὲ στρατηγὸν*] de cuius nomine, expeditione, et gestis Leunclavius hist. Musulm. lib. 1.

529, 5. *Θεσσαλονίκῃ ἐγκρίνεται*] *θὲς ἄλλῳ νίκην*. *pone alteri victoriam*.

530, 4. *Ἐθρίβαις*] *Αἰθρίβοις*] posuit superius. ita civitas Mecha alio nomine *Ietrib*, ut liber Alcoran testatur: licet Madinam *Iatraba* quoque Arabibus dictam contendat Abraham Ecchell. pag. 154.

Ibid. 17. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει*] anno Constantis decimo sexto Maximum lingua manuque mutilatum argute clareque ex actis demonstrat Baronius ad a. C. 657 num. 2. passionis historiam omnem sequentibus profert.

531, 5. *ἃ καὶ κατ' ἔπος οὗτοι γεγράφασιν*] extant in Anastasii collectaneis a Sirmondo editis: necnon apud Baronium annis 656 et 657.

Ibid. 12. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει ἐξορίσθη*] anno Constantis decimo tertio Martini papae exilium, mortem vero decimo quarto, coniungenda, sequentes temporum characteres in ipsius Martini epistolis, Anastasii collectaneis, et aliis locis signati demonstrant. summum ecclesiae praesulatum sanctus ille pontifex mox ut adeptus est circa Constantis anni septimi exitum, ineunte octavo (iuxta Theophanis calculos) et indictione octava pari dierum gressu currente, monothelitarum errori condemnando concilium Romae celebrat. Theophanes superius assignatis annis, Baronius a. C. 649, ipsa concilii verba: *in nomine domini dei salvatoris nostri Iesu Christi, imperii domini Constantini piissimi Augusti anno nono* (qualiter numeretur nonus prius expositum) *sub die tertio nonas Octobris, indictione octava. praesidente sancto ac beatissimo Martino papa*, etc. ipse Martinus epistola ad Paulum Thessalonices episcopum. *nempe a die prima praesentis mensis Novembris, indictione octava, qua die missas a te lubricas literas accepimus, et condemnavimus*, etc. anno se-

Digitized by Google

cundo insidias ab Olympio exarcho sibi paratas sustinuisse declarant eius dicta iam proferenda. tertio, in Constantis decimum et indictionem decimam incidente Calliopam exarchum Romam profectum excipit, et ab eo CP. abducitur. eius quippe adventum referens scribit: *ego vero ipse graviter infirmus eram ab Octobrio mense usque ad praedictum tempus, id est, usque ad sextumdecimum kalendas Iulias.* et infra: *cum et in adventu infamis Olympii vani cuiusdam hominis cum armis me hunc potuisse repellere faterentur.* anni primi eo tempore, quo concilium habuit, aegrotasse, quae ipse gessit homo sanae mentis et firmorum laterum credere prohibent: Olympius quoque et Calliopas exarchi septimo a concilio celebrato mense, datis prius CP. litteris, responsis acceptis, susceptis confectisque CP. Ravennam, Ravenna Romam itineribus, varias Martino vexationes, quae moram exigunt et successionem uno tempore nequeunt ingerere. abducitur itaque Roma anni tertii, ut vult Sirmondus in Synopsi chronica ad Anastasii collectanea mense Iunio, ac ut Martinus ipse scribit: *pervenimus kalendas Iulias Mesenam* (Misenum, ad ostia Tiberina promontorium) *in qua erat navis, id est, carcer meus.* menses tres inde per varias insulas exigit, ad anni nimirum quarti primordia: ipso dicente: *in plurimis insularum in quibus nos vel tribus mensibus peccata impedierunt, nullam compassionem adeptus sum.* annum Naxi commoratur, qui assumptionis eius quartus, et circuli currentis indictio undecima. *excepto duntaxat* (superiora verba prosequitur) *in insula Naxia, quoniam ibi annum fecimus,* etc. unde digressus indictionis duodecimae primo mense CP. adpellit. *cumque tandem pervenisset Byzantium,* inquit eius martyrii scriptor, *beatus ille septimo decimo die Septembrii mensis in portum prope Euphemiam,* etc. vario carcerum, examinum, et tormentorum generi subditus, exilii sententiam postmodum accipit. *fecit ergo reverentissimus papa in eodem Diomedis ergastulo octoginta quinque dies post primas nonaginta tres* (in excubitorum custodia) *hoc est omnes simul* 178. *venit igitur Sagoleba scriba dicens, quia iussus sum auferre te hinc, et transferre in domum meam, et post dies duos dirigere te, quo iusserit sacellarius.* et infra: *dictum est ergo quia in Chersonam exulatur. et post dies aliquot cognovimus, quia illuc clanculo navigio transvectus est.* ipse discessus tempus signat in epist. *postquam egressi sumus ex eo quod Ieron dicitur a CP. navigantes sancta quinta feria coenae domini, pertransivimus Pharum, per diversa loca transmeantes, idibus Maiis, et Chersonem pervenimus.* sexdecim tandem menses exilium ad eius mortem dilatum coniicio ex his scriptoris

Digitized by Google

supra laudati verbis. *obiit autem*, etc. *mense Septembrio die sextadecima*, etc. *indictione quartadecima*. scelesti porro Pyrrhi lethum, in id tempus, quo Constantis anno duodecimo, et indictione pari Diomedis ergastulo sanctus pontifex tenebatur, auctor idem coniicit, in quo illi et Theophani convenit. haec attentius animadversa plura circa temporum rationem apud Baronium emendant.

531, 17. *εἰς τὸ Σαπφὶν*] *loci nomen in Asia*, inquit Ortelius: *Mesopotamiae iuxta Tigrim urbem* ex eodem v. Saphe, *Σαφῆ* mallem interpretari.

532, 4. *τὰς ῥόγας ἀνήνεγκεν*] non omittendae hic variae lectiones.

Ibid. 6. *καταλιπὼν ὁ βασιλεὺς ΚΠ.*] Theodosii fratris occisi manes vindictam comminantes discessus causam extitisse narrant Cedrenus et Zonaras.

Ibid. 12. *κατὰ τῆς Ῥωμανίας*] Romano imp. ditionem subiectam Romaniae nomen iam olim accepisse confirmant haec Epiphanii haeres. 69. *ἐπιστολὴν μεγάλην ἐγκύκλιον ὅλῃ τῇ Ῥωμανίᾳ γέγραφε· epistolam bene longam, et encyclicam ad omnem Romaniam scripsit.* Baronius ad a. 3 in num. 6 ecclesiam catholicam significari censuit, sed aptius interpres Petavius *omnes Rom. imperio subditos* reddidit. Iornandis de Get. orig. *Anthemio principe iam defuncto, qui cum Recimere genero suo intestino bello saeviens, Romaniam trivisset*, etc. Cedreni in Constantino magno. *καὶ πάλιν οἱ Πέρσαι κατὰ Ῥωμανίας παρετάξαντο. iterum in Romanas provincias Persae arma movent.* Theoriani in legat. Armen. *παρακαλῶ μεταγραφῆναι τὴν συγγραφὴν ταύτην καὶ δοθῆναι μοι, ἵνα ἐξελληνισθεῖσαν ἐν Ῥωμανίᾳ ἔχοιμεν αὐτήν. opusculum istud describi, mihique dari precor, ut Graece redditum in Romania habemus.*

Ibid. 17. *ἐγένετο πλάνη τῶν νηστειῶν*] ex paschatis in certum diem figendi incerta ratione contentiones et opinionum dissidia veteres apud Christianos Alexandrinos maxime, et Occidentales orta copioso doctrinae tractatu, et non parca exemplorum serie demonstrat Petavius lib. 2 de doct. temp. cap. 64 et lib. 4 cap. 24. unum huiusmodi praesenti anno contigisse indicant haec verba: *πλάνη τῶν νηστειῶν.* errore namque in quadragesimales dies qui ieiunio sacri, admisso, haud dubie quia CP. ecclesia paschalem solemnitatem erranter celebravit.

533, 8. *τὰ μέρη Ἑξαπόλεως*] Armeniam a Iustiniano imp. in quattuor partes divisam scribit Eustathius. primam

Digitized by Google

Heptapolim Ἑπτάπολιν dictam: secundam Pentapolim: tertiam Hexapolim Ἑξάπολιν: quartam Tzopharem, et Balbitenam vocatam. Sphadalam, vel ut alii codices Phadalem, vel Phaladam regionem ei conterminam existimarem cum Anastasio, nisi succedentis anni gesta Maviae ducem Armeniae fines bello incursantem, et rebelli Saborio suppetias ferentem describerent.

533, 11. τοῦ Κώνστα] Κώνσταντος et Κώνσταντι inflexionis vulgaris usus, quem Theophanes sequitur, ignarus est.

535, 9. κατέλαβεν τὴν Ἀραβισσόν] Arabissum castrum angusta montium, quibus iter fit in Armeniam occupare, patet: limitaneus praeses, eius κλεισουσάρχης. Ἀμνησίαν regionem Amniae fluvio Galatiae vicinam reor, et Anastasii miscellaeque verba, *ipse vero pergebat non immemor*, τῆς Ἀμνησίας adversum sensum referentia penitus aversor.

536, 2. θηλύδριον] cubicularium, et ea de causa eviratum. vide lectiones.

Ibid. 12. πλησίον τῆς πόλεως] Pal. codex emendatus πλησίον τῆς πύλης.

537, 13. ἐδολοφονήθη ὁ βασιλεὺς Κώνστας] Nicephorus editionis Regiae pag. 21. Κωνσταντῖνος ἐν Σικελίᾳ ὑπὸ τῶν ἰδίων ὑπηρετῶν δόλῳ φονευθεὶς ἐν τῷ λουτρῷ, ἤδη ἐν τῇ βασιλείᾳ εἰκοστὸν ἀνύσας ἔτος ἐτελεύτα. *Constantinus in Sicilia a servis suis dolo in balneis interfectus, anno expleto imperii sui vicesimo sevtimo moritur.*

538, 6. Θεόδωρος ὁ κολωνείας] Anastasius, *Theodorus coloniae.* miscella. *Theodorus patricius coloniae.* num coloniae praesul auctoritate plurima inter aulicos valens? incertum. vide anni sequentis textum.

Ibid. 10. γαλλικῷ σμήχεσθαι] lotos in balneo, unguento postea unctos docet Thomas Dempsterus antiq. Rom. lib. 1. unguento relicto, *sapone Gallico* (sic enim Anastasius interpretatur) Constantem delinitum exhibet Theophanes. verum quis Gallicus ille sapo nisi odoratus, et moscho perfusus?

Ibid. 14. Μιζίζιον] Anastasius, *Mesium.* miscella, *Mezentium* reddunt.

540, 1. ἀντίπεραν ἐν Συκαῖς] loco, qui nunc Galata, trans portum ad urbis Borealem partem.

Ibid. 19. κακαζοπορφύρους] alia lectio: κακκαροπορφύρους. vera Palatini et Barber. codicum κακκοβοπυρφόρους. adeo ut onerariae naves ignem Graecum maioribus instru-

Digitized by Google

mentis quasi cacabis in Saracenicas exonerarent, triremes vero et dromones minoribus quasi scyphunculis eundem eiacularentur.

541, 3. *στόλος ἀναβάλας*] classis muscarum more, ubi abactae sunt, in eundem locum rediens. insultibus enim continuis, et obsidione septenni regiam urbem oppetens aestiva tempestate, cum hyperuam Cyzici transegisset, mox infestior obsidionem repetebat: *καὶ κατὰ τὸ ἔαρ ἀναβάλλων* (unde *στόλος ἀναβάλας* satis barbare) *ὁμοίως πόλεμον διὰ θαλάσσης συνῆπτεν.*

Ibid. 4. *ἀπὸ τῆς πρὸς δύσιν ἀκρότητος τοῦ Ἑβδόμου*] CP. situs perito negotium verba haec facessent nullum. triangulus ferme est: ac latera quidem eius duo mari, terra tertium ambitur. *κεράτινος κόλπος*, *Cornu sinus*, qui portus est urbis, ad Boream alluit; ad Orientem, et flexuose nonnihil versus meridiem Propontis, Thracica tellus Occidentalem partem ambit. angulus Orientalis hunc in Propontidem, illinc in Ceratinum sinum flexus *Κικλοβίου* nomen gerit: oppositus ad Occidentem et portus aliud extremum Hebdomus est, et vicinum Pentapyrgii, sive Magnaurae palatium: a Pentapyrgio ad Heptapyrgium (Heptaculades Turcica dialecto, Latina Turres septem dicunt) qua terrestre latus urbis, Chryse, sive Aurea porta Heptapyrgio proxima occurrit. a Cyclobio itaque ad Magnauram, mari; a Magnaura ad Chrysen portum, terra CP. obsidebant Saraceni. liberum fuit Propontidis latus; quod appulsui huiusmodi sit omnino impervium.

Ibid. 14. *ἐπὶ ἑπτὰ ἔτη δὲ τοῦτο τελέσαντες*] sexto itaque supra vicesimum Constantis annum Saracenica adversus CP. expeditio suscepta. Phadalas, Abdelos, Chale, (Chaleu scribit Nicephorus pag. 21) et Caisus. Phadalas quidem et Izid Maviae filius Chalcedonis partes armis infestis vexare coeperunt. *παρεγένοντο ἀμφότεροι εἰς Χαλκηδόνα· καὶ ᾐχμαλώτευσαν πολλούς·* scripsit auctor superius. turbata incursibus urbe, *ἐχείμασεν Φαδαλᾶς εἰς Κύζικον·* habet idem ad Constantini huius annum secundum. armorum classisque maior vis anno quarto incubuit, cum *στόλον* illum *μέγαν ἐξήρτυσαν·* quinto tandem Graeco igne vastati Saraceni, atque ita septem annis Saracenicam obsidionem toleravit CP. de qua obsessa liberataque in mentem eandem disserit Petavius in Nicephorum editionis Regiae pag. 75. si Nicephorum obieceris Constantino imperium ineunte Saracenorum ingentem classem adversus CP. missam: eam primam in urbem non excurrisse, sed post biennium longe auctiorem maiora quoque damna intulisse audies.

Digitized by Google

542, 5. *ἀπὸ Ἡλιουπόλεως Συρίας*] *ἀπὸ Ἡλιουπόλεως τῆς Αἰγύπτου* scribit Cedrenus. sed et Heliopolim Syriae alteram ab Aegyptiaca memorat Ortelius. favet auctori Zonaras. consulendus Leunclavius.

Ibid. 18. *Μαρδαΐται*] de his voce et scriptis desideratus Ecchellensis pag. 156. "cognatio Maraditarum appellatione dignoscitur, ita dicta a Mahrado f. Cahlavi, quae regionem Syriae conterminam longe lateque habitat, et ad quam referendae quoque sunt innumerae propemodum huius nominis familiae, quae plures Arabiae felicis occupant urbes et agros. hi prae omnibus Arabibus genus armorum splendore ac virtute praeclarum reddiderunt: sed multo magis Christiana religione, cuius propugnatores acerrimi fuere." ipse Ecchellensis Libanita Mardaitam se iactabat, et eo nomine ac Christiani gloriabatur.

543, 13. *Κορασινῶν*] scripsit superius *Κορασινῶν*, quos Ecchellensi Coraicitas scriptos monuimus, de cuius nominis origine praeclara reliquit pag. 158 et 159.

Ibid. 18. *χιλιάδας τρεῖς*] et quid haec ex tantis? vide Peyrez. codicem *χιλιάδας τξε'*, numerum recte tributi superius iam pensum pag. 288 ad annum Constantis 17, deinceps adhuc pendendum Constantini huius anno 16 pag. 301.

Ibid. *αἰχμαλώτους ν'*] *ὀκτὼ χιλιάδας*, quod fidem meam superat Peyrez. idem codex posuit.

544, 6. *κάσταλδοι*] urbium rectores, et *καστροφύλακας* Codini interpretor: ut inter regnorum provinciarum, et urbium Praesides gradus observetur. illi *ῥῆγες*, reges: isti *ἔξαρχοι*: hi denique *κάσταλδοι*.

Ibid. 14. *τὸ Βατάν*] historia miscella, *corruit Edessenae ascensus, et trullus ecclesiae.* *τὸ Βατὰν* itaque *ambonem*, ad quem utriusque *ascensus*, existima. vox *ἀπὸ τοῦ Βαίνω* corrupte derivata id suggerit. terrae motu pariter cecidit ecclesiae CP. trullus et ambo anno Iustiniani secundo et tricesimo.

Ibid. 18. *ἰνδικτιῶνι α'*] attente numeranti, et priorum a pag. 288 D ordinem sectanti octava reperietur: et ad annum quoque mundi 6212 pag. 1 et 17, putanti octava rursus censebitur. codd. tamen omnes primam hic referunt: nec insulse si bene ad pag. notas coniectavimus.

Ibid. 19. *ἔτη κ'*] *στρατηγός*. amera inferior. cuius itaque dignitas semper aucta est, plures annos *στρατηγοῦ*, quam Amerae nomen gessit. quocirca Palatini et Peyresiani correctiores codices *ἔτη κς'* legunt: miscella Regii nostri numerum observat.

Digitized by Google

544, 20. *ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τὸ τῶν Βουλγάρων ἔθνος*] his non affinia modo, sed verbis pene eadem de Bulgaris Nicephorus refert pag. 22. fuit alter cum Nicephoro communis fons unde Theophanes hausit. quae circa Theophanis topographiam difficilia Petavius observat in notis, qua probentur, alia luce non indigent.

545, 1. *Οὐννογουνδοβουλγάρων*] separant hanc dictionem alii codd. apud varias lectiones, quibus Anastasius assentitur interpretans, *Onogundurensium Vulgarorum.*

Ibid. 6. *ἀπὸ τῶν Ἰβηρίων πυλῶν*] melius *ἀπὸ τῶν Ῥιφαίων πυλῶν.* e Riphaeis quoque montibus Tanaim deducunt Strabonis Asiaticae tabulae.

Ibid. 7. *ἐν τοῖς Καυκασίοις ὄρεσιν*] montes quoscumque nonnulli vocant Alpes: an Graecis quilibet alii *Καυκάσιοι*?

Ibid. *ἀπὸ δὲ τῆς μίξεως τοῦ Τάναϊ, καὶ τοῦ Ἀτάλ*] Hondiana Moscoviae tabula fossa communi, cui nomen *kamous*, hinc Tanaim in Maeotidem paludem, illinc in mare Caspium, qui nunc Edel, olim Volga, a quo Bulgari, erumpentes consociat. Caphis autem et alia a Theophane descripta nullibi extant.

Ibid. 10. *πλησίον τῶν Νεκροπυλῶν*] *Negropoli*, civitatem supra Tauricam Chersonesum in eadem tabula comperio.

Ibid. 16. *καὶ τοὺς ἐκεῖσε οἰκοῦντας Ἑβραίους*] Cimmerios mallem, aut cum Anast. et miscell. *Ἰβήρους* reponere.

Ibid. 19. *ὀψάριν*] *ὀψάριον, ψάριον, ὀψάριν, ψάριν*, et *ψάρι*, apud recentiores Graecos, *piscis*. Meursius.

546, 1. *ἐπὶ τῶν χρόνων*] Nicephorus, *ἐν δὲ τοῖς Κωνσταντίνου χρόνοις, ὃς εἰς τὴν δύσιν ἐτελεύτα.* quare legendum hic, *ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, τοῦ εἰς τὴν δύσιν τελευτήσαντος.*

Ibid. 2. *Κροβάτου τοῦ κύρου*] idem Nicephorus, *Κουράτος τις τοὔνομα κύριος γενόμενος.* *κῦρος*, et *κῦρ* recentiorum *ὑποκοριστικά*, velut apud Latinos a voce *dominus*, istae *domnus*, et *dom.* a *κῦρ* Graeco nonnulli Gallicum *sire* deducunt.

Ibid. 16. *Ἀραβία*] sequentis lineae *τὸ Ἀβάρων Ἀβαρίας* pariter hic legendum monet, aliter licet cunctis in codd. scribatur. quapropter Anastasius, *alter eorum in Avariae Pannonia chagano Avarum se subdens*, etc.

Digitized by Google

547, 9. *Βερζιλίοις*] Bersiliae reddidit Anastasius. *Βιρζιλίας* etiam habet codex Peyrez.

548, 16. *παρακονδακίζειν*] Meursius, v. *παρακοντάκιον*. *non recte dixerim quid sit, etsi divinem.* nil recte divinabis, nisi *velitationem* dixeris. videndae auctoritates apud Rigaltium. hinc *παρακοντακίζειν* Theophani *contis velitando agere*. *παρακοντάριον* haud scite Rigaltius in *παρακοντάκιον* mutat: *κοντάριον* v. *κόντος* scripsisse, recordari debuerat. ceterum τὸ *παρακονδακίζειν* cunctis in codd. hic occurrens in *παρακοντακίζειν* emendatius mutandum videtur.

551, 2. *συνηθροίσθη ἡ ἁγία*] nonam quidem indictionem, qua synodum actam eius acta testantur, numerat annus praesens: verum qui imperii non nisi duodecimus est, qua ratione tertius ac decimus post consulatum, anno tantum primo ineundum, putabitur?

Ibid. 3. *τῶν σπθ' ἐπισκόπων*] pauciores ac iterum pauciores alii referunt, inter quos Baronius a. D. 680 num. 41 et Binius notis in conc. 6 centum ac septuaginta solos Matthaeus Blastares in nomocanonis prooemio recenset.

Ibid. 14. *Αἰθρίβου*] Mecham esse superius diximus, aliis *Ietrib*, Ecchellensi *Iatrab* dictam.

552, 15. *ἰστέον ὅτι μάτην ληρωδῶς φλυαροῦσι*] inter opinionis eiusmodi asseclas Tarasium CP. praesulem extitisse demonstrant haec eius verba synodi septimae act. 2. "quae hic ignorantia, qua plerisque laborant circa hos canones? scandalum est enim dubitare, num sint sextae synodi. cognoscant igitur tales sextam synodum temporibus Constantini fuisse congregatam, nimirum contra eos, qui tantummodo unam actionem, et voluntatem in Christo collocant. illi igitur haereticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes, sub annum decimum quartum Constantini domum redierunt. post annos igitur quattuor, vel quinque, illi iidem patres sub Iustiniano Constantini filio congregati canones ediderunt: neque de hac re quisquam dubitet."

553, 1. *τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐσχάτης βασιλείας*] Trullanos canones a sexta synodo anno septimo supra vicesimum editos hoc uno Theophanes coniicit argumento, quod sexta synodo a mundi conditu anno, ut ipse putat, 6172 celebrata, ad annum 6199, cuius ipsa meminit can. 3, totidem intercedant. occurrunt nihilosecius plura non adeo calculos eius turbantia, quam opinatum manifestissimae falsitatis coarguentia. 1. anno quocunque prodierint ille canones, eum

Digitized by Google

tamen indictione quinta fuisse signatum canonis tertii convincit testimonium. *συνορῶμεν, ὅτι τοὺς δυσὶ γάμοις περιπαρέντας, καὶ μέχρι τῆς ιε' τοῦ παρελθόντες Ἰανουαρίου μηνὸς τῆς παρελθούσης ἰνδικτιῶνος τετάρτης.* verum qui a mundi 6172 septimus ac vicesimus annus est, qui quintae indictionis notam ferat, ac non potius sextae, cum circuli alterius, hoc est penultimi indictione nona synodus sexta, ut eius acta testantur, coacta fuerit? 2. Iustinianus secundum imperans indictionem quintam, qua synodus in Trullo habita, nullam numeravit: eadem vero in eius primum imperantis annum, quintum mundi vero 6183 incidit. 3. canones in Trullo editos, Pauli patriarchae suscriptione firmatos se vidisse testatum reliquit Blastares in nomocanonis prooemio: *ἡγεμόνες γὰρ ἐν αὐτῇ ἐγνωρίζοντο Παῦλος ΚΠ. Παῦλος Ἀλεξανδρείας, Γεώργιος Ἀντιοχείας, Ἀναστάσιος Ἱεροσολύμων, Ἰωάννης νέας Ἰουστινιανουπόλεως, Βασίλειος τῶν Γορτυναίων μητροπόλεως τῆς Κρήτης νήσου. καὶ τὸν τόπον ἐπέχων πάσης τῆς συνόδου τῆς ἁγίας ἐκκλησίας Ῥώμης· οὕτω γὰρ παλαιοῖς εὕρηται βιβλίοις μετὰ τὴν τοῦ βασιλέως ὑπογραφὴν ἕκαστος τῶν πατριαρχῶν τε, καὶ τῶν μητροπολιτῶν ὑπογραφῇ τὸ οἰκεῖον σημειωσάμενοι ὄνομα, καὶ ἀξίωμα. principes eius synodi celebrabantur, Paulus CP. alter Paulus Alexandriae, Georgius Antiochiae, Anastasius Hierosolymorum, Ioannes novae Iustinianopoleos, Basilius Gortynae metropoleos Cretes insulae, ac totius synodi sanctae Romanae ecclesiae vices gerens. ita namque post imp. subscriptionem, patriarcharum et metropolitarum singuli proprium nomen ac dignitatem veteribus in libris signaverunt.* is autem Paulus non nisi sub Iustiniano primum regnante tenuit patriarchatum ex ipsius Theophanis chronica ratione: reliquum est itaque ut exactis post sextam synodum annis decem, sub imperio Iustiniani primo, indictione quinta, mundi 5183 Trullani canones evulgati fuerint. alter porro numerus quem ab orbe condito annorum 5199 habet canon tertius, aliam a Theophane putandi rationem sequitur.

555, 4. *Νικηφόρου η'*] novem scribet loco proprio.

Ibid. 8. *ἀποστέλλει Ἀβιμέλεχ*] de Abimelech nominibus plurima curiose exposuerunt Leunclavius, et Abraham Ecchellensis, gesta vix attigerunt.

556, 12. *Ἰουστινιανὸς νεώτερος ὤν, ὡς ις' χρόνων*] ita Nicephorus: qui paulo inferius Libanitarum militum amotionem paucis recenset.

Ibid. 16, *Βουλκακίαν*] miscella, *Hyrcaniam*: Anastasius, *Bucaniam* reddit. Peyrez. *Βουλκανίαν* scripsit.

Digitized by Google

557, 5. *παρέλυσε δὲ τὴν μετὰ τῶν Βουλγάρων*] fusius ista Nicephorus.

Ibid. 6. *τοῦ οἰκείου πατρὸς ἐνορδίνους τύπους*] *τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τῆς εἰρήνης ἕνεκεν, καὶ τῆς ἄλλης πολιτικῆς εὐταξίας βραβευθέντα διέστρεφε.* *quae a patre suo de pace, ac reliqua reip. ordinatione constituta fuerant, omnia pervertit.* Nicephorus.

Ibid. 20. *κατὰ Μουσάρου*] arbitror eum qui superius pag. 300 Muchar scriptus est.

558, 16. *ἀλόγως μετοικῆσαι*] Cypro nimirum communis iuris existente, et utrique principi annuum tributum pendente, ex superius dictis. de Cypriorum migratione Constantinus de adm. imp. capp. 47 et 48.

559, 11. *τοῦ Μαχῶ*] placet prae reliquis Peyreziani ex Pal. lectio *Μαῖκα*, qua Mecca Mahometico sepulchro illustris intelligitur. Arabum sermone Macca dicitur. Leunclavius.

Ibid. 13. *ὁ τοῦ Μανσοὺρ*] vocis expositionem profert auctor ipse pag. 350. officium videtur hic apud Barbaros indicare.

560, 4. *Περιούσιος λαός*] vide nomen *λαοῦ* etiam exercitui significando impositum.

Ibid. 5. *ἐν Σεβαστοπόλει*] Sebastopolis alia Cappadociae, Colchidis ad Pontum alia. Ortelius.

Ibid. 14. *ἄστας ἀντὶ φλαμούλου*] *ἄστα, φλάμουλον, oriflambe*, recentioris dialecti vocabula *hastam, vexillum, bandum, banniere*, Gallis significant. *τὸ κουρκουρὸν* inferius positum Xylander *pharetram*, miscella *marsupium* interpretatur.

Ibid. 15. *κρεμάσαντες*] pari sceleri par quoque vindicta, urgentibus eam foederis fracti sponsionibus e conto suspensis a deo inflicta. "cum enim Theodorus angelus," ut Georgius Acropolita editionis Regiae cap. 25 refert, "cum Asano Ioanne conditionibus ac petitionibus perturbatis audacior esset, atque inordinatius non solum in regia, sed in aliis civilibus negotiis sese immisceret, saepeque iusiurandum negligeret, fidemque violaret, in affines Bulgaros pedem movit, et ex Romanis, atque Italis ingentem militem exaggerat, et Adrianopolim praetergressus, in superiorem partem Hebri agmine ducto, cum Bulgaris poscebat, sed exitium sibi quaerens, acie confligere. videbatur enim Bulgaros timore percitos nequaquam, vel solum sui exercitus impetum sustinere: at non sic Bulgari. sed Asanus Ioannes perfidia, ac foedere

Digitized by Google

ab Angelo Theodoro fracto potius, quam propriis viribus fretus, parva sibi auxiliari manu ex Scythis conducta, nec numero quidem millenis, confidentius in conflictum agebatur, *ὡς φασί τινες τῇ σημαίᾳ τὸν ἔγγραφον ὅρκον τοῦ Θεοδώρου ἀπαιωρήσας*, signo etiam militari, ut a nonnullis memoriae proditum est, iureiurando Theodori scripto appenso."

561, 7. *μαθὼν τὴν τῶν Ἀρμενίων ἧτταν*] victi ad Sebastopolim Armeni, eam urbem Cappadociae, vel Ponto non adscribendam, imo Armeniae ipsius caput, et medii sinus civitatem non ignotam declarant. e Thracia quoque Abydeno freto traiecti Sclavini, in Cappadociam maritimam, vel in ulteriorem Colchidem ut quid penetrassent, castris et aciei loco in Armenia deputatis? quare dictiones *τῇ παρὰ θάλασσαν*, ad anni superioris textum positas redundare vehementer suspicor.

Ibid. 10. *τὸν Χαγάνον*] Bulgari, Sclavini, Unni ducem suum agnominant Chaganum. hic ille est, quem annus superior *Νεβοῦλον*, Nicephorus *Γεβοῦλον* scripsit.

Ibid. 19. *ἀναίρεσις τῶν χοίρων*] a Saracenis porcinam carnem Iudaico more aversantibus.

562, 2. *σακκελλάριον αὐτοῦ*] Suidas v. *Ἰουστινιανός· ταμίαν τῶν βασιλικῶν χρημάτων* expressius nominat. is comes rerum privatarum domus divinae olim dictus, qui bona publicata, aut alia ratione ad fiscum pertinentia administrabat. Pancirollus.

Ibid. 6. *τούτων ἐπιστάτας*] *παραστάτην* Graeci vocant hodie *compulsorem*, et *operarum praefectum*, qui lentos et desides urget, et ut promoveatur atque absolvatur opus invigilat: ille reor est *ἐπείκτης*, alias *ἐκβιβαστὴς* Basil. eclog. 9 dictus. *ἐπιστάτην* autem operarum cuiusque ordinis lignariorum v. g. caementariorum, dolatorum, *etc.* primicerium interpretor. eos *πρωτομαστώρους* vulgaris dictio nuncupat.

Ibid. 8. *παιδικῶς δι' ἀβίνων μαστιγῶσαι*] Suidas v. *Ἰουστινιανός*. ex Nicephoro: *ἄχρι καὶ εἰς τὴν μητέρα Ἰουστινιανοῦ τὴν τόλμην ἐξήνεγκε, μάστιγας αὐτῇ ἐν ὀχήματι, ὡς οἱ γραμματισταὶ τοῖς παισὶν ἐπιθέμενος. adeo ut in ipsam Iustiniani matrem extulerit temeritatem, verberibus ipsi in curru ludimagistrorum more inflictis. ἀβίνας* porro, vel *ἀβήνας* Oppiani scholiastes *σκυτάλας, scuticas*, et *flagella* interpretatur: habenam quoque scuticam intelligit Horatius lib. 2 epistola 2.

in scalis latuit metuens pendentis habenae.

Digitized by Google

562, 10. *εἰς τὰ τοῦ γενικοῦ λογοθεσίου*] Suidas et Nicephorus citatus: *καὶ Θεόδοτόν τινα ἔγκλειστον γεγονότα κατὰ τὰ Θρακῷα μέρη τοῦ Στενοῦ τῶν δημοσίων λογιστήν, ὃν τὸ δημῶδες λογοθέτην γενικὸν ἐποίησεν. et Theodotum quemdam ad Steni Thracias partes prius inclusum, aerarii publici rationalem supremum, quem generalem logothetam nuncupat vulgus, creavit.* is est apud Pancirollum in notit. imp. cap. 73 *largitionum comes*, cui totius publicae pecuniae ex tributis et vectigalibus exigendae et conservandae cura demandata erat.

Ibid. 12. *ἔγκλειστον*] *ἀναχωρητήν*, et *ἡσυχαστήν*. Trullanae synodi canon 41. *τοὺς ἐν πόλεσιν ἢ χωρίοις ἐν ἐγκλείστραις βουλομένους ἀναχωρεῖν, καὶ ἑαυτοῖς καταμόνας προσέχειν, πρότερον ἐν μοναστηρίῳ εἰσιέναι δεῖ, καὶ τὴν ἀναχωριτικὴν παιδοτριβεῖσθαι διαγωγήν. eos qui in urbibus, vel vicis in clausuris volunt secedere, et sibi ipsis separatim, seu in solitudine vacare, prius quidem in monasterium ingredi oportet, et anachoreticum vivendi genus probare et edoceri*, etc. Balsamo scholiastes, *μέγα τι καὶ τολμηρόν ἐστι καταμόνας ἡσυχάσαι τινά, καὶ ἐν βραχυτάτῳ οἰκίσκῳ ἐγκλεῖσαι ἑαυτὸν ὡς τεθνεῶτα παρ' ὅλον τὸν τῆς οἰκείας ζωῆς χρόνον. magna quaedam res est, et inceptum valde audax separatim et in solitudine quiescere, ac silentium agere, seipsumque in exigua domuncula, tanquam toto vitae suae tempore mortuum, includere.* canonis nuper editi Theodotus violator, et clausurae infractor, quid in mediis turbis agit? Meursius *ἐγκλειστήν, sepulti salvatoris festum* interpretans, quod est eius nominis monasterium, ut aliud *τῆς ἀναστάσεως*, hallucinatur.

Ibid. 13. *τοῦ στενοῦ*] proprium nomen hic, quod Nicephoro appellativum. *κατὰ τὰ Θρακῷα τοῦ στένου λεγομένου πόρου. in Thraciae finibus ad freti* (Propontidos) *angustias.*

Ibid. 15. *ἐκ τῶν διοικητῶν*] *διοικητὰς* hic *τῆς πόλεως οἰκήτορσιν* oppono, Regnicolam videlicet civi CP. quis enim nesciat *διοίκησιν* esse, *ἢ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχει ἐν ἑαυτῇ, dioecesim plurimas provincias complecti,* ut episcopatus *διοίκησις* cum urbe praecipua plures vicos? adi Balsamonem in synodi Chalced. can. 9, Morinum in exercit. eccl.

563, 3. *ποιῆσαι εὐχήν*] nil non auspicato moliuntur Graeci, nisi praemissa prospero successui advocando benedictione. qua de causa consecrati templi eversionem sinistrum quid portendere veritus, patriarchae benedictione probari firmarique exposcit.

Ibid. 4. *τῶν μητροπολίτου*] de quo nota inferior secunda.

Digitized by Google

563, 5. *φιάλην καὶ βάθρα κτίσαι τοῦ δήμου τῶν Βενέτων*] populares tribus et factiones solemnibus imp. processibus cum suis insignibus et demarchis adfuisse Codinus de coron. imp. innuit. locum itaque commodum Venetae dispositurus imperator, *φιάλην*, *fontem*, machinam nimirum labro sculpto statuisque conspicuam, et *βάθρα*, *sedes lapideas* vel *marmoreas*, bases vocat miscella, *ἐφ' ὧν*, inquit Suidas, *κάθηνται ἐν τοῖς συλλόγοις*, *quibus in comitiis sedendi datur opportunitas*, excitari curat. de phiala et precibus consecrandae ecclesiae affectis euchologium.

Ibid. 14. *τὴν μητροπολίτου εἰς τὸ Πετρίν*] origines CP. *ὅτι τοῦ μητροπολίτου τὴν μονὴν ὁ αὐτὸς Ἰουστινιανὸς ἔκτισεν. ἐκλήθη δὲ οὕτως, ὅτι οἶκος ἦν ἐκεῖσε μητροπολίτου τινός*, *metropolitae monasterium Iustinianus exstruxit*, priore nimirum ad palatium eius nominis everso. *sic autem dicitur, quod ibi fuerit metropolitae cuiusdam habitatio. τὸ δὲ Πετρίν, τὸ παλαιὸν οἶκος ἦν Πέτρου πατρικίου ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ. locus Petrim vocatus, Petri patricii sub Iustiniani magni tempus, domus extitit.* eapropter lectio Peyrez. codicis *εἰς τὸ πραιτώριον* erronea est.

Ibid. 18. *τῷ ἐπίκλην Ῥουσίῳ*] miscella *cognomento Ruffo.*

Ibid. 19. *ἀποκτεῖναι τὸν δῆμον*] haud promiscuam plebem arbitror, sed factionis Prasinae *συρφετόν.*

364, 1. *Λεόντιος δὲ ὁ πατρίκιος*] *ἐκ τῆς Ἰσαύρων ὁρμώμενον χώρας, καὶ στρατηγὸν γενόμενον τοῦ Ἀνατολικοῦ καλουμένου στρατεύματος·* exponit Nicephorus pag. 25.

Ibid. 6. *ἐν τῷ Ἰουλιανισίῳ λιμένι τῆς Σοφίας*] orig. CP. *ἐκλήθη Ἰουλιανοῦ λιμήν, ὅτι ὁ κτίσας αὐτὸν οὕτως ἐκαλεῖτο. Iuliani portus, ab eo qui construxit nomen accepit:* ut a Sophia deinceps appellationem mutarit, dictum superius.

Ibid. 8. *συνετάσσετο*] dictionis interpretationem habent notae superiores.

Ibid. 12. *ἡγούμενος τῶν Φλώρου*] orig. CP. *τὰ δὲ Φλώρου καὶ Καλλιστράτου ἔκτισαν οὕτως καλούμενοι τοὺς οἴκους αὐτῶν. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν αὐτῶν ἐγένοντο μοναὶ ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, ἐξ οὗ καὶ Παῦλος πατριάρχης μετὰ ξῃ' χρόνους γνοὺς τὸν θάνατον αὐτοῦ, ἐν τοῖς χρόνοις Εἰρήνης παρῃτήσατο τὸ πατριαρχεῖον, καὶ κατελθὼν ἐκεῖσε ἡσύχασε, καὶ τέθνηκεν ἐκεῖσε μετὰ μῆνας δ'. Flori Callistratique loca, istius nominis duos aedes sibi construxerunt: iis vero defunctis, Constantini magni temporibus in mo-*

Digitized by Google

nasteria mutantur. exinde Paulus patriarcha sexaginta et octo annos natus pacis tempore morte praevisa, abdicavit se patriarchatu, et illuc progressus solitariam vitam professus post menses quattuor expiravit.

566, 6. *γλωσσοκοπήσαντες*] linguam cum naso praecisam Iustiniano testatur Nicephorus, *τεμὼν τὴν γλῶτταν, καὶ τὴν ῥῖνα.* postmodum tamen libere locutus est.

Ibid. *ἐξώρισαν ἐν Χερσῶνι*] Nicephorus, *ἐν Χερσῶνι τῇ πόλει ἐξώρισε δέκατον ἤδη ἔτος ἐν τῇ βασιλείᾳ διανύσαντα. in Chersonam urbem* (Ponti ad Maeotidem paludem) *deportat, anno eius imperii exacto decimo.*

Ibid. 10. *εἰς τὸν Βοῦν*] *πρὸς τὴν καλουμένην τοῦ Βοὸς ἀγορὰν· ad Bovis forum.* Nicephorus.

Ibid. 15. *ἄλιδος*] Anastasius, *senalidus.* legit corrupte *ἐστράτευ σενάλιδος.*

Ibid. 17. *τοῦ Βαρνουκίου*] ut Iberum duces et gubernatores curopalatae, non dignitate, sed nomine ab impp. decorabantur, ex Constantino de admin. imp. cap. 46. ita qui Lazicae et Barnucii rectores patricii nomenclatura celebres habebantur.

Ibid. 20. *ταξατιῶνα*] lexicon Cyrilli ms. *τάξις, τὸ στρατιωτικὸν σύνταγμα, ἐξ οὗ ταξεῶται. taxatos* reddit Anastasius. *ταξατίων, praesidium ex taxatis conflatum* Nicephorus, *στρατὸν ὁπλίτην πρὸς φυλακὴν* scribit.

567, 7. *πρωτοσύμβολος*] *consiliarius supremus,* qui hodie Turcis Vezir Azem exponitur in Leunclavii onomastico. Nicephor. *ὁ δὲ τῶν Σαρακηνῶν βασιλεὺς ταῦτα μεμαθηκώς, πλείονα κατ' αὐτοῦ ἐκίνησε πόλεμον.* Regii nostri lectio ad annum Constantini 11 de Mavia, *τῶν Σαρακηνῶν πρῶτος βασιλεύς·* alia, *πρωτοσύμβολος.*

Ibid. 10. *καὶ εἰς περίδρομον ἔνδον*] miscella, *et hostiliter exterius castra metatus est.*

Ibid. 17. *ἀνέσκαψαν*] Nicephorus, *τοῦτον δυσφημοῦντες ἀθετοῦσι.* pergit quasi Theophanem expositurus: *ψηφίζονται δὲ ἀψίμαρον ὄνομα, στρατοῦ ἄρχοντα τῶν κουρικιωτῶν, τυγχάνοντα τῆς κιβυραιωτῶν χώρας, ὃν Δρουγγάριον Ῥωμαίοις καλεῖν ἔθος. eiusque loco apsimarum eligunt, qui tum curiciotarum copiis praeerat, e cibyraeotarum regione, quem Drungarium Romani vocant.* Codin. de off. *Δρουγγάριος ὁ πρῶτος θαλάσσιος, classis praefectus. Δροῦγγος ποσότης τοσούτων τινῶν ἑρμηνεύεται. Globus militum.* Cibyraeotas classiarios milites laudat Constantinus de thematibus.

Digitized by Google

568, 6. *διὰ τοῦ μονοτείχους*] miscella per *singularem murum.* ea nimirum parte qua uno tantum muro urbs ad Blachernas cingitur. muri enim circuitu maris vacantes duplices sunt. Gyllius topogr. CP. lib. 1 cap. 19, et Cavanus Acropolitae adiunctus de obsidione CP.

Ibid. 7. *ὑπὸ ἐξωτικῶν ἀρχόντων*] Zonaras, *ἐπαρχεώτας ἄρχοντας* vocat: qui nimirum extra urbem in provinciis munera sua obibant, ab urbanis magistratibus distincti: vel potius qui ex peregrinis regionibus imperatori militantes, quales principibus Christianis Helvetii, ab eo castrorum, urbium, palatii, sacri etiam cubiculi custodiam sibi demandatam accipiebant: hoc pacto Barangos Anglos, et Bardariotas Persas suo tempore ab impp. honoratos Nicetas et Codinus referunt.

Ibid. 13. *ὑπὸ φυλακὴν εἶναι*] *ἡσυχάζειν* scripsit Niceph. hoc est, *ἐγκλειστου δίκην διάγειν.* vide scripta paulo superius.

570, 18. *Σίσιον*] castrum Ciliciae Guilielmo Tyrio memoratum. Ortelius.

571, 3. *εἰς τὸ Δαρᾶς*] Nicephorus. *Δόρος πρὸς τῇ Γοτθικῇ κείμενον χώρα. Doros in Gotthiae limitibus positum.*

Ibid. 4. *τῶν Χαζάρων Χαγάνῳ*] idem, *αἰτεῖ δὲ τῶν Χαζάρων ἡγεμόνα. Χαγάνους δὲ τούτους αὐτοὶ καλοῦσι. unde Chazarum (ducem Chaganos illos nuncupant) ut ad se veniret, rogat.* Chazari porro Tauricae Chersonesi, et Maeotidis paludis fauces ad Occidentem occupant.

Ibid. 7. *Φαγανουρίαν*] Maeotidis paludis Orientalem regionem.

Ibid. 15. *Βοσπόρου*] *Σκυθικοῦ* addit Nicephorus, qui aliis Cimmerius.

Ibid. 19. *κόρδᾳ*] Nicephorus *ἀγχόνῃ*.

572, 2. *εἰς στόμην*] idem *εἰς Τόμην καλούμενον παραθαλάσσιον χωρίον.* Petavius in notis. reddit Anastasius *imen*: alia lectio, *in mare.*

Ibid. 6. *Βυσβακούριον*] Nicephorus *Βαρασβακούριον, τόν τε Σολιβάν*, qui hic *Σαλβανός*.

Ibid. 10. *τοῦ Δάναπρι, καὶ τοῦ Δάναστρι*] de fluviis hisce consule Petavii notas in Nicephorum pag. 77.

573, 7. *εἰς τὴν Χαρσίου πόρταν*] *Egri Capi* vocant hodie Turcae, id est, obliquam, ut reapse aditum exhibet sinnosum. orig. CP. *ἐκ τοῦ Χαρσίου δευτερεύοντος μέρους Βενέτων, a Charsio secundae Venetorum factionis tribuno* dictam

Digitized by Google

volunt, quibus auctoris verba adstipulantur. inter ipsam, et sequentem Adrianopoleos portum versus continentem Blachernarum palatium situm fuit.

573, 21. *Ἡράκλειος*] Apsimari frater Orientalium copiarum dux.

574, 2. *ἐν τῷ τείχει πάντας ἐφούρκισεν*] *πρὸς τῷ τείχει ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησεν.*

Ibid. 4. *ἐμπράκτους*] *actores* vertit Anastasius, cuius alia lectio *auctores* habet.

Ibid. 9. *ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου*] *ἀπόλυσις*, *finis*, et *demissio*: *βάϊον*, *palma*, et *praemium*. adi notas in Cedrenum posteriores.

Ibid. 13. *ἐν τῇ νήσῳ Ἄμαστρις*] ad Bithyniae pontum. correctius *Ἀμαστρίδι* posuit Nicephorus.

Ibid. 18. *κλητορεύων*] *ἐν δείπνῳ συγκαλῶν.* idem.

575, 10. *καθολικὴν Δαμασκοῦ*] templum ad quod conveniendi promiscui sexus viris ac mulieribus potestas est, maxime quod in civitatibus primarium est, et antistitis sedes, catholici nomen obtinuisse ex Balsamone declaravimus in euchologicis.

Ibid. 15. *ἀδύνατον τῇ ἐκείνων γλώσσῃ*] hinc numerorum notas et characteres, *cifras*, vulgo dictos, Arabicum inventum, aut *Arabicos* nulla ratione vocandos, qui haec legerit, mecum contendet. etenim si Arabum lingua, id est, linguae characteribus unitas, binarius, ternarius, etc. scribi nequeant: qui characteres aut *ψῆφοι* nuncupabuntur Arabici? et licet deinceps Arabum lingua computorum libros Valid iusserit describi, numeros tamen ac summas expense et ad longum, *χωρὶς ψήφων* Graecis *εἰθισμένων*, voluit apponi, quod Basilius postmodum a Graecis, teste Cedreno, statuit observari. notas itaque characteresque, quibus numeros summatim exaramus, 1 2 3 4 etc. ab Indis et Chaldaeis usque ad nos scite magis advocat Glareanus in arithmeticae praeludiis.

Ibid. 18. *Ἰουστινιανὸς τὴν ἀναμεταξὺ*] eandem historiam fuse prosequitur Nicephorus.

576, 18. *ἀββᾶς*] *Σολιμᾶν* vocat ille *κατὰ τὴν αὐτοῦ διάλεκτον.*

578, 6. *μυριοβόλων*] *μυριαγώγων* habet Peyrez. codex. ideo verti *onerarias*: quas Anastasius *chimeras*: forsan etiam *πυριοβόλους*, igne Graeco plenas et armatas.

Ibid. 16. *Τουδοῦνον*] Petavius ubique legit *τὸν Δοῦνον*,

Digitized by Google

et τοῦ Δούνου, reliquis nominibus propriis articulo carentibus. miscella, *Tudunum*. variae lectiones varie legunt.

578, 19. εἰς σούβλας ξυλίνας] Nicephorus, ξυλίνοις ὀβελοῖς προσαρτήσας. consule Meursium v. σοῦλβλα.

579, 2. εἰς χελανδούρους] Nicephorus ἀκατίῳ ἐμβαλών.

581, 3. Ἰνδῷ ὄντι] addit, καὶ ὅλῳ δυσειδεῖ τυγχάνοντι.

Ibid. 17. δογὴν αὐτοῦ] Anastasius, *in susceptionem eius.* lubens reponerem, κατὰ τὴν δοχὴν αὐτοῦ.

Ibid. 20. κατὰ ἄνδρα νομίσματος ἑνός] Nicephorus, κατὰ ἄνδρα ἑκατὸν νομίσματα.

582, 4. τοὺς τοῦ Ὀψικίου] Bithynos, Mysos, Phrygas, Dardanos, Troas Opsicium thema comprehendit. iidem *Obsequiani*, imperatoriae maiestatis prodromi satellites, qui dum comitantur, astant, palatium custodiunt, ὀψικεύουσι.

Ibid. 6. ἀρμενίζοντα] Nicephorus, θεασάμενος τῶν τοιοῦτον στόλον πρὸς τὸ Βυζάντιον καταίροντα. Suidas, ἄρμενον, τὸ ἱστίον· inde ἀρμενίζειν, *vela facere.* Portius in lexico.

Ibid. 12. μετὰ κούρσου] Nicephorus, σὺν ὁπλίτῃ λαῷ. Anastasius, *cum incursione militari:* id est, cum celocibus armatis.

Ibid. 16. τὸ κιονάκιον τῆς ἁγίας τραπέζης] sacram mensam unica columella nonnunquam fulciri diximus superius.

Ibid. 18. Φυλακτά] miscella, *Phylacteria.*

583, 5. ἐπὶ τῶν ἄνω Καλλινίκης παραπορτίων] παραπόρτια, portus parvulas aliis maioribus adiunctas, ex Meursio interpretare iuxta Constantinum in tact. ἐχέτω δὲ τὸ περίφραγμα τοῦ φοσσάτου πύλας τέσσαρας τὰς μεγαλωτέρας, καὶ δημοσίας, παραπόρτιά τε μικρὰ περισσότερα· *habent castrorum portas maiores et publicas quattuor; portulas minores multo plures.* Anastasiae vero filium in superioribus templi liminibus iugulatum, vix in mentem possum inducere: quare Καλλινίκης παραπόρτια, vel ut habet Nicephorus, τὴν καλουμένην τῶν Καλλινίκων, quadraginta martyrum, vel quamlibet aliam ecclesiam, cum nominis huiusmodi apud origines urbis non occurrat, aliud nusquam, nisi forte Callinices, et eius posterorum aedem celebrem ad Blachernas designabunt. adversam interpretationem tenet Petavius in Nicephorum.

Ibid. 7. τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Παυλίνης] a Paulino magistro Theodosii iunioris zelotypia moti iussu capite trun-

Digitized by Google

cato, Cosmae et Damiani inchoatam aedem origines CP. testantur.

583, 17. *τῷ παραμηρίῳ*] *ensis brevior.* loco Const. 6. *παραμήρια, ἤτοι μαχαίρας διεζωσμένοι.* Iustinianus novell. 85. *ξίφη, ἅπερ καλεῖν εἰώθασι παραμήρια.*

584, 4. *προορατικός*] non prophetiae, sed astrorum lumine: unde Cedreno *ἀστρονόμος* vocatur.

585, 2. *καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ ἐτυφλώθη*] anno tyrannidis arreptae secundo lumen oculorum effossione Philippico ademptum est, ex Theophanis verbis inferius legendis: eodem itaque anno synodum sextam proscripsit. quare Petavii lapsum miror in Nicephorum scribentis. anno primo Philippici Bardanis pseudosynodum coactam scribit Theophanes, non anno secundo, ut vulgo theologi. ad annum quidem Philippici primum synodum istam memorat Theophanes; verum ut occaecationis tempori eam hic consociat, ita in annum illum primum eandem habitam nusquam asseverat. comparanda his Nicephori CP. historia.

Ibid. 11. *αἱρετικὸς καὶ μοιχός*] fidem haeresi adulteravit: et tyrannidi incubavit.

586, 2. *οὐκ ᾐσχύνθη ἐκμανῶς κινηθῆναι*] manum sextae synodo evertendae admovit, scelus autem anno sequente opere completum est.

Ibid. 5. *καθελὼν Κῦρον*] abrogationis praetextum adducit Baronius a. C. 712 num. 2.

Ibid. 6. *ἐν τῷ τῆς Χώρας μοναστηρίῳ*] orig. CP. *ἡ δὲ μονὴ ἡ Χῶρα, πρῶτον μὲν εὐκτήριον ἦν. Κρύππος δὲ ὁ ἔπαρχος, καὶ Γαρὸς τοῦ Καππάδοκος Φωκᾶ περιορισθεὶς ἐκεῖσε ἔκτισε ταύτην εἰς κάλλος, καὶ εἰς μέγεθος, ἀποχαρισάμενος ἐκεῖσε κτήματα πολλά. ἐπεκλήθη δὲ Χῶρα, ὅτι ἐπὶ τῶν Βυζαντίων χωρίον ἦν ἐκεῖσε, ἐπεὶ καὶ τὰ στουδίου χωρίον ἦν ἔξωθεν τῆς Βύζης. monasterium Chora oratorium prius extitit: Cryppus vero praefectus, et Garus Phocae Cappadocis filius illuc relegatus pluribus possessionibus donatis, in eam, qua visitur, formam et amplitudinem extulit. Χῶρα vero nomen habuit quod ibi foret χωρίον ager: quandoquidem et studiensis monasterii locus ager quoque primitus fuit.*

Ibid. 7. *Γερμανόν τε τὸν μετὰ ταῦτα*] oppositis licet in adversum Theophanis et Nicephori testimoniis ecclesiasticae libertatis desertae sanctos viros Germanum CP. et Andream Cretensem damnantibus, ab omni criminis nedum nota, verum etiam suspicione remotum Germanum Petavius Nicephori commentator contendit. at cum innocentiam tanti

Digitized by Google

viri non nisi existimatione de illo concipienda probet; Theophanem et Nicephorum falsitatis convictos agi non patietur, qui de Germani et Andreae lapsu Baronii luctum, et querelas legerit a. d. 712 num. 5 6 et 7.

586, 10. *Νικόλαόν τε τὸν ἀπὸ καυκοδιακόνων*] *καυκίον*, iuxta Suidam, est *ὁ παρὰ τοῖς σοφοῖς κάλυξ*. quare Nicolaus iste quondam *καυκοδιάκονος*, *a calicibus minister*, vel *φαρμακοποιός*. et salubrium potionum artifex, ceu *τῆς ἰατρικῆς ἐπιστήμων* mihi erit. auctor miscellae Anastasium sequutus, rescissis quae de Germano et Andrea Cretensi tractant verbis, Theophanem in hunc modum reddit. "reperit autem sui sensus Ioannem, quem episcopum CP. fecit, deposito Cyro praesule, quem et exilio relegavit in monasterio Charas, Nicolaumque diaconum calicum effecit, qui cum medicinali disciplina esset sophista, tunc quaestor erat." Petavii sincerae de Germani et Andreae fide et constantia opinioni lectio istiusmodi faveret, et rescissa verba a pravi affectus non nemine in Theophanis textum intrusa contenderet: at cum in adversum anno Constantis ultimo Germanum et Andream ecclesiasticae libertatis desertores, cui Nicephorus contestis accedit, edixerit et aliud sit omnino Nicolaum istum *ἀπὸ καυκοδιακόνων*, *caucodiaconum*, ita dicam, extitisse, et caucodiaconum, sive calicum diaconum recenter institui: ab Anastasio verba memorata mihi potius iudicantur omissa, quam a corruptore in Theoph. textum maligne immissa. diaconum calicum dicet alius Nicolaum in ecclesia institutum, cum ei dispertiendi inter plebem Christianam dominici sanguinis cura commissa est. assererem utique, nisi textus haud vitiandi, et sincerius exponendi studium ab tricis huiusmodi alienum me faceret.

Ibid. 13. *χαρτόφυλακα*] ecclesiae iuris dicundi praefectum, et tabularum eius custodem, in dubiis quaestionibus solvendis primum patriarchae assessorem, iudicem vero in ecclesiasticis omnibus secundum chartophylacem existima: et plura de eodem apud euchologica et Codinum lego.

Ibid. 15. *διὰ τοῦ Φιλέα εἰς τὸ στενόν*] Phileam ostium Thracii Bosphori, qui *στενόν*, coniicio. Nicephorus, *τῶν Βουλγάρων ὁπλίτης ὅμιλος ἀθρόως τοὺς ἐν τῷ Θρᾳκικῷ Βοσπόρῳ οἰκοῦντας ἐπεισπίπτει.*

Ibid. 17. *περαματίζοντας*] portum CP. hinc inde traiicientes. *πέραν*, *trans CP.* locum vocabant: *περάματα*, lintres traiecturis accommodatos, et *περαματίζειν*, lintribus huiusmodi transvehi.

Digitized by Google

587, 2. *τὴν Μισθίαν*] ita profecto legendum, *Μηδείας*, vitiata apud Nicephorum lectio reiicienda. *μετὰ δὲ ταῦτα*, recensitis nimirum Bulgaricis incursibus, *καὶ τὸ τῶν Σαρακηνῶν ἔθνος τῶν Ῥωμαίων κατέθεον χώραν· καὶ τὰ πλεῖστα μέρη διατρέχοντες, πλείστην ἴσην βλάβην ἀνθρώπων τε καὶ κτηνῶν ἐποιοῦντο· τήν τε Μηδείαν καὶ ἕτερα πολίσματα συμπαραλαμβάνουσι·* Misthiam Lycaoniae urbem ex Ortelio dubie loquente, certo coniicies.

Ibid.. 13. *ἐν δὲ τῷ μεσημβρίζειν*] Nicephorus, *εἰς ὕπνον κατὰ τὸν μεσημβρινὸν τῆς ἡμέρας καιρὸν ἐτράπετο.*

Ibid. 15. *πρωτοστράτωρ τοῦ Ὀψικίου*] comitis illius thematis stratorem primum concipe: *ὑπηρετῶν τινα* posuit Nicephorus.

Ibid. 17. *ταξατῶν*] Nicephorus, *στρατιωτῶν*.

588, 1. *εἰς τὸ ὀρνατούριον τῶν Πρασίνων*] miscella, *ad oratorium Prasinorum*. Cedrenus, *εἰς τὸ ἁρματώριον τῶν Πρασίνων, ad Prasinorum armatorium*. *ἅρματα* vero dictio cum currus tum arma, haec recentiore, illos antiqua significandi consuetudine referat; locum quo Prasinorum quadrigae, vel arma et ornamenta ad Circenses agones parabantur, *ἁρματώριον*, vel *ὀρνατούριον* indicabit.

Ibid. 4. *ὁ πρωτοασηκρῆτις*] Nicephorus, *ἀναγορεύουσιν εἰς βασιλέα Ἀρτέμιον Φιλιππικοῦ Γραμματέα, οὓς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καλοῦσιν ἀσηκρῆτις.*

589, 5. *τοξοβολίστρας, καὶ τεραραίας εἰς τοὺς πύργους, καὶ μαγγανικὰ*] primum historia miscella reddit, arcobalistas, secundi vice Meursius *πετραρεῖα*, sive *πετραρέας* supponit: tertium Nicephorus exponit, *πολεμητήρια ὄργανα·* de reliquis idem consulendus.

Ibid. 8. *ὡρεῖα*] Moschopulus apud Meursium, *ὡρεῖον, τὸ σιτοδοχεῖον, horreum*. consentit miscella.

Ibid. 13. *τῷ δ' αὐτῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου*] in annum Artemii primum, eumque ineuntem tantummodo Germani in thronum CP. translationem reponendam sequentes rationes docent. 1. anno Leonis decimo tertio, indictione 13, post annos pontificatus quatuordecim, menses quinque, et dies tres, Germanum sede depulsum verbis quam apertis declarat Theophanes ad annum Leonis praefatum, et ex eo Anastasius habet: *summo sacerdotio functus* (est Germanus) *annis* 14, *menses* 5, *diebus* 7, anni vero illi dies et menses a Ianuarii die septimo, ut ibidem scribit Theophanes, vel ut Anastasius, 7 idus Ianuarias, qui in eundem incidit, et quo Germanus exauctoratus, sursum

Digitized by Google

numerandi ab Arthemii anno primo, indictionis 13, charactere dignoscendo principium deducunt. error itaque Theophanis aut librarii annum Artemii secundum primi vice reposuit. 2. Constantinopolitanae sedis dignitas indictione decima tertia Germano, si bene numeret, delata fuit, circuli sequentis decima tertia pariter abrogata: prior autem illa in Artemii annum primum incurrit. ratio tertia ipsa Theophanis auctoritate stabilitur. annus Germani pontificatus vertens et integer, ut ex eius laterculo colligo, Artemii anno secundo vertenti quoque et integro ex aequo commensuratur: at mensis Augusti die quarto (hunc quippe numerum anni quattuordecim diebus 7 et mensibus quinque coniuncti desiderant) concessum tradit Theophanes. eius igitur auspicia ab ipsius Artemii anno primo, licet exeunte, petenda. 4. Artemius annum imperii secundum numerans indictionem decimam quartam reperit: ut enim Leo imperii sui anno decimo tertio indictionem decimam tertiam sociam nactus est, et primam primi; ita circuli praeeuntis ultimam Theodosius anno unico sceptris potitus, praecessor vero Artemius anno secundo deiectus decimam quartam anno eodem sortitus est: eam ob rem Germanus decima tertia institutus ab eius anno primo in CP. sedem translatus asseritur. 5. indictiones sursum deorsumque numeratae, et tum praeviis, tum succedentibus collatae quartam ac decimam Artemii secundo designant: an non itaque tertia et decima Germani translatione notata Artemii eius anno primo attribuenda? hac ergo, quam explanamus de Germano in CP. thronum transvehendo historia in annum priorem revocata, praesentibus verbis in verum sensum restituendis correctionem huiusmodi appono: *τῷ δ' αὐτῷ πρώτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Ἀρτεμίου, ιγ' ἰνδικτιῶνι, μηνὶ Αὐγούστῳ δ' μετετέθη Γερμανός, καὶ τὰ ἑξῆς.*

589, 17. *ψήφῳ καὶ δοκιμασίᾳ*] haec propria episcoporum et his maiorum instituendorum formula verbo *μετετέθη* in *προχειρίζεται* formula: de qua euchologium consecrandi episcopi ritum proferens.

590, 5. *κατὰ παρουσίαν*] ac forsan eius rogatu, ut quam citius haereticus Ioannes exturbaretur.

Ibid. 9. *πρὸς τὸ κόψαι ξυλὴν κυπαρισσίνην*] Nicephorus, *ναυπηγησίμοις ξύλοις κυπαρισσίνοις ἕνεκεν.*

Ibid. 14. *λογοθέτην γενικόν*] idem, *τῶν δημοσίων φόρων λογιστήν, ὃν λογοθέτην γενικὸν οἶδε καλεῖν ἡ συνήθεια.*

591, 6. *ἐκλήπτορα τῶν δημοσίων φόρων*] idem, *τῶν δημοσίων φόρων πράκτορα.*

Digitized by Google

591, 17. *τοῦ δὲ τῆς πόλεως στόλου*] unus CP. portus varia pro vario situ nomina sortitur. occidentem quae pars respicit, et est ad Blachernas, a S. Mamante appellatur: orientalior altera, *νεώριον* est. illam ergo classe urbica tenente, Thraciam appellere non poterat hostilis Theodosii exercitus. ubi in *νεώριον* secessit urbica classis; Theodosius locum relictum et Thracicas partes occupavit. conferenda his CP. topographia Gyllii lib. 4 cap. 6.

Ibid. 20. *Νεωτερίου*] Peyrez. codex correctius habet *Νεωρίου*.

593, 1. *Μασαλμᾶς*] *Μουσαλμᾶς* scribitur apud Niceph. qui mille et octogintas eius naves recenset.

Ibid. 7. *ἄς λαλήσωμεν*] vice *λαλήσωμεν*, modernae Graeciae imperativus pluralis: *ἄς* exhortandi particula.

Ibid. 9. *Ἀμόριον*] *Ἀμώριον* scribet inferius. Suidas *Ἀμώριον καὶ Ἀμώρος πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας. ὁ πολίτης Ἀμωριεύς. Ἀμορραῖος* quoque, et *Ἀμωραῖος* reperitur apud auctorem, et Cedrenum.

Ibid. 12. *εὐφημοῦν*] ita pronuntiat corrupta dialectus vice *εὐφημοῦσι*: ut *ἄς λαλήλωσεν*, vice *λαλήσωμεν*. *ἄς* illud exhortandi nota.

594, 12. *ἡ δὲ βίγλα*] *vigilia, excubiae.* Nicetas in Isaacio Angelo lib. 1. *μήτε φυλακὰς ἔχων ἀκριβεῖς, ἢ βίγλας. neque custodes habens accuratos, neque excubias.* reliqua hic occurrentia *λορίκιον*, *λορίκατος*, *μίλιον*, *καβαλλάριος*, *καβαλλικεύειν* Meursius nullo negotio exponit.

595, 5. *περιστατηθείς*] miscella *maestus factus.*

Ibid. 16. *εἰς τὰ λιβάδια θέλω μεταπληκεῦσαι*] Anastasius, et miscella, *in pratis volo manere.*

596, 4. *τὸν δομέστικον τῶν στρατόρων*] ubi de magno domestico, qui supremus post imperatorem exercitus dux, non est sermo, *δομέστικος*, ait Ioannes Citri in iure Orientali, *τὸν ἐξάρχοντα, τὸν προηγούμενον, τὸν ἐπιστάτην δηλοῖ.* uniuscuiusque ordinis primum et exarchum significat; hic optime *primicerium.*

597, 19. *καλοκαιρίον*] *aestas*, anni tempestas iucundissima. Constantinus de admin. imperii. *ὥστε μόνῳ τῷ καλοκαιρίῳ βλέπειν τὸν ἥλιον. adeo ut sola aestate solem habeant conspicuum.*

598, 7. *θεωρήσας δὲ ὁ στρατηγὸς ὅτι ἐπὶ Μασσαλαιῶν ἐπλησίασε*] Anastasius reddit, *contemplatus igitur praetor quo*

Digitized by Google

Massa Leo appropinquasset. miscella, *contemplatus igitur praetor quod Masalmae appropinquasset.* legendum itaque ὅτι ἐπὶ Μασαλμᾶν ἐπλησίασε.

598, 10. δύο ὑπάτους] neque προβόλους consules cum Anastasio interpretor, neque ἐξοχωτάτους, *supremos viros:* sed *caduceatores* potius, aut pacis agendae sequestros.

Ibid. 17. εἰς Θεοδοσιανά] Theodosianopolim Phrygiae Pacatianae urbem: cuius Chalcedonense, et CP. quintum concilia meminere. Ortelius.

599, 3. Ἀκροϊνόν] Bithyniae. Anastasius, *Acroenum.*

Ibid. 21. τὰ μανίκια τῆς δεξιᾶς χειρός] Anastasius, *dexterae manus suae manicas*, τὰς χειρίδας τῶν δεξιῶν χειρῶν disertior Nicephorus posuit. Petavius reddidit. *omnis dextrae manus digitos.* an non χειρίδες manicae? ita glossarium Anastasii.

600, 4. ἐκ τῆς Γερμανικίων] ut Germanicia ad Syrorum et Cilicum fines nobilis urbs, ita Isauria provincia indigenarum latrociniis et barbarie infamis. Leo ex hac oriundus alterius nunquam patriae honorem sibi asciscere studuit.

Ibid. 16. βρόμος] proprie *foedor*, metaphorice *horror*, et *aversio animi.*

Ibid. 17. ἐν Ἀλανίᾳ] alia lectio, Ἀλβανίᾳ.

604, 9. μετὰ κυκλοπόδων] cyclopedes interpretatur Anastasius.

Ibid. 19. δηλοῖ αὐτόν] accusandi vice dativi casus apud recentiores frequentissimus.

605, 5. εἰς τὸν κάματον] *labor diurnus* iisdem κάματος, et κάμνω, *laboro.*

608, 2. κατήνας] *mirae magnitudinis scaphas*, et iterum *grandes naves* vertit Anastasius.

Ibid. 3. ἀπὸ τῆς Μαγναύρας] palatium Magnaura corrupte quasi Magna Aula dicitur Luitprando de legat. alii Anastasium in eo fulmine percussum *magna aura* perire se deflentem narrant. plura Luitprandus, Gyllius, orig. CP. ad angulum meridionalem situm declarat contextus.

Ibid. 5. εἰς τὰ Εὐτροπίου καὶ Ἀνθιμίου] portus ad Chalcedonem, ab Eutropio Zenonis protospathario, aiunt orig. CP. nomen accipit, de quo auctor ad annum Mauricii septimum.

Digitized by Google

608, 11. *καὶ τοῦ στενοῦ μίκρον πνεύσαντος*] borea Proponti.

Ibid. 12. *ὁ δὲ εὐσεβὴς βασιλεύς*] eius impietate nondum detecta.

Ibid. 17. *ὀξείας καὶ πλατείας*] Propontidos insulae.

609, 4. *διὰ τῶν πρεσβειῶν τῆς ἁγίας θεοτόκου*] liberatae urbis annuam memoriam Augusti die 15 ecclesiae Graeciae recolit Menaeum, *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἀνάμνησιν ποιοῦμεν τῆς περὶ ἡμᾶς μεγίστης ἀνυπερβλήτου φιλανθρωπίας ἣν ἐδείξατο τότε ὁ θεὸς ἀποστρέψας μετὰ αἰσχύνης τοὺς ἀθέους Ἀγαρηνοὺς μεσιτείᾳ τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. maximae, et quae captum omnem superat in nos clementiae eodem die memoriam agimus, quam nimirum tunc deus exhibuit, deiparae dominae nostrae super omnes sanctae, ac semper virginis Mariae intercessione depulsis cum dedecore irreligiosis Agarenis.* solutae obsidionis historiam deinde texit, et quae tum a Nicephoro, tum a Theophane omissa brevi, et ab historiae fide non alieno discursu percenset. celebritatis vigilias et integrum *παννυχίδα*, quod pedibus stantes, nec eo die permissa inter decantandos hymnos sessione peragant, *ἀκάθιστον τὴν ἡμέραν* Graeci appellant. orationem in eam memoriam *εὐχαριστήριον*, et historicam profert is tomus quem historiae monothelitarum nomine P. Franciscus Combefis ante annos quattuor edidit. historica narratio eadem quae in Menaeo, tantum cultiore stylo composita: occurrit pag. 817.

Ibid. 5. *τὴν ἅλυσιν ἐκ τῶν Γαλάτων*] catena a Galata ad urbis muros producta CP. portum fuisse clausum demonstrat Laonicus Chalcondylus l. 7, Phranzes lib. 3 cap. 8 et alii.

Ibid. 9. *τοῦ Σωσθενίου*] perampli unius CP. portus regiones, ita dicam, plures, et *βραχύτατοι λιμένες*, ut historia penultima nota recensita scribit, varias appellationes sortiuntur *Σωσθένιον*, ad Chrysopolim reponit portum hunc Gyllius, quod in eo adversus Amycum praeliantes Argonautae salutem repererint *σωσθέντες*.

Ibid. 12. *χειμῶνος δὲ γενομένου*] Nicephorus totidem verbis haec scribens, *Σουφιάμ* vocat *Σοφιάν*, et *Ἰζίβ*, inferius *Ἰζίδ*, *Ἰέζιδον*, Anastasius *Gizid.* Solimani nuper memorati necem, et eius genus memorat Menaeum superius adductum.

610, 4. *εἰς τὸν Σάτυρον, καὶ Βρύαν*] Bithyniae portus liquidis verbis ostendit Nicephorus.

Digitized by Google

610, 6. *τοὺς τῶν κατίνων σανδάλους*] *οἱ δ' ἐν αὐτοῖς εἰσπλέοντες Αἰγύπτιοι νυκτὸς τοὺς ἐνεστηκότας λεμβοὺς τῶν νηῶν εἰσβάντες, πρὸς τὸ Βυζάντιον ἧκον.*

Ibid. 8. *ἀπὸ τῆς Ἱερείας*] est Hieria palatium supra CP. de quo Nicephorus in Heraclio. *καὶ ηὐλίζετο ἐν τῷ παλατίῳ τῷ καλουμένῳ τῆς Ἱερίας· in palatio, quod dicitur Hieriae mansit.* in urbe vero non extitisse ad eundem imperatorem, ut urbem ingrederetur a civibus delatae declarant preces. ubi reperiatur exponimus ad annum Copronymi 25. est quoque *Ἱερεία* Propontis, et Bosphorus Thracius, eiusque maxime ostium atque fauces ad Euxinum Pontum: quamvis *Ἱερὸν* frequentius et magis proprie scribatur sparsim in hoc opere. lego insuper *Ἱερὰν καλουμένην νῆσον* apud Nicephorum editionis Regiae pag. 37, eademque *τὸ Ἱερὸν* ad Propontidos fauces audit.

Ibid. 16. *ἀπὸ Πυλῶν*] Pylas istas ex adverso CP. in Asia esse contextus auctoris arguit.

Ibid. 20. *κλασματίζοντες*] Anastasius, *multis damnis afficientes.* Cedrenus periphrastice, *καὶ πολὺν φόνον καθ' ἑκάστην ποιοῦντες.*

611, 9. *ἐνέσκηψεν εἰς αὐτοὺς καὶ λοιμικὴ νόσος*] luem illam CP. ingruentem hominum trecenta millia, sustulisse Paulus diaco. de gestis Longobardorum lib. 6 cap. 47 refert: hostes vero duntaxat infestasse auctoris verba mihi videntur commonere.

Ibid. 10. *συνῆψε δὲ πρὸς αὐτὸν πόλεμον*] Saracenos in Bulgaros insiliisse commentarium de sex aetatibus clausurus Beda conscripsit his verbis: "Saraceni cum immenso exercitu CP. venientes triennio civitatem obsident: donec civibus multa instantia ad deum clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, perirent: ac sic pertaesi obsidionis abscederent. qui inde regressi, Bulgarorum gentem, quae est super Danubium, bello aggrediuntur, et ob haec quoque bello victi refugiunt, ac naves repetunt suas. quibus cum altum peterent, ingruente plurima tempestate, plurimi etiam mersis sive confractis per littora navibus sunt necati."

Ibid. 14. *ὁ θεὸς καὶ παναγία παρθένος*] CP. urbem B. virginis curae commissam, et eius nomini dicatam testatur Menaeum die 11 Maii. *τὴν ἀνάμνησιν πνευματικῶς τελοῦμεν τοῦ γενεθλίου ταύτης τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος τῶν πόλεων, τῆς κατ' ἐξαίρετον ἀνακειμένης τῇ δεσποίνῃ ἡμῶν τῇ ἁγίᾳ θεοτόκῳ, καὶ ὑπ' αὐτῆς διαπαντὸς σωζομένης. natalis a deo custoditae et urbium reginae urbis dominae nostrae san-*

Digitized by Google

ctae deiparae speciatim consecratae, et ab ea semper servatae memoriam celebramus.

611, 20. Σέργιος πρωτοσπαθάριος] in obsessae urbis tempus, id est proximum, Sergii defectionem Nicephorus revocat.

612, 4. Ὀνομαγούλου] *cui asini maxilla.* μάγουλον, recentioribus *maxilla.* Portius et Meursius.

Ibid. 15. πλησιάζοντας ἐν Καλαβρίᾳ Λογγιβάρδους] res ab eis gestas Paulus diaconus in historicis recenset.

613, 5. φασκιώσας] barbaram vocem barbare pronuntiat recentior Graecia φασκιώνειν, *fasciis involvere.* Meursius. Anastasius reddidit: *fusca condire:* miscella, *pusca condire.* favet cod. Barb. lectio φουσκιώσας. ita involutum caput illud puto, ut pusca vel myrrha quoque fuerit conditum, et ἐσμυρμένον, ut habet auctor inferius ad Constantini Copronymi annum 10.

Ibid. 10. τὰ ἑσπέρια μέρη] quae hic ad Saracenorum historiam spectantia in Peyrez. codice legantur, inter huius pag. lectiones varias reperies.

Ibid. 12. ἀποκινησάντων δὲ τῶν Σαρακηνῶν τῇ ιε' τοῦ Αὐγούστου] triennalem CP. obsidionem Paulus diaconus lib. 6 cap. 47 de Longobard. gestis. Nicephorus ad tredecim menses, auctor ad annum tantum producit. Masalmam enim Augusti die 15 eam posuisse anno superiore, hic eadem die solutam scribit. adventum et recessum memoravit Nicephorus: alter expeditionis praeparatae tempus inclusit,

614, 8. πιάσαι] πιάνω, *accipio,* recentioris linguae vocabulum. Meursius et Portius.

Ibid. 11. ἐκώλυσεν Οὔμαρος τὸν οἶνον] Mahometem vini abusum, non usum prohibuisse Turcas referentes audivi. is enim, aiunt, cum ex vini potu convivantes laetiores, cantibus et tripudiis indulgentes iter agens comperisset, vino et eius potui assuetis bene precatus est: eadem autem via e negotio redux iurgantes, et dissidiis sese mutuo conficientes contemplatus, vinum, et qui biberent diris devovit. hinc prophetae sui dictis crapulas proprias laudant, et eiusdem verbis a vino sibi temperantes de eius abstinentia gloriantur.

Ibid. 18. ἐτέχθη τῷ δυσσεβεῖ βασιλεῖ] post historias annis superioribus ascriptas subiungit pariter Nicephorus, μετὰ τοῦτο, quasi anno tertio, τίκτεται υἱὸς τῷ βασιλεῖ.

615, 1. τῇ δὲ κα' τοῦ Ὀκτωβρίου] Palatinus codex et

Digitized by Google

Peyrez. τῇ κε' legunt. Anastasius, et miscella, *octavo kal. Ianuarii,* habent. Barberinus tempus omnino tacet.

615, 3. **ἐμπράκτως**] Anastasius reddit, *cum solemni obsequio.* eandem significantiam tribuit Turco-Graecia lib. 3.

Ibid. 4. **πρὸ τῆς εἰσόδου**] idem, *oratione ante ingressum altaris effusa.* obscure. clarius repono. *oratione antequam dona sacra ad altare inferrentur, effusa.* est enim εἴσοδος in liturgia *offertorium*, quo cum processione et pompa panis et vinum sacrificio deputata sacerdotum manibus ad altare deportantur, et ad illud, ut ita dicam, **εἰσοδεύουσι.** adeundum, si dubium supersit, euchologium.

Ibid. 9. **ἀφοδεύσαντος αὐτοῦ**] hinc ascitum Copronymi nomen. alii a Caballino stercore, cuius ei odor in deliciis, Caballinum et Copronymum dictum contendunt. de his consulendus Zonaras.

Ibid. 15. **ἀνεδέξαντο**] vide illius temporis plures in baptismo susceptores.

Ibid. 17. **ὑπατείαν δοῦσα**] **ὑπατεία**, *consulare munus, donativum* Anastasio redditum.

616, 10. **πρωτοασηκρῆτιν**] **πρώτιστον τῶν βασιλικῶν γραμματέων** Nicephoro scriptum.

Ibid. **ἄρχοντα τοῦ τείχους**] Nicephorus, **ἄρχοντα τειχῶν**, *reparandis et custodiendis urbis moenibus praefectum:* de quo Codinus.

Ibid. 12. **κόμητα Ὀψικίου**] idem, **τοῦ βασιλικοῦ λεγομένου Ὀψικίου ἡγεμόνα.** Petavius interpres, *imperatorii obsequii praefectum.*

Ibid. 16. **ἰνδικτιῶνι τρίτῃ**] eadem quoque tertia indictione Constantinum cognomento Copronymum imperii corona redimitum testatur Nicephorus. **πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ Μαρτίου μηνός, τῆς τρίτης ἰνδικτιῶνος, τῇ σωτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσει.** quare cum praesentis anni quarta sit indictio (coepit enim, ut superius liquet, cum Leonis imperio indictionis circulus, et anno eiusdem decimo pag. 339 et decimo tertio pag. 342 par quoque numeratur indictio) in annum praeeuntem Constantini coronatio remittenda.

Ibid. 17. **ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῶν ιθ' ἀκκουβίτων**] S. Niceph. **ἐν τῷ τριβουναλίῳ λεγομένῳ ιθ' ἀκκουβίτων.**

617, 9. **τοὺς Μοντανούς**] Montani discipulis a baptismo non abhorrentibus, Montanistas hosce Manichaeos existimat Baronius ad a. C. 722 num. 1.

Digitized by Google

617, 11. *καὶ ἔχραινον τὴν πίστιν*] ab isto loquendi genere verbum *μαγαρίζειν*, *conspurcare*, ubi de fide deserta sermo est, recentiores traduxere. lege auctorem ad Leonis huius annum 1 et scripta superius pag. 334.

618, 16. *Νακωλείας ὁ ἐπίσκοπος*] Theophilum nomine demonstrat Baronius ad annum Christi 727 num. 5.

Ibid. 18. *τὰ περὶ τοῦ μακαρίου*] excerptum e libro auctoris rerum Francicarum inscii, quo mera *ἀχρονησία*, et *ἀνιστορησία* depromitur.

619, 1. *οὗτος ὁ ἀοίδιμος Στέφανος*] non Leonis, sed Constantini eius filii aetate vixit.

Ibid. 14. *κριστάται, ὃ ἑρμηνεύεται τριχοραχάται*] monstrum Francis ipsis, quibus accidisse narratur, incognitum: unde apud Graecos auditum veracior Agathias profert hist. lib. 1. "solemne est Francorum regibus nunquam tonderi: sed a pueris intonsi manent. caesaries tota decenter eis in humeros propendet: anterior coma e fronte discriminata in utrumque latus deflexa. neque vero, quemadmodum Turcis et barbaris, impexa iis, et squallida sordidaque est coma, vel complicatione indecenter cirrata, sed smigmata varia ipsi sibi adhibent, diligenterque curant; idque velut insigne quoddam eximiaque honoris praerogativa regio generi apud eos tribuitur."

Ibid. 18. *ἐλθὼν δὲ χειροτονεῖ τὸν Πιπῖνον*] hoc est regem prius institutum unxit. Baronius ad a. d. 751 et 754 num. 1.

620, 1. *προπολεμήσαντα τοὺς περαιωθέντας Ἄραβας*] Caroli Martelli facinora cum Pipini filii rebus perturbat.

Ibid. 5. *κτείνει μὲν καὶ τὸν αὐτὸν ἔξαρχον τοῦ ἔθνους*] Abdirama ad Aquitaniam a Carolo Martello caesus. Fredegarius scholasticus in chronico.

Ibid. 7. *παρὰ τὸν Ἠρίδανον*] Saracenorum exercitus alter ab eodem Carolo ad Rhodanum deletus, ex eodem Fredegario.

Ibid. 10. *λύσαντος αὐτὸν τῆς ἐπιορκίας*] Stephano concedit, quod a Zacharia praestitum.

Ibid, 14. *Καρουλλόμαγνον*] ni *Καρλομάννον* reponat, Carolum magnum cum fratre Carlomanno confundet.

621, 19. *ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔτει ἰνδικτιῶνι θ'*] anni praesentis indictionem decimam numerandam convincunt cum ad imperatoris huius annum tertium observationes positae, tum ipsa quae ad hunc annum paulo inferius indictio recensetur.

Digitized by Google

subiuncta vero narratio totidem verbis apud Nicephorum legitur pag. 37.

622, 14. κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἤγειρε πόλεμον] validiores machinas in sanctarum imaginum cultum anno imperii decimo Leonem movisse, et in eas crudelius rugiisse S. Stephani iunioris vita observat. "cum iam ad imperii decimum annum pervenisset, nec iam impietatem animo premere, ac continere posset, etc."

623, 15. τοῦ Ὀκτωβρίου μηνός] Pal. codex legit Ἀπριλλίου· merito. ita legerat Anastasius, qui vertit: *regiae appropinquantes urbi decimo quarto kalendas Maii.*

Ibid. 18. βυθίζονται περὶ τὸν λάκκον] Nicephorus, Ἀγαλλιανὸς σὺν τῇ πανοπλίᾳ ἑαυτὸν τῷ βυθῷ παρέδωκεν.

624, 7. μονοζώνων] *expeditos milites* vertit Anastasius: sequitur miscella: Suidas exponit, μονόζωνοι οἱ τίμιοι τῶν στρατιωτῶν· οἱ μὴ τὸν αὐτὸν τοῖς ἄλλοις ζωστῆρα φοροῦντες· οἱ ἀσύντακτοι, καὶ ὡσανεὶ λῃσταί· *monozoni, militum honoratiores sunt: qui eodem cum aliis cingulo non utuntur: qui ordinem non servant, sed praedonum more in adversarios grassantur.*

Ibid. 9. μυριάδαις] μυριάδα vox inflexionis secundae, recentioribus quam haec μυριὰς familiarior.

Ibid. 10. τῶν τιμωμένων πατέρων αὐτόθι] sanctorum patrum ad oecumenicas synodos convenientium memoriam non pictis modo eorum sacris vultibus, vel dicatis eorum nomini templis, sed et colendae religioni destinatis diebus ecclesia Graeca celebrat. festos quosque sacros illos dies per anni varias tempestates indicat Menaeum.

625, 4. ἐκ τοῦ μαγγανικοῦ] miscella, *ex mangone.* de bellicis hisce tormentis Lipsius in poliorceticis.

626, 4. τὸ κάστρον Ἀτεοῦς] Thraciae coniicit Ortelius, quod Asiae, si tamen haec praecedentia consequantur.

Ibid 8. Γάραχον] is Anastasio, *Gardachus*: miscellae, *Gradacus.*

627, 1. τίνος βασιλείας; ἔφη· Κόνωνος] unde Cononem sacrarum imaginum noverat Germanus eversorem? puer cum nomine illo vocari consuetus Hebraeis artis divinatoriae probe peritis occurrisset et imper. se futurum ab eis accepisset oraculum, quod exegerunt pretium vaticinii lubens promisit, sacrarum imaginum cladem. inde reor Conon imaginum eversor futurus divulgatur: ad militiam vero profe-

Digitized by Google

ctus, mutato nomine, Conon latuit, sed vera fera, Leo postmodum apparuit. nominis fideique desertor Leo Cononem alterum status ecclesiastici praecessorem apostatam imitatur: de quo ad annum Anastasii 2 pag. 118.

627, 9. *αὐτοῦ συνθηκῶν*] leguntur apud Codinum de imp. coronatione.

628, 4. *διΐππιν*] bigarum in circo stadium.

629, 1. *τῆς πολιτικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς ὑπακοῆς Λέοντος*] quod, ut Christiani principes solent, ad imperium et dignitatem spectantia plurima in subiectis occidui tractus ecclesiis ordinaret, et moderaretur. ut porro *βασιλέα καὶ ἱερέα* se iactarit Leo, et politicam aeque ac ecclesiasticam sibi auctoritatem falso arrogaverit, lege monentem de ambitione Gregorium pontificem apud annales ecclesiasticos anno Christi 726 in ipsis Greg. epist.

Ibid. 10. *ἡμέρᾳ γ' τῆς ἑβδομάδος*] feriae numerum corrigit Petavius in Nicephorum notarum pag. 82, et septimam reponendam contendit. admissa numeri correctione, quod extemplo subdit, displicet. *eo die indictum sacris imaginibus silentium, ut loquitur Theophanes, ab haereticorum huius temporis signifero, et execrando Leone.* loquaciores forsitan erant sacrae imagines, ut silentii damnarentur. an non *σελέντιον* conventus est optimatum, et tractandis imperii negotiis coactus imp. mandato consessus? ita edicit arbiter Nicephorus, qui haec Theophanis verba: *Λέων ὁ δυσσεβὴς σελέντιον κατὰ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων ἐκρότησεν*, exponit in hunc modum, *μετὰ δὲ ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἀθροίζει πλεῖστον λαὸν τῆς πόλεως κατὰ τὰ βασίλεια, καὶ συγκαλεῖ τὸν τότε τῆς πόλεως ἀρχιερέα Γερμανόν, συγγράφειν κατὰ τῆς καθαιρέσεως τῶν εἰκόνων τῶν ἁγίων ἠνάγκαζεν. post haec imp. ingenti civium numero in palatium collecto, una et Germanum patriarcham advocat: tum apud eum vehementius instat, ut de sacris imaginibus evertendis scriptum aliquod faceret.* recolenda superius posita ad pag. 202.

630, 2. *ἡμέρας γ' τῇ δὲ ἑβδόμῃ τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου*] alii codices legunt, *ἡμέρας ζ τῇ δὲ κβ' τοῦ αὐτοῦ Ἰανουαρίου.* Anastasius et miscella: *diebus septem. undecimo vero kalendas Februarii.* adeoque ante annos quatuordecim et menses quinque diebus septem adiectis, ab Augusti die primo patriarchatum Germanus suscepit. scripta superius pag. 322 his conferenda.

631, 1. *Λέων ὁ βασιλεὺς τὴν θυγατέρα*] sub belli in sacras imagines moti tempus nuptias filii conciliatas scribit

Digitized by Google

Nicephorus. *ἐν ᾧ δὲ οὕτω ταῦτα ἐπράττετο.* de huiusmodi nuptiis vide observanda in notis ad pag. 384.

631, 17. *τάλαντα τρία ἥμισυ*] lectio Pal. et Peyrez. inter varias habet *νζ*, Anastasius habet *talenta tria et dimidium.*

632, 6. *Θεόδωρος ὁ τοῦ Μανσοὺρ*] hallucinatur Baronius ad annum d. 734 num. 1 scribens: *fuisse tradunt Theodorum episcopum Grapsorum, cantorem cognomento dictum.* 1. quod Theodorum hunc Mansur cum Theodoro alio Theophanis fratre confundat: 2. quod Theodorum Grapsorum episcopum (Graptorum cum aliis vocis eiusdem ignaris correctius scripsisset) putet, qui *γραπτὸς* a litteris fronti inustis dicendus. *Μανσοὺρ* autem dicitur Theodorus hic, quod cum Ioanne Damasceno, cuius avus Mansur dictus est, communem sanguinis stirpem nactus fuerit: vel quod nobilitate inter gentiles praecipuas Mansuris appellationem (nobilem enim et principem familiari colloquio exponebat Abraham Ecchellensis) promeritus sit. vide pag. 350. verborum porro istorum *ἐξωρίσθη Θεόδωρος ὁ τοῦ Μανσούρ*, etc. versioni Anastasius et miscella praemittunt. *anno decimo octavo imperii Leonis Zacharias Romanus praesul habetur.*

Ibid. 11. *τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσεν*] annum vicesimum, ac res in eo gestas omisit Anastasius.

Ibid. 14. *Ἰσάμ*] Anastasius *Hison.* miscella *Evelid*: eadem Soleimanem *Zulcimin* ubique legit.

Ibid. 19. *σκήπτρων*] pinnulae vexillari, vulgo *banderole*, et clavae ex auro vel argento principibus in potestatis signum praeferri consuetae significandae, dictionem *σκήπτρων* recentioribus Graecis dubiam esse in editionis Regiae Codinum cap. 6 nota 39 declaravi. arrisit tunc, quae omnino nunc placet, et clavam honorariam, *masse d'honneur*, ex auctoritatibus adductis sententia interpretatur.

633, 1. *τούτῳ τῷ ἔτει ἐπεστράτευσε Σουλεϊμὰν τὴν Ῥωμανίαν*] praesentis anni, qui Leonis secundus ac vicesimus est, historiam et laterculum sequens, quo Leonis 23, Isam 17, Zachariae 6 et Anastasii CP. episcopi decimus signatur, Regii codicis librarius describere omisit: eadem in Anastasii versione legenda ex Palatino, Peyreziano, et Barberino manuscriptis excerpta, ne lectorem offenderet lacuna, huc transtulimus. miscella quasi regio consentiens eadem occultat: annorum tamen dispositionem, necnon res a Leonis decimo nono ad secundum et vicesimum ita dissociat et perturbat, ut cum Graecis codicibus, vel cum Anastasio in concordiam revocare nequeas.

Digitized by Google

633, 5. τούτῳ τῷ ἔτει] addit Anastasius, *indictione octava*, optime: nam indictionis circulus alter cum ipsius Leonis anno primo inceperat. de quo in notis ad pag. 335.

Ibid. 7. ἐν μυρίοις μονοζώνοις] reddit Anastasius: *quorum dux erat insidians in denis millibus latrunculis:* alibi μονοζώνους, *expeditos* interpretatur, de quo superius in notis ad pag. 339.

634, 5. ὑπὸ Ἱερακιτῶν] habet Anastasius, *a Racitensibus: a Raticensibus* miscella. *Harachenses* vocat Abraham Ecchellensis pag. 65. *Harakitas* p. 158 inter Mahometi discipulos privatos sensus tenere, et sectarios haberi, et hic in seditionem versos, declarat priore loco.

Ibid. 6. σεισμὸς γέγονεν μέγας] paribus verbis eum describit Nicephorus pag. 38. tempus et eius characteres ad Theophanis mentem probat Petavius not. pag. 82. at non ille Theodosii statuam, sed Arcadii ad Xerolophum cecidisse testatur.

635, 1. καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς κανόνα κατὰ ὁλοκοτίνιν] vertit Anastasius: *praecepimus administratoribus, et ipsi exigent in regulam per singulos aureos numum argenteum unum. quo imperator accepto aedificavit muros; et ita facta est consuetudo dandi binas siliquas administratoribus.* quod ex canonis amussi est, canonis etiam appellationem sortitur: sic poena ex ecclesiae disciplina; ex lege mulcta, pensum quodcumque et tributum ex principis mandato κανὼν est. ὁλοκοτίνιν, *numum aureum*, μιλιαρίσιον, *argenteum*; κεράτιον, *siliquam* refert. τὸ γὰρ ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιαρίσια δώδεκα, ἤτοι κεράτια εἴκοσι τέσσαρα. numus integer miliarisia duodecim continet, inquit scholiastes Basilic. eclog. 23 et Suidas, τὸ μιλιαρίσιον, τὸ τοῦ νομίσματος τὸ δωδέκατον· τὸ ἓν κεράτιον φόλλεις εἰσὶ δώδεκα. siliqua, folles sunt duodecim. clarius; folles duodecim siliquam, siliquae duae miliarisium, miliarisia duodecim numum componunt. an aureus sit, et ὁλοκοτίνιν, vel argenteus dubium est. plura de illis qui de ponderibus et mensuris: haec ad Theophanis et Anastasii mentem delibasse satis. lege Petavii commentaria in Epiphanium. Cedrenus exscripsit, εἰς κανόνα κατὰ νόμισμα μιλιαρίσιον ἕν.

Ibid. 4. τοῖς διοικηταῖς] *dioecesanos* alibi exposui, εἰσπράκτορας hic interpretor, et *collectores tributorum, ac vectigalium.* Leo novella 61. τοὺς ἐπὶ συλλογὴν τῶν δημοσίων φόρων καθισταμένους· διοικητὰς δὲ αὐτοὺς ἡ συνήθης ὁμιλία καλεῖν οἶδε. *publicorum vectigalium collectioni praepositos, quos* διοικητὰς *vocare communis usus novit.* addit Ce-

Digitized by Google

drenus, τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων, quo *per varias provincias distributos quaestores* percipias.

635, 6. κατὰ Μακεδόνας ͵αξγ΄] repone ͵αξβ΄, a. 6232, etenim mille et sexaginta duobus deductis remanent 5170 annorum numerus, a quo aera Macedonica procedit: et iterum 5170 si 1063 addideris, 6233 consequeris, ac simul errorem Theophanis asserto contrarium. de computis istis duobus, et quem Theophanes observet, annotationum 7 ad pag. primam exposuimus.

Ibid. 9. ἡμέρας κε΄] corrige κδ΄. a Maii quippe quinto supra vicesimum, quo Leonis imperii menses post annos enumeratos complentur, diebus 25 numeratis ad Iunii decimum nonum, Maio dies unum et triginta sibi vendicante, pertingis.

Ibid. 12. ἕως τῆς ιδ΄] computus erroneus. Iunii siquidem decimo octavo additis mensibus tribus, et diebus duobus, Septembris vicesimus habetur. itaque reponendum ἕως τῆς κ΄.

636, 17. καβαλλίαις τε κόπροις] καβαλλίναν uno verbo recentiores dicunt, *equinum*, quod Anastasius, *caballinum stercus*. hinc a moribus Caballini, quo eius memoria conspurcatur, nomen; ut ab eventu Copronymi, ut ab haereseos studio Iconomachi. Theocteristus apud Baronium a. C. 775 num. 3. *tantopere vero sordium et impurissimae cuiusque rei odore malo delectabatur, ut animalium brutorum stercoribus se illineret, et eos, qui cum illo erant, id facere iuberet: quos amabat, ob idque benigne accipiebat, quod rebus male olentibus semper delectaretur.* subdit Baronius, *sed risimus Glycam dum Caballinum a Cabala civitate refert denominatum, quod Caballini eius cives dici testetur. sed quid commune Constantino cum Cabala, natus ipse atque educatus Constantinopoli?*

Ibid. 18. μαλακίαις] mollities illas, parcant aures purae, turpes equorum attrectationes interpretor: μαλακίζειν enim, et μαλακίαν foedos corporum tactus, et pollutam Venerem hodie vocant Graeci.

637, 11. Εὐστάθιος ὁ μακάριος] de quo superius anno Leonis 22.

638, 5. Ἀρταβάσδου] qui Nicephoro ubique Ἀρτάβαζος.

Ibid. 12. Βησὴρ τὸν σαρακηνόφρονα] Βίσιρον scribit Nicephorus. auctor σαρακηνόφρονα, ex pari cum Saracenis in

Digitized by Google

sacras imagines odio. Christianos enim ex imaginum cultu Giaurlar. i. *idolorum cultores*, probroso nomine Turcae nuncupant.

638, 14. *παρίππιν*] *παρίππιον* vice, *equum miserum* vertit Anastasius: mutatorium suspicor ex Pancirolio in Not. imp. *concessa evectione unus aut alter equus permitti censebatur. cum vero tertius veredus indulgebatur, parhippus, aut paraveredus dicebatur.*

639, 5. *ἐν τοῖς κατηχουμένοις*] porticus superiores ad ecclesiae muros circumquaque extructae, ex quibus rem sacram fieri superne prospectat, et divinum officium populus audit, *κατηχούμενα* sunt, loca poenitentibus, vel catechumenis ad ecclesiae limen addicta canonis Trullani 93 recens expositor indicavit: auctor vitae Basilii eum vela *ἐν τοῖς κατηχουμένοις* suspendi iussisse referens, eadem in excelso sita, et ex eis lascivam mulierem in diaconum altari ministrantem prospectum demisisse declarat. plura de illis ad Codini editionis Regiae cap. 16 nota 50, et ad Constantini et Irenes matris annum sextum.

Ibid. 13. *Μονούτης*] Anastasio, *Monotes*: Nicephorus *Μονώτιος*.

641, 3. *Οὐαλὶδ υἱὸς Ἰσάμ*] Anastasius, *Hualid filius Hisan.* auctor miscellae. *eodem anno obtinuit Gizid filius Habdimelech Arabum principatum.* ab his diversus incedit Abraham Ecchellensis in historia Saracenica de Caliphis Omaytis. *Alvalidus*, inquit ad annum 6235, qui sequens est, *Abul-habbasus filius Iazidi, filii Abd-almalechi, filii Marouani, filii Alocmi, Calipha inauguratus est, qua die obiit patruus eius Hasciamus:* sic ille vocat Isamum, cuius nepotem, non filium Hualidum docet.

Ibid. 6. *ἀβροχίας τε πολλῆς γενομένης*] *ὡς καὶ τὴν φύσιν ἑαυτὴν ἐπιλανθάνεσθαι, καὶ καθ' ἑαυτῆς ἵστασθαι· adeo ut sui oblita, bellum sibimet natura conciliaret.*

Ibid. 11. *κρατησάσης ἀπὸ Κύρου*] ex cuius et successoris tempore patriarchas Alexandrinos recensere Theophanes respuit.

642, 2. *κατὰ τὸν Μαϊουμᾶν*] Gazaeorum navale, viginti stadiis a Gaza distans, ad urbem Constantiae nomine a Constantino extructum, de quo consulendus index.

Ibid. 5. *χαρτουλαρίῳ*] *scriniarium* agenti. est enim ille qui in chartas, et codices acta vel rationes recenset.

643, 5. *τοῦ πνεύματος*] haec parenthesi inclusa, ex codd. aliis desumpta desunt in Regio.

Digitized by Google

643, 9. *Μανζηρόν*] *spurium.* non ingredietur Manzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam domini. Deuteron. cap. 23 v. 2.

644, 11. *στάσεις*] Anastasius, *stationes.* clarius *praedia.* porro quae de Stephani ad Pipinum accessu ad Leonis annum octavum Theophanes adtexuit, eadem Anastasius et miscellae auctor praesenti de bello civili narrationi subiungunt.

Ibid. 13. *κατὰ βορρᾶν ἐφάνη*] his Anastasius praemittit: *Stephanus Antiochenus habetur antistes.*

Ibid. 16. *Ἰζὶδ ὁ Λειψός*] unum ex his vocabulum componit Anastasius: *Hizidliphus.* insulse. Ecchellensis solertior: *quoniam vero stipendia militum diminuit cognominatus est Diminutus*, qui Theophanis *Λειψός.* scripserat de eodem superius: *Lazidus filius patri patrui Alvalidi filii Abd-almalechi filii Marouani, filii Alhocmi inauguratus est vigesima-octava Giamadi*, etc.

646, 19. *τοῦ δὲ κέγχρου*] *leguminis*, posuit Anastasius,

647, 1. *σημισσίου*] barbare, *ἡμίσεως* vice.

Ibid. 10. *σὺν τῷ ἐπισκόπῳ κουράτωρι Μαρκελλίῳ*] dubiam et obscuram phrasim Nicephorus elucidat. *Μαρκελλίνου δὲ τοῦ συνόντος αὐτῷ ἀρχιερέως τῆς Γαγγρηνῶν μητροπόλεως τὴν κεφαλὴν ἐξέτεμε. Marcellino vero ex Artabasdi comitibus Gangrenorum episcopo caput abscidit Constantinus:* Marcellinum etiam scribunt variae lectiones.

Ibid. 15. *Βακταγείῳ*] Anastasius, *Bagatangio:* alias *Batangio.* miscella, *Bagrano:* vel ut habet alia lectio *Batgango.*

Ibid. 16. *χελάνδιν*] vice *χελάνδιον*, sicut *ὁλοκοτίνιν*, vice *ὁλοκοτίνιον*, pag. 345.

Ibid. 17. *τὸ κάστρον Πουζάνης*] Nicephorus, *τὸ φρούριον τὸ λεγόμενον Πούζαντις.*

648, 1. *ἐν τῷ Μιλίῳ*] Milium locus ad S. Sophiam: de quo Suidas v. *Μίλιον.* orig. CP. et Gyllius in topog. CP.

Ibid. 6. *εἰς τὰ λεγόμενα Πελαγίου μνήματα μετὰ τῶν βιοθανάτων*] exponit Nicephorus, *τὰ Πελαγίου* pag. 46. *καὶ αὐτοῦ τὸ σῶμα ἐν τοῖς λεγομένοις τάφοις τῶν Πελαγίου, ὡς κακοῦργον οἱ δυσσεβεῖς ἀπέρριψαν. αὐτόθι γὰρ τά τε τῶν ἐθνικῶν ἀμυήτων σώματα, καὶ τῶν ἐπὶ θανάτῳ κατηγορευμένων, τελευτώντων ἐξεπέμπετο. cuius corpus in eum locum, quem Pelagii sepulchra nominant, tanquam malefici cuiusdam abiiciunt. illuc enim et prophanorum gentilium, et eorum, qui capitali sententia damnati essent* (ego: qui sibi mortem con-

Digitized by Google

sciverant) *cadavera proiiciebantur.* de iisdem iterum inferius pag. 367.

648, 17. ἐπόμπευσεν] exponit Nicephorus, αὐτὸν χειροῦται· καὶ σὺν τοῖς υἱέσιν αὐτοῦ δεσμότας ἐπὶ ἀγῶνος ἱππικοῦ ἕλκων θριαμβεύει.

649, 7. Δαχάκ] *Dachata* pronuntiat Anastasius, ut Χαλβανούς, *Chalbenos*: de quibus Ecchellensis de Arabum genealogia.

Ibid. ὁ τῶν Ἀρουριτῶν] *kararitas* inter Caisi filios memorat Ecchellensis. haec porro ita vertit Anastasius, ut *Thebit contra Marnam, et Dachata Ruritensem* arma movisse scribat.

650, 8. καὶ οἱ Ἡλιουπολῖται καὶ Δαμασκηνοί] haec in reliquis codicibus lecta et ab Anastasio latine reddita non extant in Regio.

Ibid. 19. ἐν Βυζαντίῳ μετῴκισεν] immani vastitate in urbem et Thraciam pestilentiae vi illata desertas civitates novis incolis frequentaturum Copronymum ex provinciis et insulis Romanae potestati subiectis homines excivisse narrat Nicephorus pag. 41. verum pestilentiae, quam annus sequens tulit, stragi reparandae id fecisse testatur. videndus auctor ad annum imp. huius 15.

Ibid. 20. μονοφυσίταις] qui sint exponit auctor ad praefatum annum. notae una simul lustrandae.

651, 2. τὴν τριάδα σταυροῦντες] quod hymnus ter sanctus in his verbis ab angelis conceptus: *sanctus deus, sanctus fortis, sanctus et immortalis, miserere nobis:* et ad deum, qui trinus est, et unitate gaudet relatus, ab eis incrementum istud acceperit: *qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis:* quasi deus propria in substantia passus fuerit.

Ibid. 14. λοιμώδης νόσος] parem eius descriptionem profert Nicephorus pag. 40.

Ibid. 17. ἦλθεν δι' ὅλης τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος] quae anni superioris nota est, ut quintadecima praesentis. uno tantum anno luem grassatam cum numerosa strage, paulatim desiisse narrat Nicephorus.

652, 9. φαντασίαι εἰς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων] ὥσπερ δὲ ἐξεστηκότες τῷ δέει οἱ ἄνθρωποι, καὶ φαντασιούμενοι, ἐδόκουν αὐτοῖς ὡς ξένοις τισὶ συνοδεύειν.

653, 3. ὑπὸ τετρακανθήλου] ut κανθήλια *clitellae* sunt, ita τετρακάνθηλον machinam quattuor animalium in quadrum

Digitized by Google

dispositorum clitellas coniungentem expono. *τετρακανθήλους σανίδας*, *asseres in quadrum dispositos* dicunt variae lectiones, de quibus Nicephorus. *διὸ μηχανὰς ἔκ τινὸς περινοίας κατεσκεύαζον, ἀπαγόμενοι; τοῖς ἀχθοφόροις ζώοις σανίδας ἐπιστρωννύντες, καὶ ἐπὶ μέγα τι χωρίον ἀπευρύνοντες τὸ μηχάνημα, οὕτω τε τὰ πλεῖστα τῶν πτωμάτων ἀκόσμως, καὶ ὡς ἂν ἔτυχεν, ἐπιτέθεσαν.* *atque eo postremo res adducta est*, etc. *ut quasdam machinas conficerent, ac iumentis imponerent. horum dorso instructis asseribus, postquam ad locum quendam capacem ac vastum pervenerant, laxata machina, ita pleraque cadavera sine more, ac temere congerebant.* ita interpres. reddo ego. atque eo postremo res adducta est, ut iustis persolvendis deputati machinas arte praeparatas conficerent, et asseribus sarcinariorum animantium dorso instratis, in amplum et vastum spatium machinam protenderent, ita pleraque cadavera sine more ac temere efferenda congererent. porro *σαγματωμένων*, quod hic *σαγματούμενον ζῶον*, *iumentum clitella adornatum* recentiores intelligunt. huius anni reliqua pene ad verbum Nicephorus exprimit. ceterum *τὸ, ἐπιτίθειν* barbarae Graeciae vocabulum nullus non agnoscit.

654, 5. *Χορασανῖται, καὶ Μαυροφόροι*] *Chorasse* Orientalem urbem memorat Symeon Sethi apud Ortelium in lexico v. *Turana*. Maurophori Tartari sunt Persis vicini, quondam Scythae Melanchlaeni: quae vox idem significat, quod *μαυροφόροι*, hoc est, *μελανοφόροι*, *nigris vestibus induti*, *μαῦρον* enim *τὸ μέλαν* scribunt recentiores. Leunclavius in priore onomastico.

Ibid. 8. *τὸ λεγόμενον τέκνον τοῦ Οὐναΐα*] Palatinum cum Peyrez. legit *τοῦ Μαΐα*. miscella, *Muhata*, Anastasius correctior, *Humaïa*. Abraham Ecchellensis in historia Saracenica, ubi de Caliphis Omaytis pag. 70. *hic est ultimus* (de Maruam, quem Marouanum appellat) '*Calipharum familiae Omayae, qui fuerunt quatuordecim, quorum primus fuit Moavia, filius Abisaphiani, et iste ultimus.* reponendum itaque *τοῦ Οὐμαΐα*.

655, 2. *τῶν Καϊσινῶν*] a Caïso, cuius extat memoria superius ad p. 353, Ecchell. pariter pagg. 157 et 158.

656, 2. *τῷ Ἀβουλαβᾶν*] Abu-habbasum vocat Ecchellensis, cuius historia de Caliphis Habbasidis consulenda.

Ibid. 4. *τὸν Ἴβιν Μουσαί*] variae lectiones *Ἰσεβιν μοῦσε*.

Ibid. 5. *τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἀλίμ, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Ἀλίμ*] clarius Peyrez. codex legit tantummodo *τὸν υἱὸν τοῦ Ἀλί*.

Digitized by Google

657, 6. *τῇ δὲ κε' τοῦ Ἰανουαρίου μηνός*] Leonis ortum post Saracenicos tumultus, et victorias in eos urbesque anno superiore recuperatas locat Nicephorus. *μετὰ ταῦτα τίκτεται τῷ βασιλεῖ υἱός.* moxque de terrae motu subiungit. *τηνικαῦτα καὶ ἐν Συρίᾳ σεισμὸς μέγας γίνεται.*

Ibid. 13. *μετέστησαν σῶαι ὡς ἀπὸ μιλίων ἕξ*] idem *σῶσαι κατεσύρησαν, ὡς ἐπὶ σημείων ἕξ.*

Ibid. 14. *ἔφησαν δὲ οἱ αὐτοψὶ θεασάμενοι*] ille totidem verbis. *ἤδη δέ τινες ἔφασαν τὴν γῆν θεάσασθαι ἐπὶ σημείοις δύο βύθιον ἑτέραν ἀναβράσαι.* fabulae portentum.

Ibid. 17. *ζῶον μουλικόν*] idem *ἡμίονον θήλειαν.*

Ibid. 19. *τῷ δ' ἐχομένῳ χρόνῳ*] in annum succedentem Leonis coronam remittit Nicephorus. *μετὰ δὴ ταῦτα στέφει Κωνσταντῖνος τὸν υἱὸν Λέοντα εἰς βασιλέα.* quare vice *ἐχομένῳ χρόνῳ*, quem scriptum cunctis in codd. observo, mallem *τό, ἐρχομένῳ* substitui, quo indictio quarta numeranda Constantini anno 10, prout decimo tertio septima recensetur pag. 359.

658, 6. *Χαλκιδεῖς*] non una urbs Chalcis, neque provincia Chalcidica una est. haec Syriae a Ptolemaeo et Strabone adscribitur. de reliquis Ortelius.

Ibid. 9. *Καϊσιανοῦς*] supra *Καϊσινοῦς.*

Ibid. 17. *καὶ τῷ αὐτῷ χρόνῳ*] Leonem imperii corona redimitum nuper memorantibus verbis haec alia subnectit Nicephorus. *καὶ εὐθὺς κατὰ Σαρακηνῶν ἐκστρατεύει, καὶ γενόμενος κατὰ τὴν Μελιτιναίων πόλιν ταύτην πολιορκίᾳ εἷλε.* tempore coniungit quae annis duobus apud Theophanem dissociantur.

659, 3. *σιλέντια*] adlocutiones ad proceres, et ad populum esse *silentia*, habes cum hic, tum sup.

Ibid. 10. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει Κωνσταντῖνος*] eadem Nicephoro scripta pag. 42.

660, 12. *ἦν δὲ Ἀβδελᾶς ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ*] *Abu-giafar Abd-alla* vocat Ecchellensis. Anastasius, *Habdalla.*

661, 2. *Σκλάβοι καὶ Ἀντιοχεῖς*] fidei desertores, et *μαγαρῖται.* ut Sclavini defecerint habes supra pag.

662, 7. *ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Σύρους*] haec per *ἀντίληψιν* clarius exposita superius ad Copronymi istius annum quintum.

Ibid. 9. *ἐξ ὧν ἐπληθύνθη ἡ αἵρεσις τῶν Παυλικιανῶν*] isti loco memorato Syri monophysitae dicti. de illis canon

Digitized by Google

Nicenus 19. in quem Balsamon. *Παυλιανισταὶ λέγονται οἱ Παυλικιανοί. Paulianistae sunt Pauliciani.* infra, *περὶ δὲ τῶν Παυλιανισάντων ἐρώτησις, τίνες εἰσί; de Paulianistis quaesitum est quinam essent?* subdit: *et alii quidem alia dixerunt. ego autem in diversis libris inveni, quod Manichaei Pauliciani dicti sunt a quodam Paulo Samosateno mulieris Manichaeae filio, cui nomen erat Callinice. Samosatenus autem nominatus est, ut qui Samosatenorum episcopus fuerit. is praedicavit unum esse deum, qui et pater, et filius, et spiritus sanctus esse dicitur. unus enim, inquit, est deus: et filius ipsius in ipso, quemadmodum in homine ratio, vel sermo,* etc.

662, 14. *πάκτα*] non foedus, sed ex foedere inito *pactam pecuniam*, et annuum tributum. Nicephorus, *φόρους*. ita auctor plerisque aliis locis. vide notam sequentem.

Ibid. *διὰ τὰ κτισθέντα κάστρα*] Nicephorus pag. 42. *ταῦτα ἐπιτελῆ ποιήσας Κωνσταντῖνος, ἤρξε δομεῖσθαι ἐπὶ Θρᾴκης πολίσματα· ἐν οἷς οἰκίζει Σύρους καὶ Ἀρμενίους, οὓς ἔκ τε Μελιτιναίων πόλεων, καὶ Θεοδοσίου πόλεως μετανάστας πεποίηκε, τὰ εἰς τὴν χρείαν αὐτοῖς ἀνήκοντα φιλοτίμως δωρησάμενος. ταῦτα τοίνυν οἱ Βούλγαροι, ὡς ἐπολίζοντο θεασάμενοι, φόρους ᾔτουν παρὰ βασιλεῖ δέξασθαι.* exin cum imperatore congressos adverso marte in fugam coniectos sociorum pluribus desideratis in patriam recessisse, Theophani in contrarium oppositus scripsit.

663, 15. *ἐσφράγισε δὲ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν κειμηλιαρχεῖα*] prima rei fisco vindicandae actio apud Saracenos, impressum principis est sigillum. rem ipsam fisco adiudicatam quandoque etiam significat: textus praesens exemplo sit. *ἐσφάγισεν τὰ τῶν ἐκκλησιῶν κειμηλιαρχεῖα· ecclesiarum sacraria* (sacristias) *sui iuris fecit.* qui Turcicos mores norunt, quid *τὸ βουλλώνειν· sigillo bullave signare* referat, notum habent: etiam Christianus Copronymus exequitur pag. 369.

664, 7. *τὴν Βέρροιαν*] Berrhoea haec Syriae est, a Chalcide haud dissita, prout fert textus. hodie *Alepum.*

Ibid. *ἀριθμὸν ις*] *sexdecim* scripserunt Anastasius et miscella.

665, 3. *γέγονε πλάνη τῆς πασχαλίας*] de vago paschate superius.

Ibid. 6. *μετετέθη ἡ κάρα τοῦ ἁγίου*] haec secunda Baptistae capitis inventio et translatio. prima siquidem, quam Graeci memorent, e Palaestina per manus varias ad Spelaeum observatur. e Spelaeo monasterio, quo urna tellure con-

Digitized by Google

dita latebat, Emesam in templum Baptistae nomini dicatum secundo translatum: Emesa denique et Comanis CP. deportatum. primam una cum secunda translationem Graeci, teste Genebrardi brevissimo menologio Februarii die 24, postremam Maii 25 celebrant. Menaeum utroque die legendum, disertissimum de Prodromi capite tractatum c. v. Caroli du Fresne Ambianensis praestolantibus.

665, 9. *κατάβασις*] *confessionem* sub altari ad Romanarum instar expono: *κτισθεῖσα* quippe legitur: ideoque sub terra calce lapidibus aedificio revincta, quod Iconomachorum temporibus ex pag. 370 etiam sacrae reliquiae saevissimam paterentur persecutionem. translationis tertiae officium Maii 25 caput urna repositum terraque opertum tunc demum in lucem erutum, et ornatum argento, frequentibus modulis decantat: alias quid haec *κατάβασις*, quae Anastasio *descensus*, mihi ignota.

Ibid. *μέχρι τῆς σήμερον*] ad Theophanis adhuc tempora, quo translatio eadem peracta, si fides coaetaneo non denegatur historico: auctor Menaei translationem istam ad Valentiniani iunioris aetatem revocantis deceptus est.

666, 4. *εἰς τὸν οἶκον τῆς πλάνης*] in templum Mechae.

Ibid. 5. *ὀνόματα ξ*] ut nomine dignoscitur persona, ita vox *ὄνομα*, vel *ὀνομάτος*, *personam* refert. hinc recentioribus usitata dicendi genera *δέκα ὀνομάτοι*, *decem personae: πόσα εἶδες ὀνόματα*, *quot vidisti personas?*

Ibid. 8. *Κασιῶται*] qui nuper Caisini dicti pag. 356, de quibus plura in variis lectionibus.

Ibid. 11. *ποντίσαι*] ut in profundum, ita in coenum stupri mulierem demergere. Anastasius, *in pelagus iacere* exposuit.

667, 14. *ὁ υἱὸς τῆς Φατίμας*] ex posteris Phatimae Mahometi filiae non ignobilis dux: de Phatemitis Constantinus Porphyrogenneta de adm. imperii cap. 15.

Ibid. 15. *τοὺς ἀπὸ σειρᾶς καταγομένους*] Anastasius interpretatur, *ad se in iram derivatos.* magis proprie et verius. *per seriem filiis patrum loco substitutis derivatos.* Nicephori igitur lectio omnino vitiosa est. *τοὺς μὲν ἐκ Ξηρᾶς τὴν κυρείαν τὴν ἐπ' αὐτοὺς κεκτημένους κτείνουσιν. Xerensibus, quorum in dominatu erant, interfectis.* repone, *τοὺς μὲν ἐκ σειρᾶς. legitimis haeredibus successionis ordine dominatum adeptis*, etc.

Ibid. 16. *Τελέτζην*] Nicephorus *Τελέσσιον* vocat.

Digitized by Google

667, 17. *Σκλάβων δὲ πολλῶν ἐκφυγόντων*] *ἄχρι καὶ εἰς ἀριθμὸν ὀκτὼ καὶ διακόσιας χιλιάδας. quorum numerus ad octo et ducenta millia pervenisse dicitur.* Niceph.

Ibid. 18. *ἐπὶ τὸν Ἀρτάναν*] *πρὸς τὸν ποταμὸν, ὃς Ἀρτάνας καλεῖται.* idem.

Ibid. 20. *ἕως δισχιλίων χελανδίων*] e quibus octingentae hippagogae. Nicephorus. Barb. codex legit *ω' χελανδίων.*

668, 6. *τῆς α' ἰνδικτιῶνος*] concinit Nicephorus. *ταῦτα κατεπράττετο κατὰ τὴν πρώτην ἰνδικτιῶνα.*

Ibid. 9. *ἀπὸ ὥρας ε'*] ab exorto solo.

669, 4. *Παγανὸν*] Nicephorus, *Βαϊανόν.*

Ibid. 5. *Βαραθὼν*] Barb. *Βασραθών.* qui forsan pag. 363 *Βάσρασος Basfrasos* apud Anastasium.

Ibid. 11. *Θεόδωρος ὁ πατριάρχης Ἀντιοχείας*] patriarcham nomine Theodorum ante annos sex in exilium eiectum legimus. an ita sedi restitutus, ut hoc anno Cosmam anathemate percutere potuerit?

670, 6. *Μαδείας*] ita Nicephorus. Anastasius, *Mediam.* miscellae, *Moesia*, vel *Mysia* placet.

Ibid. 12. *τῆς δ' ἰνδικτιῶνος*] *τῆς β' ἰνδικτιῶνος* legendum: vel haec in annum tertium differenda. ms quippe codices Pal. et Peyres. consonant cum Regio. Barberinum correcte et dilucide *τῆς δευτέρας* exhibet, cui Anastasius et miscella consentiunt.

671, 5. *ἔζωσαν τὴν πόλιν*] *τὴν ἀκρόπολιν* cum Nicephoro lubentior lego. Mangana quippe machinarum condendarum locus, et armamentarium ab acropoli non longe distabat. orig. CP. de portentosae huius glaciei tempore. Nicephorus post Constantini in Bulgaros irruptionem primam anno eiusdem quinto supra decimum eam accidisse narrans, a Theophanis calculo longe se dissidere testatur.

Ibid. 11. *ἀστέρες ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πίπτοντες*] ante Anastasii patriarchae mortem anno Copronymi 13 relatum simile portentum, tantum idem non intelligat, accidisse narrat Nicephorus pag. 43.

672, 9. *μέλλειν ἐν τοῖς ῥισὶν*] Pal. qua arte id fuerit attentatum exponit, et una correcte legit *μέλι ἐν τοῖς ῥισίν.*

673, 7. *Κύρις*] *Κῦρ*, *Κῦρος*, et *Κύρις*, vice *Κύριος.* adi Meursium de huiusmodi consulturus.

Digitized by Google

673, 9. *Βοϊλάδων*] Bulgarorum duces, et optimates *Βοϊλάδες*.

Ibid. 14. *Σέβερον ἄρχοντα*] Anastasius, *Severorum principem*. verum accusandi casum et proprium nomen demonstrant ms cuncta.

Ibid. 16. *πρῶτος τῶν Σκαμάρων*] Scamares etiam Latinis Bulgarorum praedones vocari docet Eugippius in vita Severini cap. 10. *ipse quantocius Istri fluenta praetermeans latrones properanter insequitur, quos vulgus Scamares appellabat.* Menander de legat. *τῶν Ἀβάρων σπεισαμένων, καὶ εἰς τὰ σκεῖα ἀπερχομένων, οἱ Σκαμάρεις ἐγχωρίως ὀνομαζόμενοι ἐνεδρεύσαντες ἀφείλοντο ἵππους, καὶ ἄργυρον, καὶ ἀποσκευήν. Abaribus foedere inito domum remeantibus, Scamares vulgo nuncupati equos, pecunias, et sarcinas positis insidiis rapuerunt.* Meursius.

Ibid. *ἐν τῷ μούλῳ*] *molem* arte vel natura ad maris portum aliquem claudendum, et alti maris fluctus infringendos paratam, *μοῦλον* Graecis recentioribus vocatam diximus superius.

Ibid. 18. *ἀνέτεμον ζῶντα*] an vivum hominem secare sit necessarium, et liceat: inquirit regiorum professorum doctrina magis et merito quam aetate decanus Ioannes Riolanus anthropographiae, sive anatomicorum lib. 1 cap. 10, quo velut superioribus capitibus anatomes antiquitatem, ortum et progressum describit.

674, 13. *ἀπὸ τοῦ πραιτωρίου*] ita Stephani vitae auctor apud Surium 28 Novemb. Nicephorus *τῶν βασιλικῶν ἀφορμήσαντες περιβόλων. e regia irruentes.*

Ibid. 14. *ἕως τῶν Πελαγίου*] ad Cynegium corpora violenta morte extinctorum *τῶν βιοθανάτων* prius raptata, de quibus ad pag. 253, in Pelagii foveam una cum gentilium et Saracenorum cadaveribus postmodum proiecta, ut superius pag. 353 ex praesenti Nicephori loco declaravimus. concors accedit auctor vitae Stephani iunioris protomartyris, et sacrarum imaginum defensoris Antesignani, prophana Pelagii sepulchra unde constituta vel dicta sint exponens. *martyris cadaver,* inquit, *trahentes, in ethnicorum reorum foveam proiiciunt (ubi prius quidem divi Pelagii martyris templum erat, verum postea vetustate labefactatum impius imperator everterat, atque in sepulchra redegerat, ac Pelagii sepulchretum nuncuparat, τὰ τοῦ Πελαγίου μνημεῖα) adeo ut tunc quoque locum illud haberet:* cum iniquis vir iustus deputatus est.

674, 19. *ἐν τῇ ἐγκλείστρᾳ*] Nicephorus perample historiam hanc persequutus: *ἐν οἰκιδίῳ στενωτάτῳ πάνυ.*

675, 6. *στεφανίτην ἀντὶ μοναχοῦ*] coronae a sponsis acceptae nuptiis et coniugio nomen *στεφανώματος* honoris plenum dedere, et ut *στέφανος* et *γάμος* promiscue acciperentur, effecere. in foeminae amplexus et sacrilegum coniugium irruisse monachum (si enim patriarcha Iconomachus prius fuerat) auctorem pudebat dicere. corollis subiectum nuptialibus, et *στεφανίτην* visum publicasse contentus, scelus alta mente perpendere concessit: prout incertus auctor pag. 441. commune facinus descripsit Nicephorus pag. 46. *τὸ σεμνὸν μεταμφιεννύμενοι στόλισμα, κομῆται αὐτοὶ ἀντὶ κεκαρμένων διεδείκνυντο, καὶ εἰς λαϊκῶν σχῆμα εὐθὺς μεθηρμόζοντο, γυναιξί τε ὁμιλεῖν κατεδέχοντο, καὶ τὸ πρὸς αὐτοῖς ἠσπάζοντο συνοικέσιον. eiurata professione, ac religioso illo cultu deposito, ex attonsis in comatos mutati sunt, atque ad laïcorum speciem traducti, cum uxoribus etiam copulati sunt, et earum se contuberniis illigarunt.* recolenda superius annotata ad pag. 213 et 238, quibus attestatur pag. sequens 375.

Ibid. 7. *καὶ κρεῶν μεταλαμβάνειν*] monachis Graecis ad episcopalem dignitatem evectis, aegrotis quoque ac peregrinantibus carnes comedere nusquam licuit. Cyrilli Calvinolatrae ante annos aliquot exautorati, et ob impia facinora sultani iussu teste praefocati, monachalis ieiunii delibatis carnibus violatio, ut hominem nefarium sede deturbandum, et in exilium ablegandum, plebs Christiana, et clericorum synodus posceret, potissima causa extitit.

Ibid. 8. *κιθαρῳδιῶν ἀνέχεσθαι*] perpendendus canon vicesimus quartus Trullanae synodi.

Ibid. 15. *γρύπους ἐκτείνειν*] *δικτύοις περιβαλεῖν*, Nicephorus.

Ibid. 18. *ἐστηλίτευσε, καὶ ἠτίμασε τὸ σχῆμα τῶν μοναχῶν*] idem pag. 46.

676, 10. *Κωνσταντῖνος πατρίκιος, καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου*] idem. *τούτων δ' ἦν Ἀντίοχος μὲν ὁ τῶν δημοσίων πραγμάτων τὰς ὑπομνήσεις αὐτῷ διακομίζων· λογοθέτην δὲ τοῦ δρόμου τὴν ἀξίαν οἱ περὶ τὰ βασίλεια καλοῦσι. ex iis Antiochus magister memoriae, de rebus publicis referre solitus: quem magistratum logothetam cursus appellare solent.*

Ibid. 14. *σπαθάριος κατὰ τὸν Βησὴρ*] *Beseri*, qui supra *σαρακηνόφρων* scriptus, *satelles*: patricii namque, et provinciarum rectores spatharios habuisse, velut Belisarius

Digitized by Google

sub Iustiniano, legimus. qui sequitur *Χριστοφόρος ὁ κατὰ τὸν πατρίκιον Ἱμέριον σπαθάριος* exemplo est.

676, 19. *κανδιδάτος*] spathariis adiuncta candidatorum schola: ex quo nonnulli, tum apud auctorem, tum in iure Graeco-Romano *σπαθαροκανδιδάτοι*. Nicephorus pag. 47 exponit *ἀσπιδιφόρους, καὶ δορυφόρους·* ut spatharios Suidas vocat *σωματοφύλακας*.

677, 11. *τῆς αὐτῆς ἰνδικτιῶνος*] crudelibus gestis istiusmodi Copronymi enarratis, subnectit Nicephorus. *ταῦτα δὲ πάντα ἐπράττετο κατὰ τὸν Αὔγουστον μῆνα τῆς πρώτης ἰνδικτιῶνος.*

Ibid. 15. *Ποδομαγούλου*] Anastasius *Podopaguro*.

678, 1. *ἐβούλλωσεν τὸ πατριαρχεῖον*] fili foribus hinc, liminibus illinc affixi extremis, si regium sigillum hodie impresserint Turcae, domo quenquam exire, vel in eam penetrare prohibent. in eos mos iste a Graecis derivatus. patriarchium itaque sigillo munitum Constantinum patriarcham omni ingressu arcebat. *ἐσφράγισε τὰ τῶν ἐκκλησιῶν κειμηλιαρχεῖα,* legimus superius pag. 361.

Ibid. 2. *ἐν τῇ Ἱερίᾳ*] miscella, *in Iberia*. corrupte certior et sanior Nicephor. *εὐθὺς ἐκεῖνον ἐξόριστον ἐν τῇ Ἱερίᾳ, οὕτω καλουμένου βασιλικοῦ παλατίου ἀντιπέρα πρὸς εὖρον ἄνεμον τοῦ Βυζαντίου κειμένου. statim in Hieriam relegatur. est hoc imperatoris palatium e regione CP. ad subsolanum positum.* a Iustiniano conditum, et a Iustino consummatum, et ab *Ἥρας* Iunonis prius ibi cultae nomine *Ἰέρειαν* dictum referunt orig. CP. distingue porro *Ἱέρειαν ἀπὸ τοῦ Ἱεροῦ*. hoc ad Propontidis fauces et mare superius: Hieria ad urbem sita.

Ibid. *ἐν τῇ Πριγκίπῳ*] Principus, Praeconesus, Panormus, Prote, Daphnusia, Hiera, Platea, Oxea, et aliae; Propontidis et Cyziceni sinus ad CP. insulae.

Ibid. 4. *Ἀβδελᾶς Ἰβιναλί*] Anastasius: *Abdelas Ibinali*. clarius miscella: *Abdelas filius Ali*.

Ibid. 7. *σταυροὺς τῶν ἐκκλησιῶν*] ut apparentes in ecclesiis cruces Saraceni deiiciant, vide Turcograeciae pagg. 168 et 169.

680, 4. *καὶ ἁγιωτάτῳ πατριάρχῃ*] addit uterque, *Tarasio*.

Ibid. 8. *ὁ ἀπὸ Σκλάβων*] utrum peregrinae et exterae gentis Sclavinorum hominem, vel libertum intelligat, (*σκλά-*

Digitized by Google

βος enim captivus est, et servus recentioribus Graecis) mihi non constat.

680, 15. *ὑπὸ τῶν Ἀράβων*] codicum omnium una est lectio. Anastasius et miscella inversis literis habent, *ab Avaribus:* atque ita *Ἀβάρων* legendum cum Nicephoro scribente, *ὑπὸ Ἀβάρων ἐπὶ τῶν Ἡρακλείου χρόνων καταστραφέντα*.

Ibid. 17. *χριστάς*] Anastasius *linitores*. *τὸ χρίζειν* apud recentiores *calce dealbare* est: et *χριστὴς* linitor eiusmodi.

Ibid. 18. *ὀστρακαρίους*] 'tegularum testarumque fragmenta minutim contusa calceque delibuta cementum efficiunt solidissimum, et vix aqua penetrandum. illud est *ὀστράκιον*. qui praeparat, tundit, miscet, linit, *ὀστρακάριος*, vel *ἀστρακάρης* magis barbare dici auditus. reliqua Nicephorus.

681, 18. *ἐν τῇ σολαίᾳ*] quam variis modis Graecus soleas scribatur, in euchologicis expositum. hic praeter literas genus quoque mutat. soleas porro ad sacri tribunalis septa gradus est transversam ecclesiam occupans; ac si in extrema ecclesiarum navi prae altaris et sacri septi foribus gradus, quo in eum ascenderemus, occurreret. is est diaconorum et lectorum sedes, et ex eo tanquam e *solio* (ex quo facta appellatio) sacra communio et Christi regis corpus in populum distribuitur. in eo stans Constantinus, tanquam in edito opprobrii, poenarumque sibi inflictarum spectaculum Christianae plebi exhibuit. Anastasius, *in ecclesiae gremio*.

682, 3. *ἐν τῷ συνθρόνῳ*] sedem episcopo in ecclesia editiorem, ex qua populum omnem in ecclesia prospectat, et a dextris sinistrisque sacerdotes habet assessores, *σύνθρονον* existima. euchologium. *consessionem* posuit Anastasius.

Ibid. 11. *ἀμανίκωτον κοντός*] aestimo fuisse casulam sacerdotalem, vel saccum patriarchalem, conciliando opprobrio brevissimam. ea enim est *ἀμανίκωτος*, id est *ἄνευ μανικίων*, manicis, ut totum involvens corpus, caret. *κοντός*, non *contam* modo, sed *brevi* quoque respondere lege apud Meursium. de sacco vide euchologica.

Ibid. 18. *εἰς τὸ στάμα*] Anastasius, et miscella. *ad consistorium*. optime. circi tamen intellige metam et locum, quo equi currusque peracto cursu *consistunt*. hinc recentius verbum *σταματῶ*, et *σταματίζω*, *sisto*, *consisto*, *expecto*. *στάμαν* leges apud Meursium *stationem* haud inepte interpretantem.

683, 15. *οὐκ ᾐδέσθη τὴν ἁγίαν κολυμβήθραν*] filios Co-

Digitized by Google

pronymi tres baptismi aquis lustraverat Constantinus, et ulnis susceperat.

684, 4. τυφλώνων] vice τυφλόων, vel τυφλῶν, *occaecans*: ita χρυσώνω *deauro*, vice χρυσόω proferunt.

Ibid. 16. ἀμνημόνευτος] ἀκοινώνητος, cuius vivi vel mortui nomen inter preces ecclesiae non effertur ex Diptychis.

685, 15. ἐγκλείστῳ τοῦ ἁγίου Αὐξεντίου] Stephani socius est Macarius iste, et eiusdem habitationis ad Damatrym consors. relege Copronymi annum 25.

Ibid. 16. ἐποίησε δὲ εὐθηνῆσαι] eadem Nicephorus ad historiae calcem.

686, 3. τοῦ μικροῦ σεκρέτου] secreta duo, maius et minus in patriarchio fuisse praesens locus declarat: fuse relatis auctoritatibus exponit Meursius, et aperte memorat Nicephorus secretorum τό, τε μικρὸν δόμημα, καὶ τὸ μέγα. secreta iudiciis ferendis, et archivis servandis erecta commonstrant Eusebius lib. 7 hist. eccl. cap. 30. σήκρητον δέ, ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε, καὶ ὀνομάζων. *secretum*, *velut mundi magistratus, habuit et nominavit* Paulus Samosatenus. Nicetas in Alexio Manuelis f. δικαιοδοτικὸν θρόνον, iuris dicundi thronum appellans: Balsamo de Chartophylacis et Protecdici meditatione. vocat Nicephorus ἱδρυμένους τῶν προόδων οἴκους, οὓς Ῥωμαῖοι σεκρέτα καλοῦσι. processibus domos deputatas, secreta Romanis appellari solitas: quod, ut reor, patriarcha ius dicturus ad ea cum assessoribus conveniret, et *procederet*. πρόκενσος enim, sive πρόκεσσος barbaram Graecorum vocem a Latinis acceptam, *consilium* referre alibi declaratum est.

Ibid. διὰ μουσαίου] *ex musivo,* inquit Anastasius. Nicephorus διὰ ψηφίδων χρυσῶν. *opere tesselato aureo*, cuius pleraque pars auro radiaret.

Ibid. 4. ἐξ ὑλογραφίας] Anastasium τροπικῆς ξυλογραφίας legisse suspicor. scripsit enim, *imagines magni secreti, quae sculptae erant, in ligno deposuit.* ut enim τορνεύω, *torno, sculpo, circumago*: ita τρέπω, *verto* significat: atque ideo τροπική, ac τορνευτική in sensum eundem possunt incidere. sculpturas huiusmodi, quas e ligno dimidiatas intelligo, κηρόχυτον ὕλην, *e cera liquefacta fusaque* ad parietes fixas indicat Nicephorus: τὴν τροπικήν, καὶ τὸ σεκρέτον confundit Turcograecia non uno loco.

Ibid. 8. ὁ τρίγαμος] monogamiam probant, secundas

Digitized by Google

nuptias tolerant, tertias velut incontinentiae nota labefactatas vix admittunt Graeci: nec has tamen, vel istas absque poenitentiae mulcta concedunt iniri. inustas in secundis et tertiis poenitentiae notas, precesque intemperantiae crimen depulsantes, vide in euchologio officiis de sponsorum coronis. nuptiarum huiusmodi ius omne enucleat, quartarum vero penitus abrogat Arcadius de concordia utriusque ecclesiae lib. 7, de harum prohibendarum ratione ibidem.

686, 10. *ἰνδικτιῶνι ἑβδόμῃ*] Nicephorus. *τῇ ἑβδόμῃ ἰνδικτιῶνι, κατὰ τὸν Ἀπρίλιον μῆνα, τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ, στέφει Κωνσταντῖνος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα Εὐδοκίαν Αὐγοῦσταν.*

Ibid. *τοῦ πατριάρχου ποιήσαντος εὐχήν*] absque ecclesiae benedictione dignitas nulla Graecis auspicato conceditur. euchologium.

Ibid. 15. *τὸν Καισαρίκια περικεφάλαια*] pileos et coronas Caesareae dignitatis insignia: de quibus Codinus. Anastasius *galeas* scripsit: verum hae a pileis et coronis longe dissitae. itane nobilissimus, qui inferior, corona; Caesar, qui praeest, sola *galea* redimiretur? *περικεφάλαια* igitur ista ad imperatoris stemmata accedentia, eorumque formam vide in huius saeculi principum imaginibus apud Baronium, et Gretserum opusculis de cruce expressis.

Ibid. 17. *καὶ οὕτως προῆλθον*] consulum recenter institutorum more populo spectandos sella curuli vectos, congiariumque simul in plebem dederunt: quod Nicephorus dixit. *τῆς δὲ βασιλικῆς προόδου κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐπὶ τὴν καθολικὴν ἐκκλησίαν γενομένης, ὑπατείαν ἐποίησαν, καὶ τοῖς παρελθοῦσι χρήματα διένειμαν.*

Ibid. 18. *τριμίσια*] *tremissis*, denarii quattuor, assis, sive solidi pars tertia, quasi ter missus, id est expositus. Gregorius lib. 9 epist. 29. *ita ut quidam eorum ad singulos tremisses, quidam ad binos, quidam ad singulos solidos, vel, si visum fuerit, amplius dimittantur.* ex his quanti pendat semissis liquet. Ieiunius de istis Mariana cap. 22 de ponderibus et mensuris.

687, 3. *πώγωνας αὐτῶν ξυρίζεσθαι*] servilis nota.

Ibid. 5. *κάμαχον*] sedes 46 CP. throno subiecta notitia episcoporum Orientis Codino adiuncta.

Ibid. 7. *τῇ δὲ πρώτῃ τοῦ Σεπτεμβρίου*] Nicephorus. *ὀγδόῃ τε ἰνδικτιῶνι ἄγεται Κωνσταντῖνος εἰς υἱὸν Λέοντα γαμετὴν ἐκ τῆς Ἑλλάδος Εἰρήνην. καὶ τῷ Δεκεμβρίῳ μηνὶ*

Digitized by Google

στέφει τε αὐτὴν Αὐγοῦσταν, καὶ τῷ υἱῷ ζεύξας τὸν γαμὸν ἐπιτελεῖ. ad hunc usque annum historiam perduxit Nicephorus. sibi ipsi testis deinceps erit Theophanes.

687, 11. *σὺν ταῖς γυναιξὶ προϋπαντώντων*] quis imperatricis ac novae sponsae in urbem comitatus, et ingressus, et ut a praestantioris dignitatis foeminis excipienda et deducenda praecipit et describit Codinus de officiis aulae CP. cap. ult.

688, 8. *ἐνδυσάσθα στολὴν λευκὴν*] nigra videlicet monachali, a qua illi *μελανοφοροῦντες*, et *μαυροφόροι* nuncupati, reiecta: et candida laetitiae pronuba accepta.

Ibid. 15. *ὠνομάσθη Κωνσταντῖνος ζῶντος ἔτι Κωνσταντίνου τοῦ πάππου*] puero patris aut avi nomen ne imponant, Graecos impedit superstitio. ut enim, aiunt, patrem aut avum nomine refert, ita personam repraesentat, et in eius locum substituitur. patrem itaque quantocius moriturum designat, et ei successorem se advenisse profitetur. rem igitur insolitam, vel ominis infausti Theophanes observans, scripsit. *ὠνομάσθη Κωνσταντῖνος ζῶντος ἔτι Κωνσταντίνου τοῦ πάππου αὐτοῦ.*

Ibid. 20. *τῶν Βουκελλαρίων*] Bucellarii, ait Suidas, Gallo-graeci nominantur, et eorum regio Gallo-graecia: unde hi equites erant expediti. Constantinus Porphyrogenneta de thematibus inter Isauriam, et Cappadociam Buccellarium locat. describens enim *ἀνατολήν*, habet, inquit, a sinistra partes quasdam Buccellarii, et initium Cappadociae; ad dextram autem Isauriam. unde vero locus Buccellarium sit vocatus, idem infra aperit themate sexto. thema, inquit, Buccellariorum non a loco aliquo appellationem accipit, neque a gente aliqua quae ita vocaretur, sed quod militum asseclae essent, et commeatum veherent Buccellarius enim Latina lingua vocatur is, qui rei panariae curam gerit, ut milites expediti, et ab omni onere liberi ad bellum essent. Buccellus enim vocatur torta panis circularem figuram in medio vacuam prae se ferens. cellarius autem custos panis: proprio vero et Graecanico nomine hi Maryandeni vocantur: sunt enim Galatae cognominati. horum Graeca profert Rigaltius. Pancirollus de iisdem cap. 47 not. imp. Orient.

689, 13. *κουλούκην*] *catulum.* ipsique patrique Lachanodraconi nomine *δυσώνυμα.*

Ibid. *κουτζοδάκτυλον*] *digitis decurtatum.* vide noninum improbitatem.

Ibid. 19. *εἰς φυλακτήριον*] *in sacrum amuletum,* et sui custodiam.

Digitized by Google

690, 12. *Ἀλφαδὰλ Βαρινάρ*] Anastasius uno verbo *Alphadalbadinar*.

691, 16. *τῷ δὲ Ὀκτωβρίῳ μηνὶ ια' ἰνδικτιῶνος*] ex anno superiore sub hoc laterculum sequentium gestorum *μετάθεσιν* factam rationes tres luce ipsa non minus dilucidae suadent. 1. indictionis duodecimae facta iam memoria, undecimam mss in omnibus extantem sequi non patitur: sed vel eandem duodecimam repeti, vel aliam quamcumque sequentum recenseri expostelat. 2. nil quod imperii Romani spectet administrationem annus praeteritus in medium affert: quare temporis successione, a iam enarratis haec diversa, ipsam temporis notam non eandem arguunt; atque ita unius anni spatio includi nequaquam possunt. 3. quae sequuntur alia antevertere, et ad priorem annum revocari omnino debent: icti siquidem foederis violatio, Bulgari facinus ad Constantinum latenter denuntiatum, in Bulgaros tacitae, latentes, furtivae eruptiones, Bulgariam nondum armis infestatam ostendunt; bellum nondum susceptum convincunt: sed tum primum indictione undecima enatum, idemque annis mox venturis protractum tempore plurimo Romanos inter et Bulgaros perseverasse.

692, 5. *τὰ φλάμουρα*] alias *φλάμουλα*. facilis τοῦ λ in ρ apud recentiores Graecos mutatio: sic *ἦρθεν*, τοῦ *ἦλθεν* vice proferunt. *φλάμουλον* Meursius et Rigaltius exponunt. Anastasius exponit: *transmeaverunt tam vexilla, quam supellectiles ministerii regii et apparatus.*

Ibid. 9. *ὀπτιμάτους*] Olympiodorus in excerptis Photii. *τῶν Ῥοδογαΐσου Γότθων οἱ κεφαλῶται ὀπτίματοι ἐκαλοῦντο, εἰς δώδεκα συντείνοντες χιλιάδας. Gotthorum, qui cum Rodogaiso erant capita, optimati vocabantur, ad duodecim millia numerati.* plura Rigaltius. exponit sententiam Anastasius. *unitis ordinibus optimatibus fecit hos octoginta millia.* ipse quippe, ut pariter habent caeteri codices a Regio diversi legit *ὀγδοήκοντα χιλιάδας*.

Ibid. 13. *ἐμπράκτως εἰσελθών*] idem. *obsequiis constipatus incedens*, totius nimirum exercitus comitatu.

693, 4. *Τζέριγος*] Anastasius, *Telerigus*.

Ibid. 10. *ἐκούρασεν*] idem. *per medium eos recidit.*

Ibid. 12. *τούτῳ τῷ ἔτει τῇ ιγ' ἰνδικτιῶνι*] isthaec una constantique codicum omnium, Anastasii, et miscellae auctoris lectione ad indictionem decimam tertiam pertinentia, in annum praeeuntem indictione eiusmodi signandum reiici debent: indictionis enim decimaequartae mensem Septembrem

Digitized by Google

Theophanes ipse iamlam memoraturus, et eam anno praesenti, Copronymi videlicet quinto supra tricesimum inchoato addicturus, Augustum et indictionem superiorem memorans, illum indictionis decimae tertiae, hanc ad Copronymi annum quartum et tricesimum spectare declarat.

693, 14. Θεόδοτος] ita Graeci codices. Anastasius nomen tacet. auctor miscellae scribit. *eodem anno Adilgisus Longobardorum rex*, etc.

Ibid. 18. τῇ ιγ' τοῦ Σεπτεμβρίου] die Iunii 27 patris imperio successit Copronymus, ex dictis ad eius annum primum: annis 34 mensibus 2 et diebus 26 exactis defunctus est: igitur Septembris die 23.

Ibid. 20. βοῶν καὶ λέγων] codicibus in cunctis haec non extare declarant variae lectiones.

694, 18. *Μαδί*] Mahometus Almohdi Ecchellensi dictus.

Ibid. 19. τὸ σπήλαιον, τὸ ἐπιλεγόμενον καῦσιν] bello captorum *carcer*, captivorumque ad triremes deputatorum custodia Graecis recentioribus est καῦσις, quam Itala voce satis usitata *bagno* nonnunquam dicunt. καύειν enim pro καίειν, *affligere*, *deprimere*, *torquere* exprimunt. καῦσις ergo *carcer* quicumque, quod locus afflictionis et calamitatis sit. in antris, foveis, speluncis, ne vi perrumpantur, praeparari noverunt, qui piraticam callent: et huiusmodi speluncae aditum effregisse Abusbalem, et captivos Saracenos in libertatem misisse, Theophanes brevibus dictis manifestat. quod Saracenorum carcer a fumi incommodis in eo accenso vocaretur, expositionem allatam nil laedit: a fumo siquidem hic appellatus καῦσις, carceri cuicumque alteri molestiam exhibenti proprium sibi nomen reddidit commune.

695, 5. μητροπολίτας ἐκ τῶν ἀββάδων] metropolitas ex abbatibus et monachis assumere Graecis quam antiquum.

696, 1. οἱ τῶν ἔσω ταγμάτων] urbis custodiae et defensioni milites deputati, urbicae excubiae, *les archers de ville:* nisi forte velis milites in castris alios, alios in praesidiis agnoscere, et hos τὰ ἔσω τάγματα nuncupare. penes te lector, iudicium. contrario tamen sensu τοὺς τῶν ἔσω ταγμάτων *exteriores ordines*, posuerunt Anastas. et miscella. vide Constantini Leonis huius filii annum 7.

Ibid. 2. ἐργαστηριακῶν] ἐργαστηριάρηδες corruptius vulgus vocat τοὺς ἐν ἐργαστηρίοις, mercium quarumlibet *in officinis venditores*.

Digitized by Google

696, 10. *καὶ ὑπαλλάξας τὸν ἐνδυτὴν, ὡς ἔθος ἐστίν*] adeundus Codinus de imp. coronatione cap. 17 num. 14.

Ibid. 21. *τοῦ πάσχα ιδ' ἰνδικτιῶνος*] praesentem annum indictio quinta supra decimam afficit. haec tamen superiore peragi potuisse non dubitabit, qui Constantinum Copronymum imperii quintum ac tricesimum tantum inchoasse, et Leonem filium eo anno a Septembris die 13 et indictione decima quarta potestatem accepisse consideraverit. si tamen decimam quintam reponendam contendas, non ero contrarius.

697, 2. *ἀντιμινσίου*] *altare* Graecorum *mobile et portatile*. *ἀντιμίνσιον* est, quasi *ἀντὶ τοῦ μινσοῦ*, *sacri ferculi* (id enim *μινσὸς* sonat, ait Balsamo et Ioannes Citri episcopus in euchologicis relatus) *vicarium*. Latinorum corporali linteo simile sacras reliquias gerit inclusas, et sacrificio missae celebrando, sacrisque precibus ubilibet concipiendis admovetur.

698, 3. *Τέλερος*] qui supra *Τζέριγος*, qui Anastasio *Telerichus*.

699, 4. *Μαιουμᾶν*] Maii kalendarum celebritas diei festivitate civili hilarius celebrando *Μαιουμᾶς* nominis consortium impertivit. quod antiquorum Maiumae festum, quae prima eius institutio, quam Christianis execrandum, ut deinde castigatius permissum diatriba pene integra Meursius in lexico, et Lacerda in adversariis edisserunt.

700, 16. *καὶ αὐταὶ νουβίτισσαι*] an *Nubitenses*, prout vertit Anastasius, quia forsan *nubiles?* vel quia Nubienses, Nubia videlicet ad Nilum vico? vel denique prophetico spiritu clarae, cum vox Nabi Syris et Arabibus prophetam designet? arridet expositio postrema: puellae siquidem Emesam Syriae incolebant.

701, 3. *τῇ δὲ ἕκτῃ τοῦ Φεβρουαρίου μηνός, τῆς γ' ἰνδικτιῶνος*] anno Constantini Copronymi secundo supra vicesimum novum indictionum circulum Theophanem inchoasse ab eo scripta demonstrant. quartum deinde quinto supra vicesimum ascribit: mox sextam vicesimo septimo: octavam vicesimo nono: tricesimo nonam: tum vero duodecimam tertio et tricesimo: quinto postmodum et tricesimo, qui eius imp. postremus, tertiam decimam, et confestim decimam quartam consociat. ad Leonis Copronymi filii annum primum indictionem decimam quartam memorat: ad praesentem hunc quintum circuli sequentis tertiam annotat: et anno mox sequuturo quartam adnectit. ad annum Copronymi primum

Digitized by Google

et vicesimum, qui mundi 6253 ab auctore numeratur, indictionum adiecto circulo, mundi 6268 obtinet indictioni postremae et anno Leonis primo coniunctum: ab anno igitur Leonis secundo circulus alter incipiens, quinto, quem nunc tractamus, indictionem quartam afferat necesse est, et quintam Constantini successoris primo. en tamen ut mundi 6273 quartam accenset, praecedenti tertiam; atque iterum mundi 6268 decimam quartam, praevio decimam tertiam, ac tandem mundi 6265 duodecimam affigit. an mundi annis indictionem unam deesse, vel indictionibus annum mundi unum redundare asserendum? ipsi auctoris calculi errorem produnt, et ubi admiserint faciles testantur. ipso inquam, Constantini Copronymi anno postremo, quem quintum ac tricesimum numerat, annos quattuor et triginta, menses duos, dies sex et viginti imperasse praedicat. annus integer trimestri vix completo totus fuerat assignandus? ad huius anni historiae calcem annos quinque, mensibus sex demptis filium Leonem imperio potitum narrat: adeone facile praeter debitum menses sex occurrebant erogandi? indictionum itaque ordine servato, annis mundi menses quindecim indebitos intrusit Theophanes: novem Constantini, filii Leonis sex alios aetate. uno verbo Copronymi annis quintum ac tricesimum addixit superfluum, et indictione carentem, cuius quattuor et triginta duntaxat ex propriis calculis recensere debuerat. profectionis itaque Copronymi in Bulgaros historia in annum et indictionem reposita, mors in sequentem annum et indictionem, quibus filius imperium obtinuit, accensenda: anni vero tum a mundi conditu, tum a Christi natali in ordinem meliorem revocandi.

701, 4. τῆς τυροφάγου] septuagesimae hebdomade carnisprivium habet ecclesia Graeca: et sexagesimae dominico die, τῆς ἀπόκρεω, quo carnibus adhuc vescilicet, clauditur. sequente hebdomade, quae Latinis sexagesimae, ovis lacticiniis, atque adeo caseo utuntur, eaque comedendi etiam ipsa quinquagesimae dominico die facultas perseverat, a quo τυροφάγος appellatur. feria sequente 2. quadragesimalis ieiunii habentur encaenia, et πρώτη ἑβδομὰς τῶν νηστειῶν numeratur. scripta superius de Graecorum ieiuniis in memoriam revocanda. τῶν νηστειῶν tamen πρώτη κυριακὴ hebdomadem a feria 2 inchoatam, ut et secunda succedentem claudit. eam ob rem Casearia dominica Februarii diem sextum obtinente, ieiuniorum secunda vicesimo propriam sibi sedem figat necesse est.

702, 12. παρὰ ἓξ μῆνας ἔτη πέντε] die Septembris ter-

Digitized by Google

tio supra decimum Leonem imperio potitum scripsit superius Theophanes ad Constantini Copronymi annum ultimum: Septembris iterum die octavo fato functum hic statuit: igitur post imperii *ἔτη πέντε παρὰ ἓξ ἡμέρας*, eamque lectionem codex Barberinus et Vaticani ostentant: sed et Anastasius eam tuetur. *mortuus est*, inquit, *cum regnasset annis quinque, diebus sex exceptis.* at cum Septembris die vicesimo tertio imperium adiisse ex ipsius auctoris testimonio ad annum Copronymi ultimum evidenter demonstretur; Septembris eiusdem die septimo supra decimum excessisse constat. stemma porro magnae ecclesiae, quod sibi vendicasse narratur, illud est quod a coniuge donatum templo appendisse Mauricium supra legimus ad eius annum 19 pag. 236.

703, 8. *τῆς Δωδεκανήσου*] insulae Cyclades duodecim *Δωδεκάνησος* sunt: et cum in civili tum in ecclesiastico regimine provinciam constituunt: quia vero maritimae Drungarius, (classis nimirum ex eis collectae dux) ideo simul rector censetur. metropolis et episcopatus in notitiis ad editionis Regiae Codinum attextis occurrunt.

Ibid. 11. *καὶ μεταδοῦναι τῷ λαῷ*] ut ipso sacerdotii exercitio imperio nuncium remisisse convincerentur.

705, 3. *ὅπως τὴν θυγατέρα αὐτοῦ Ἐρυθρὼ λεγομένην*] *rotrudem* Francorum lingua vocatam, de qua annales Francorum Anonymi ab Andrea Duchesne collecti tom. 2 pag. 22 et a Paulo Petavio pag. 354 Nibelungo ascripti, anno domini 781 (is auctori toto septennio deficit, de quo alibi) ita scribunt. *perrexit Carlus rex Romam etc. et ibi desponsata est Rottrud filia regis Constantino imperatori.* poëta Saxonicus Anonymus tomi eiusdem pag. 177.

necnon Rhuotrudis, reliquis quae filia natu
 maior erat, flevit valde gemens obitum.
hanc et Graecorum luxerunt ditia regna,
 quod non hac tali digna forent domina.
sponsa fuit Constantini nam sceptra regentis
 illius semper nobilis imperii.
inclyta Constantinopolis de germine nostri
 optabat Caroli nobilior fieri.

ut non nisi cum Francis, non ita cum exteris, connubia contrahere Graecis impp. liceret, vide disserentem Constantinum de imp. administr. cap. 12, quare quod Isaurus Leo Constantino filio Scytham uxorem dederit, observat auctor pag. 343.

Digitized by Google

705, 17. *περιθέντες τζαγγίον, καὶ στέφανον*] *πέδιλα ἐρυθρά*, scribit Nicetas, imperatoriae dignitatis insignia.

707, 17. *μετὰ πάσης ἀπαθείας*] Sclavorum et Bulgarorum incursibus et metu libera.

Ibid. 20. *Μωσῆς*] *Musa Al-hadi* Ecchellensi scribitur.

714, 1. *καὶ τὸν ἡγούμενον*] Petrum etiam nomine.

715, 2. *ἐν τοῖς κατηχουμένοις ὁρώντων*] cathecumena porticus ecclesiae sublimiores ad annum Constantini Copronymi primum exposuimus. praesens locus id convincit. alias ex ecclesiae liminibus et externa porticu patres synodice coactos de fidei rebus dissertantes prospectarent, et audirent imperatores Constantinus et Irene? cathecumena inferiora etiam Graeci nonnulli vocant ecclesiae *ἐμβόλους*, quas alas et naves minores vocamus, eaque *τὰ κάτω κατηχούμενα ἀπὸ τῶν ἄνω* diversa: sed haec hallucinatus est.

716, 3. *κόρτις*] *comitatum, et famulatum regium* hic refert, alibi *aulam*, et alibi rursus *tentorium*: de quo Meursius.

Ibid. 4. *οἱ τῶν ἔξω ταγμάτων*] extra CP. in praesidiis, vel propriis thematibus et stationibus positos milites nullus negabit. recolenda superius dicta ad Leonis praecessoris annum primum.

Ibid. 8. *τὰς φαμηλίας αὐτῶν*] integram familiam, coniuges, liberos, bona intelligo.

Ibid. 21. *ἐκροτήθη ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος*] ipsa synodi acta. *ἐν ὀνόματι τοῦ κυρίου καὶ δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν, βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν δεσποτῶν Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρός, ἔτους ὀγδόου τῆς αὐτῶν ὑπατείας, πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν Ὀκτωβρίων, ἰνδικτιῶνος ἑνδεκάτης· in nomine domini et dominatoris Iesu Christi dei nostri, imperio piissimorum et amicorum Christi dominorum nostrorum Constantini et Irenes, octavo anno consulatus eorum, octavo kalendas Octobrias, indictione undecima.*

717, 9. *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ἑνδεκάτῃ*] ita Barbarinus codex Vaticanis adiunctus. consentit Anastasius scribens: *quinto idus Octobrias, indictionis undecimae.* Peyrezianus legit sollummodo, *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ*. ipsa synodi acta nuper relata dierum octodecim spatium antevertunt.

718, 14. *λογοθέτην τοῦ στρατιωτικοῦ*] is Codini cap. 2

Digitized by Google

quadragesimus septimus inter officiales recensetur: officium in notis exponitur.

718, 15. *μετὰ καὶ τοῦ Θεοδότου τοῦ ποτὲ ῥηγὸς τῆς μεγάλης Λογγιβαρδίας*] Anastasius: *una cum Theodoro dudum rege maioris Longobardiae, ad ultionem inferendam* etc. miscella: *una cum Adelgiso maioris Longobardiae rege, quem illi Theodatum dicebant, ad ultionem inferendam, si possent, in Carolum.* filium regis dubio textu nixus malui interpretari. concinit poëta Anonymus inter Francorum scriptores ab Andrea Duchesne collectos lib. 1.

hesterno Desiderius diademate regni
floruit, en hodie est pauper, captivus, et exul.
filius illius cognomine dictus Adalgis,
cum Longobardis in eo spes ampla maneret,
diffidens rebus patriae, se contulit inde
ad Constantinum Graecorum sceptra gerentem:
a quo patricius praeclaro munere factus,
hoc in honore suae permansit ad ultima vitae.

plura apud eundem lib. 1. Eginhardus de gestis Caroli magni ad annum 774 et 788, quo scribit. *Constantinus imperator propter negatam sibi regis filiam iratus, Theodorum patricium Siciliae praefectum, cum aliis ducibus suis, fines Beneventanorum vastare iussit*, etc.

720, 7. *Βαγύλῳ*] aliis *Βάγιλος* et *Βαΐουλος* scribitur, *Baiulus:* de quo Meursius, et Codinus.

722, 17. *ἐν τῇ Ἀτρῴᾳ*] fallitur Orrelius, ubi Thraciae locum existimat: ad Armeniorum regionem spectare monstrant verba superius posita. *κατέλαβον οἱ ὀρκίζοντες εἰς τὸ θέμα τῶν Ἀρμενιακῶν.*

723, 9. *ἐπιστήθιον*] *intimum* vertit Anastasius. *a secretis* existimo, vel eum *cuius ductu imperatrix ambularet*, et cui inniteretur: eviratus enim refertur.

Ibid. 11. *ἐν τῷ παλατίῳ τοῦ Ἐλευθερίου*] una cum urbe a Constantino instaurata, Eleutherii palatium et portus condita. is etenim aedificiorum *ἐπεικτής*, operas urgebat, aiunt orig. CP. *τὸν λιμένα τοῦ Ἐλευθερίου ὁ μέγας Κωνσταντῖνος ἔκτισεν, ὅτε καὶ τὴν πόλιν. παρίστατο δὲ εἰς τὸ κτίσμα Ἐλευθέριος πατρίκιος. ἵστατο δὲ εἰς τὸν λιμένα στήλη μαρμάρινος Ἐλευθερίου. Eleutherii portum eo tempore quo urbem, Constantinus magnus extruxit. aedificiis autem promovendis aderat patricius Eleutherius. in eodem portu marmorea Eleutherii statua erecta fuit.* vocabuli *παραστάτης, παραστατεῖν*, et *παρίστασθαι* significantia ex pag. huc

Digitized by Google

revocanda de statua eadem orig. CP. locus alius hic elucidandus. ἵσταто, inquiunt, *καὶ στήλη ἡ λιθίνη Ἐλευθερίου ἀσηκρήτου φέρουσα ἐπὶ ὤμων κανούλιον, καὶ πτύον ἐν τῇ χειρί, ἀμφότερα λίθινα· Eleutherii a secretis statua lapidea erecta fuit ferendis oneribus sportam dossuariam, in humeris, manu vero batillum gerens, utraque lapidea:* quasi operarum labori intentus, onerum quoque consors fieret.

723, 17. *προβάτου*] *πρόβατον προβάτου* dicit recentior Graecia.

726, 15. *τοῦ βασιλικοῦ ἐργοδοσίου*] palatii CP. ea fuit amplitudo, ut regios opifices caperet, quales Christianissimi regis Luparenses porticus typographos, pictores, phrygiones, sculptores, aurifices, et innumeros huiusmodi ingenio manuumque operibus ex quavis natione collectos praestantes viros tegunt et recipiunt. *βασιλικὸν* omnino, et exterorum admiratione dignum *ἐργοδόσιον*.

Ibid. *χρυσοκλαβαρίων*] quasi *auriclavatores* dicas, magis proprie *Phrygiones*, qui *clavatas* auro variisque coloribus vestes pingunt. vocabulum fusius ad Codinum exponitur. *χρυσοκλαδάριον* etiam dici posse, ceu qui materiam *χρυσοῖς κλάδοις*, figuris et ramis auro ductis oneret et ornet. *χρυσομαγκλάριον*, et *χρυσομαγκλαβαριστὴν* rudiores pronuntiant: at non omnino rustice: *μαγκλαβίζειν* enim cum *torquere, affligere*, et *onerare* referat, quam auro coloratisque filis sericam vel laneam vestem tegant, lacerent, figuris quasi plagis afficiant, et immutent, non incognitum.

Ibid. 16. *χρουσίωνα*] officina qua aurum in fila praeparatur. suavius *χρουσόν*, quam *χρυσὸν* hodie pronuntiant.

727, 6. *μέλανι κεντητῷ*] puncturis, necnon caesuris in literarum figuras ductis respersum vel infusum, pulvereum vel liquidum atramentum, humanae cuti scripturam imprimit nullo tempore delendam.

728, 2. *κομμέρκιον*] *vectigal mercibus impositum:* Portius. vide exempla apud Meursium.

Ibid. 3. *τοῦ παναγυρίου*] *nundinas* cum Anastasio interpretor.

Ibid. *ἐκούφισεν*] sustulit omnino, vel ex parte minuit.

Ibid. 5. *ἔστεψεν ὁ βασιλεὺς τὴν Θεοδότην*] de pravo Graecorum usu, qui dato repudio, vel inito vi aut sponte divortio, ad novas convolant nuptias, docte et copiose tractavit Arcadius toto ferme de sacrament. in utraque ecclesia consensione, lib. 7.

Digitized by Google

728, 17. *εἰς μανδύλιν*] vice *μανδύλιον*· ut *τροπάριν, παιδίν, θυσιαστῆριν, ἀντὶ τοῦ τροπάριον, παιδίον, θυσιαστήριον* proferunt. *μανδύλιον* autem aliis corruptius scribitur *μαντίλιον*, *mantile*, *mappa*, *sudarium* est: uno verbo *ὀθόνη*. *μαντεῖλαν* legitur apud Iulium Pollucem *χειρόμακτρον* lib. 7 cap. 16 interpretantem: est quoque *μαντιλάκιον* diminutivum, de quo Meursius.

729, 7. *ὑπέτρεψαν αἰχμαλωσίαν*] ista parenthesi inclusa in Regio non extantia ex Barberino codice in lacunam referuntur.

Ibid. 9. *ὁ Πλάτων τοῦ σακκουδίωνος ἡγούμενος*] ei monasterio in monte Olympo constituto symboli nomen imponitur a Theodoro studita Platonis vitae scriptore, apud Surium 16 Decembris.

Ibid. 10. *ὡς δεξαμένου τὸν βασιλέα εἰς κοινωνίαν*] severam Platonis in Tarasium sententiam Ignatius huius vitae scriptor his verbis temperat. *non sic eum aversatus est Plato, quod ipse probaverit scelus imperatoris: id quidem nequaquam accidit unquam, neque quod coronaverit Theodotem pellicem: nam et ab hoc longe longius remotus fuit. probatur ipse quidem de abiecta coniuge acerrime redarguisse imperatorem, et detestatum esse novum contra leges sacras initum coniugium, neque coronare ullo modo voluisse novam pellicem ab ipso imperatore nominatam Augustam. verum eo quod redargutum imperatorem nequaquam ab ecclesia separasset, sed cum illo communicaret: neque eum qui adulteram coronasset, ab ecclesia abiecisset; idcirco ipse Plato ab eius se communione abstinuit*, etc. haec dictus Ignatius apud Baronium anno 795 num. 46. idem apud Surium 26 Febr. tota hac historia, et pluribus aliis legitur mutilatus et omnino deformis. *τὸ ἐπιτρέψαντος* itaque *permittere* ac *tolerare*, non *iubere* vel *exhortari*, quo sensu frequentius utitur Theophanes, exponendum.

Ibid. 11. *τῷ κατηχητῇ*] sacerdos catechumenorum curator, et exorcismos in adultorum baptismo legere solitus, *κατηχητής* est. inter officiales ecclesiae CP. recensetur a Codino cap. 1. nos de eodem in notis alia adiecimus.

Ibid. 17. *εἰς ἐγκλείστραν ἐν τῷ ναῷ*] templum istud Michaëlis caelestis militiae principis. Catharorum monasterium idem fuit, Theodoro studita in vita Platonis id asserente apud Surium Decembris die 16. *carcer erat monasterium imperatoris palatio adhaerens, et eiusmodi custodiae praepositus erat is, qui adulteros coronaverat.* et: *confessorem*

Digitized by Google

eum esse probavit, cum in cellula (ἐγκλείστρα) *quadam ut maleficium hominem, illum veritatis thesaurum conclusisset, clavibus aliis alias addens, ac cibum per foramen quoddam ei dari iubens, ut a nullo prorsus videri posset.* adeundus Baronius ad annum Christi 795.

731, 8. εἰς Πύλας] Astaceni sinus locum. Constantinus Porphyrogenneta apud Ortelium.

Ibid. 11. ἕως τοῦ Τρίτωνος] locum alterum Asiae minoris ad Propontidem. Ortelius ex eodem Porphyrogenneta Constantino.

Ibid. 19. καθίσαι εἰς γωνίαν] *ut sederet in angulo:* ait Anastasius. ita hodie dicunt, *agere quietem.*

732, 2. εἰς παράκλησιν] ad preces reddit Anastasius: addo et processionem, eo die qui assumptionis B. Mariae, fieri solitam. παρακάλεσις enim, et παράκλησις id hodie significat.

Ibid. 4. ἐν τῇ πορφύρᾳ] palatii locus imperatrici parturienti, et imperatoris filios in lucem emittenti destinatus, a quo illi Porphyrogennetae. Meursius.

733, 3. ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ποδῶν] quod in confirmatione totum corpus unguento sacro delibutum Graeci velint, vel quod Latini regum suorum plura membra, caput nimirum, pectus, scapulas, brachia, quam ipsi ungant imperatoribus; Caroli M. totum corpus a vertice ad pedes unctione sacra illitum scripsit Theophanes.

Ibid. 4. ἰνδικτιῶνι ἐννάτῃ] *Theophanes,* ut scriptum reliquit Baronius ad annum domini 800 num. 6, *coronatum tradit Carolum a Romano pontifice kalendis Ianuarii, indictionis nonae. verum errore labitur Latinis omnibus adversantibus.* haec ille circa Theophanis lectionem nonnihil oscitans. quid enim apud Theophanem scriptum manifestius, quam Carolum imperii coronam et unctionem τῷ Δεκεμβρίῳ κε′ et ex eo apud Anastasium et miscellam 8 kalend. Ianuarii suscepisse. at si collatum Carolo imperium velit indictione octava, quod annus nimirum a Christi natali octingentesimus, quo salutatus est imperator indictionis octavae nota conspicuus habeatur: observet meritissimus annalium ecclesiae scriptor rationis temporum non ignarus, Graecos e quorum grege non infimus prodiit Theophanes, a Septembri indictionis initium desumere: adeoque in annum octingentesimum praecipua sui parte indictione nona signatam nonam etiam incidere.

Digitized by Google

734, 5. *ἐν τοῖς σταύλοις τοῦ σταυρακίου*] patricii illius de quo nuper mentio: qui quia eunuchus erat, et imperatricis *ἐπιστήθιος*, eius equos servare et stabuli curam agere potuit.

Ibid. 6. *τὴν βασιλικὴν προμοσέλλαν*] imperatorium equitatum interpretatur Anastasius, quasi nimirum primam imperatoris sellam. addo *πρῶμον* vinum album illud, generosum recentiore lingua nuncupari. sit itaque in sensu isto *πρωμοσέλλα* (sic namque mihi lubentius scriberetur) generosa prima et electa equorum candidorum manus in Stauracii stabulis imperatoris usibus destinata: equos quippe albos imperatorem vehere leges. *προμοσέλλαν* tamen, *equum gradarium*, vulgo *haquenée* lubens interpretarer.

Ibid. 13. *Βελζητίας*] legimus superius *Βερζιτίας*.

Ibid. 14. *ὑπὸ τῶν Ἑλλαδικῶν*] Helladici, qui *τῶν Ἑλλαδικῶν* thema occupant. ii vero sunt, qui Achaiam et loca Corinthi contermina tuentur. recole ex superius dictis Caesares istos Constantini Copronymi sanguine ortos, Athenas in exilium anno superiore deportatos.

Ibid. 17. *τὸν σεραντάπηχον*] *σαράντα* *quadraginta* dicunt recentiores vice *τεσσαράκοντα*· *σεραντάπηχον* enormis magnitudinis virum intellige. faciles enim sunt ex aliquo eventu imponere cognomina.

735, 12. *μούλτων*] vox a Latina *tumultuari* in Graeciam translata, cuius usus frequens apud iureconsultos et canonistas Graecos.

736, 2. *ἐν τῷ Ἰουστινιανοῦ τρικλίνῳ*] triclinium aureum a Iustiniano Rhinotmeto exstructum habes superius, et in orig. CP. *ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς ἔκτισε τὸ Ἰουστινιάνειον τρίκλινον*· *Iustinianus triclinium sui nominis aedificavit.*

Ibid. 6. *καρδιόπληκτος*] *corde percussus* ab Anastasio reponitur: forsan cardiaca syncope, qua de repente et quasi momento aegri intereunt: sideratum et quasi fulminis ictu confossum dicunt medici; quamvis grandiore et praecipua circa guttur effracta vena sanguis copiosus pulmonem opplere, et ore despumare potuerit.

Ibid. 11. *γόητες*] astrologi iudiciarii.

737, 2. *πρέσβεις εἰς τοῦτο πέμψας*] Eginhardus ad annum 802. *Irene imperatrix e Constantinopoli misit legatum nomine Leonem sparthariam pacis confirmandae gratia inter Francos et Graecos: et imperator vicissim absoluto illo misit*

Digitized by Google

Iesse episcopum Ambianensem et Helingandum comitem CP. ut pacem cum ea statuerent.

737, 5. *τῆς Ἀβύδου, καὶ τοῦ Ἱεροῦ*] ad Propontidos fauces; superas ad Pontum; inferas ad Aegeum mare. has Sesto et Abydo includi ignorat nullus: illas Hiero castello propugnari dictum superius.

742, 18. *ὄντων ἀκμὴν ἀποκρισιαρίων Καρούλλου ἐν τῇ πόλει*] Eginhardus anno 803. *legati imperatoris* (Iesse et Helingandus) *de CP. reversi sunt: et venerunt cum eis legati Nicephori imperatoris qui tunc rempublicam gerebat, (nam Irenem post adventum legationis Francicae deposuerant) quorum nomina fuerunt Michael episcopus, Petrus abbas, Callistus candidatus. qui venerunt ad imp. in Germania super fluvium Salam, in locum qui dicitur Sels, et conditionem faciendae pacis in scripto susceperunt.*

744, 19. *κτήτορας*] Anastasius: *habitatores:* cives potentiores intellige.

747, 10. *Πλάτων δὲ καὶ Θεόδωρος*] Platonis et Theodori studitarum in Tarasium et Nicephorum sanctissimos patriarchas zelum discretionis nonnihil egenum, describunt Theodorus ipse in Platonis gestis 16 Decembris apud Surium, et Ignatius in narratione de Theodoro instituta, quam ex utriusque communis amici pereruditi Leonis Allatii scriptis contubernalis Franciscus Combefis amice exhibuit. *περὶ Ταρασίου καὶ Νικηφόρου τῶν ἐν ἁγίοις πατριαρχῶν. ὅτι Ταράσιος καὶ Νικηφόρος οἱ ἀοίδιμοι πατριάρχαι οἰκονομίας τινὰς ἀναγκαίας ἐποιήσαντο, δι' ἃς καὶ ἀπέσχισεν ἑαυτὸν ἐκ τῆς τούτων κοινωνίας ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ὁ στουδίτης, ὡς ἤδη παρεδηλώσαμεν. βούλεται οὖν ὁ λόγος ταύτας διηγήσασθαι. ὁ γὰρ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ τῆς φιλοχρίστου Εἰρήνης υἱός, τὴν ἑαυτοῦ σύμβιον ἐξώσας, καὶ ἀποκείρας ἄκουσαν· καὶ μὴ βουλομένην, ἑτέραν ἀντ' αὐτῆς ἠγάγετο· καὶ ὁ μὲν Ταράσιος, οὗτος γὰρ ἦν τηνικαῦτα τοὺς οἴακας ἰθύνων τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίας, ὅλως εἰς τοῦτο οὐ συνευδόκησεν, ἀλλὰ πρεσβύτερός τις τῆς ἐκκλησίας ὄνομα Ἰωσὴφ ἐστεφάνωσεν αὐτούς. τότε τοίνυν ὁ μέγας Θεόδωρος τὸν βασιλέα μὲν ἀπεκήρυξε ζήλῳ θείῳ κινούμενος, καὶ ὡς οὐ μετρίως παρανομήσαντα ἤλεγξεν, ἀκολουθησάντων τῷ αὐτοῦ σκοπῷ τε, καὶ ζήλῳ καὶ ἄλλων πλειόνων. ἀφώρισε δὲ αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας καὶ τοῦ πατριάρχου, διότι εἰ καὶ μὴ συνευδόκησεν εἰς τὸν παράνομον γάμον ὁ πατριάρχης, ἀλλ' οὐκ ἐπεξῆλθεν, ἀλλ' οὐδὲ ζῆλον θεῖον ἐπεδείξατο κατὰ τοῦ τηλικούτου μῖσος ἐργασαμένου βασιλέως· ἀλλὰ μετὰ τὴν ἐκ θείας δίκης τῷ Κωνσταντίνῳ ἐπενεχθεῖσαν*

Digitized by Google

τύφλωσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆς βασιλείας καθαίρεσιν Εἰρήνης τῆς τούτου μητρός, ὁ ταύτην ἐξ ἐπιβουλῆς καθελὼν Νικηφόρος, τῶν σκήπτρων . . . . (lego ἐγκρατὴς) γενόμενος, μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν οὐκ εὐαγῶς ἔπραξεν, ἐσπούδαζε καὶ τὸν προλεχθέντα πρεσβύτερον Ἰωσὴφ καθῃρημένον ἤδη δεχθῆναι πάλιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Νικηφόρος διαδεξάμενος ἤδη τελευτήσαντα τὸν Ταράσιον συγκατέβη τῇ τοῦ βασιλέως Νικηφόρου σπουδῇ, καὶ εἰσεδέξατο τὸν Ἰωσήφ· ὅθεν πάλιν ὁ μέγας Θεόδωρος καὶ ἐκ τῆς τούτου κοινωνίας ἀπορρήγνυται. ἀλλ' αὐτὸς μὲν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς τῇ παρανομίᾳ συνθέσθαι ἠνέσχετο, καίπερ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου καὶ δῶρα προτείνοντος, καὶ παντοίως τιθασσεύειν αὐτὸν ἐπιχειροῦντος, διά τε δὴ αὐτοῦ, καὶ δι' ἑτέρων, καὶ δι' αὐτῆς δὴ τῆς ἀθέσμως αὐτῷ συνοικησάσης συγγενοῦς οὔσης τοῦ πατρός; οὔτε αὖθις τὰ δεινότατα ὑποστὰς παρ' αὐτοῦ ἐν ἐξορίαις καὶ εἱρκταῖς, καὶ λινῷ μακρῷ, πληγαῖς τε ταῖς κατὰ τῶν νώτων, καὶ παντοίαις κακώσεσι καθυφήκετο τοῦ θείου ζήλου, ἢ ὅλως ἥττων ὤφθη τὴν ἔνστασιν. οὐ γὰρ ἦν ἐλαφρὸν δοκεῖν ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν τὸ τοῦ Κωνσταντίνου παράπτωμα· καὶ γὰρ ἀπ' αὐτοῦ τούτου τοῦ βασιλέως ἀρξάμενον, ὡς καταστροφὴν μυρίων ψυχῶν ἤδη προέβαινεν. οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, καὶ μᾶλλον οἱ ἐμπαθέστεροι ἐκ τούτων ἀφορμὴν λαμβάνοντες εἰς ἐκπλήρωσιν τῶν ἀκολάστων αὐτῶν ἐπιθυμιῶν, ὡς νομῷ δῆθεν τῇ παρανομίᾳ τοῦ βασιλέως εἵποντο· τὰς μὲν κατὰ νόμον ἤδη συζευχθείσας αὐτοῖς γυναῖκας ἐκβάλλοντες, ἑτέρας δὲ ὥσπερ εἶχον καταθυμίους εἰσοικιζόμενοι. ταύτην τὴν λύμην εἰς πολλὰς ἤδη διαδραμοῦσαν χώρας ὁρῶν ὁ μέγας Θεόδωρος ἐκίνησε τε κατὰ τοῦ βασιλέως τὸν θεῖον ζῆλον, ὡς εἴπομεν, καὶ μέχρι τέλους αὐτὸν διετήρησεν· καὶ οὗτος μὲν οὕτω. τῶν δὲ μνημονευθέντων πατριαρχῶν, ὁ μὲν θεῖος Ταράσιος διὰ τοῦτο συγκατέβη, καὶ ἐφησύχασε, τῷ τοιούτῳ ἀθέσμῳ τοῦ Κωνσταντίνου δραματουργήματι, ἐπειδὴ ἠπείλει ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεύς, εἰ μὴ τῷ αὐτοῦ θελήματι ὑποκύψῃ ὁ πατριάρχης, τῶν μὲν ἔναγχος βασιλευσάντων τὴν αἵρεσιν ἀνανεώσασθαι, καὶ τὰς ἁγίας καὶ σεπτὰς εἰκόνας πάλιν καθαιρήσειν. τούτου οὖν ἕνεκεν ἔδοξεν αὐτῷ μικρὸν ἐνδοῦναι τῆς ἀκριβείας, ἵνα μὴ ἀπολέσῃ τὰ μέγιστα. ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Νικηφόρος πολλὰ πρότερον ἀντικαταστὰς τῷ μετὰ ταῦτα, βασιλεύσαντι Νικηφόρῳ, ἔπειτα τὸ δύστροπον αὐτοῦ καὶ τὸ τῆς γνώμης κακοθελὲς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, καὶ ὑφορώμενος, μήποτε ταράξῃ, καὶ συγχέῃ πάντα τὰ ἐκκλησιαστικά, συγκατέβη καὶ αὐτός, καὶ ἐδέξατο τὸν καθῃρημένον Ἰωσήφ, ὡς προείρηται. πλὴν εἴ τε ὁ μέγας Θεόδωρος κρεῖττον ἔπραξε παρρησιασάμενος κατὰ τῆς παρανομίας, καὶ μέχρι τέλους ἐνστάς· εἴτε οἱ πατριάρχαι συγκαταβάντες

Digitized by Google

δια τὰς εἰρημένας αἰτίας, ἑτέροις δοκιμάζειν καταλείψομεν τοῖς ἔχουσι τὸν λύχνον τῆς γνώμης ἐν ἑαυτοῖς φαίνοντα, καὶ ἐρρωμένοις τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια πρὸς τὴν τοιούτων διάκρισιν· ἐπεὶ καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον τὸν Κύπρου εὑρίσκομεν, τὸν αὐτὸν Θεοδώρῳ ζῆλον καὶ ἔνστασιν ἀήττητον ἐνδειξάμενον πρὸς τὴν βασίλισσαν Εὐδοκίαν· ἀπειλούσης γὰρ ἐκείνης ποτὲ τοὺς τῶν εἰδώλων ναοὺς ἀνοίγειν, εἰ μὴ ὁ θεῖος Χρυσόστομος ἐξορισθῇ, οὐ κατέπτηξεν, οὐδὲ ἐνέδωκεν, ὅλως ὁ ἅγιος· ἀλλ' εἰπών, ἀθῶος εἰμὶ ἀπὸ τῆς κρίσεως ταύτης· ἐξῆλθε θυμοῦ πνέουσαν καταλείψας αὐτήν. λέγεται δὲ ὅτι δι' ἑτέραν αἰτίαν ἀπὸ τῶν ἀοιδίμων πατριαρχῶν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ἀπερράγη. ἡ δὲ ἦν· ὅτι, φησίν, ἀπὸ τῶν λαϊκῶν εὐθὺς εἰς τὸν πατριαρχικὸν θρόνον ἀνεβιβάσθησαν, καὶ οὐ κατὰ θεσμὸν ἐκκλησιαστικὸν ἐγένετο τούτων ἡ χειροτονία. πρὸς δὲ τοῦτο ἀπολογεῖται ὁ τὰ κατ' αὐτοὺς συγγραψάμενος· ὅτι οἱ θεῖοι κανόνες οὐκ ἀποκλείουσι πάντῃ τὸ πρᾶγμα· ἀλλ' ὑφορώμενοι μήπως ἄπειρος ὢν ὁ χειροτονούμενος τῶν τῇ ἱερωσύνῃ καθηκόντων, εἰς πτῶσιν ἐνέγκῃ τὰ ἐκκλησιαστικά. ουτοι δέ, ὁ μέγας, φημί, Ταράσιος, καὶ ὁ θεῖος Νικηφόρος εἰς τὸ πρόσω βαίνειν τὴν ἐκκλησίαν πεποιήκασι, καὶ πάντα καλῶς, καὶ ἐνθέσμως ἔπραττον· καὶ διὰ τοῦτο οὐχ ἅπτεται αὐτῶν ὁ κακών. ἰστέον μέντοι ὅτι τὸ προσκροῦσαι τοῖς ἀοιδίμοις πατριάρχαις τὸν μέγαν Θεόδωρον ἐκ θεοῦ κεκινημένοις, καὶ μικρὸν ἐνδοῦσι τῆς ἀκριβείας, διὰ τὸ μὴ γίνεσθαι μείζονα βλάβην, καὶ ἑαυτὸν ἀποσχίσαι τῆς ἐκκλησίας, οὐ μικρὸν πτῶμα τοῖς πατράσιν ἔδοξεν. ἀλλ' ὅμως πάλιν διωρθώσατο, ὡς προείρηται, καὶ δηλοῖ μὲν τοῦτο ἡ τῶν κατ' αὐτὸν ἱστορία, δηλοῖ δὲ καὶ ὁ μέγας Μεθόδιος ἐν τῷ ἤδη μνημονευθέντι λόγῳ αὐτοῦ τῷ πρὸς τοὺς στουδίτας. διηγεῖται γὰρ ὅτι πάλιν ἠσθένησε τὴν γνώμην, ἣν εἶσχε κατὰ συναρπαγήν, καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ συνήφθη· καὶ ὅτι πρὸς τῷ τέλει αὐτοῦ πολλὴν ἕνωσιν, καὶ ἀγάπην, καὶ συνομιλίαν ἀέναον μετὰ Νικηφόρου τοῦ ἀοιδίμου πατριάρχου ἐκέκτητο. ἐπληρώθη οὖν ἐπ' αὐτῷ τὸ ἐν ψαλμοῖς εἰρημένον περὶ τοῦ δικαίου· ὅτι ἐὰν πέσῃ, οὐ καταρραγήσεται· ὅτι κύριος ἀντιστηρίζει χεῖρα αὐτοῦ. εἰ γὰρ καὶ τὸ προσκροῦσαι καὶ τῷ τυχόντι ἱερεῖ ἄνευ δηλαδὴ αἱρέσεως μέγαν ἔχει τὸν κίνδυνον· πηλίκον ἦν τὸ πρὸς τοιούτους ἀρχιερεῖς τοῦτο γενέσθαι, καὶ ἀρχιερέων ἀρχιερεῖς· μᾶλλον δὲ ἀποστόλους αὐτούς, κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον. τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος Μεθόδιος πρὸς τοὺς τοῦ ἁγίου μαθητάς, τοὺς στουδίτας, φημί, δικαίως προτείνεται, λέγων οὕτως. σὺ μοναχὸς εἶ, καὶ οὐκ ἔξεστί σοι τὰ τῶν ἱερέων, ἀλλ' ὑποτάσσεσθαί σε χρή, καὶ οὐχ ὑποτάσσειν, οὐ δὲ ἐξετάζειν αὐτούς. de sanctis patriarchis Tarasio et Nicephoro. necessariis quibusdam temperamentis, et in negotiis administrandis perpetua

memoria dignos patriarchas Tarasium et Nicephorum usos fama est, prout alibi iam manifestavimus. et haec sunt quae narratione nostra illustranda aggredimur. Constantinus imperator Irenes Christum amantis imperatricis filius, vitae coniugiique consorte expulsa, et invita reluctanteque in monasterio detonsa, uxorem aliam eius loco substituerat. ac Tarasius quidem sanctus vir, is enim tunc ecclesiae Constantinopolitanae clavum regebat, tali facinori nusquam praebuerat assensum; presbyter tantum fuit eius ecclesiae nomine Ioseph, qui sceleratas huiusmodi nuptias contrahentes connubialibus corollis ausus fuerat redimire. re cognita magnus Theodorus imperatorem ecclesiae divortio damnavit, et virum fervore illo caelesti motum principem illegitimis facinoribus sacras leges laedentem corripere aggressum, plures alii eius consilio zeloque ducti sequuti sunt. Theodorus ipse ecclesiae ingressu, et patriarchae congressu semet continuit: quod quamvis nefandum coniugium haud verbis probasset patriarcha, severiore tamen poena non perstrinxerat, nec in eum qui tam exoso sceleri praestiterat opem, laesae maiestatis divinae poenas exercuerat. his accessit, quod caelesti consilio et permissu irrogata Constantino oculorum mulcta, et imperii potestate eidem ablata, et Irene eius matre solio dignitateque pulsa, Nicephorus, qui ex insidiis eam exauctoravit imperii sceptrique compos, praeter alia quae adorsus est nefanda scelera, Ioseph memoratum superius presbyterum depositione damnatum ad pristinos honores in ecclesia revocandum studuerit. Nicephorus alter sanctitate conspicuus defuncti Tarasii loco suffectus imperatoris Nicephori consiliis obsecundavit, et in ecclesiae collegium Ioseph prius rescissum admisit: ex quo rursum magnus Theodorus eius se communione segregavit. is enim vere sanctus Theodorus repudium prorsus illegitimum iam ab antiquo proscripserat, ac licet Constantinus imperator propositis muneribus allicere, et artibus variis virum ad se pertrahere conaretur, et cum proprio marte, tum aliorum subsidio, tum ipsius sibi praeter legum fas coniunctae mulieris patris adgnatae flectere nequiret, exiliis, custodia, compedibus, plagis tergo inflictis, probatis etiam generum aliorum tormentis, virum cuncta patienter ferentem de divino zelo quicquam remittere, nullatenus adegit, aut instantium necessitatum vi inferiorem se reddere. viro quippe tanta sanctitudine praestanti, leve vel modicum Constantini delictum non apparebat. ab ipso siquidem imperatore ducens originem, ad infinitarum animarum ruinam iam fecerat progressum. hominum namque plurimi, maxime voluptati sectandae faciliores, occasione arrepta, et exemplo dato, nefastum imperatoris factum fas rati adimplendo vene-

Digitized by Google

reae cupiditatis ardori per eius vestigia gradiebantur: et uxoribus quondam legitime coniunctis domo expulsis, alias, quas deperirent, ad sponsae prioris thalamos inducebant. luem huiusmodi in multas iam provincias grassantem videre magnus Theodorus non sustinuit: quare in imperatorem ipsum divinum zelum, ut praemisimus, exacuit, et in eo tenendo ad finem usque perseveravit. et is quidem hoc pacto se habuit. patriarcharum vero, de quibus institutus sermo, hic quidem, nimirum Tarasius, idcirco consentire visus est, et attentatum a Constantino scelus nulla animadversione perstringere, quod nisi placitis acquiesceret patriarcha, principum proxime praeteritorum haereses renovaturum, et sanctarum imaginum cultum proscripturum se imperator Constantinus minaretur. huius gratia rigoris nonnihil relaxare decrevit, ne in maioris momenti res summum induceret discrimen: sanctus autem Nicephorus, in alterius Nicephori, qui postmodum imperium tenuit, sententiam obnisus, tum vero pravos eius mores, et animi perversitatem expertus, et ne ordinem ecclesiae perturbaret, et sus deque verteret metuens, assensum quoque praestitit, et Ioseph, quem depositum diximus, in priorem gradum restituit. at sive magnus Theodorus sacras leges vindicaturus, ac libertate sua usus ad extremum usque discrimen obsistens praeclarius se gesserit, sive patriarchae ob allatas in medium rationes res difficiles prudenter attrectare maluerint, et apposito temperamento emollire, aliis quibus lucidius mentis acumen, et ad res huiusmodi discernendas animi sensus vegetiores, discutiendum relinquimus. sane Epiphanium Cypri episcopum inter sanctos celebrem parem Theodoro nostro ardorem, et invictum animi robur adversus imperatricem Eudoxiam demonstrasse novimus. ipsi namque, ni divinus Chrysostomus in exilium eiiceretur, idolorum templa quamprimum aperturam se minitanti nullatenus manus dedit, aut obsequendum sanctus vir duxit: quinimmo, innocens ego sum ab huiusmodi iudicio, exclamans, et eam in minas et furorem conversam relinquens, generose excessit. aliam quoque dissensus patriarchas inter et Theodorum causam extitisse ferunt: quod nimirum e laicorum ordine ad patriarchale solium confestim evecti, nec in eis ordinandis positae ab ecclesia leges fuerint observatae. ad quae obiecta, qui gesta eorum conscripsit, respondet, sacros canones promotiones huiusmodi non omnino damnare: sed ne consecrandus rerum gradui congruarum peritia privatus in periculum ecclesiam adducat, tantum cavere. iidem vero, magnus, inquam Tarasius, et sacer Nicephorus in magnos accessus ecclesiam progredi studuerunt, et in cunctis aequo bonoque consultum esse voluerunt. qua de causa canonem eos carpere nulla ratione

affirmandum. quinimmo omni mentis attentione observandum, patriarchis aeterna memoria dignis, et dei motu semper actis, magnum Theodorum crimen impingere voluisse, et ab ecclesiae coetu eorum causa se segregasse, ipsius Theodori non leve delictum a patribus fuisse iudicatum: illi siquidem accurato rigore remisso, maius damnum evitatum censuerunt. erratum sane Theódorus emendavit, ut alibi narratum est: et scripta de iisdem et Theodori gestis historia fidem huius facit: et magnus insuper Methodius sermone ad studitas, de quo superius, misso, testatum reliquit. sententiam enim quam animo praeceps hauserat, ipsum reprobasse, et ad ecclesiam demum se adiunxisse, ac vitae termino propinquum cum felicis memoriae Nicephoro concordiam, dilectionem, et indivisam animorum unionem servasse manifesto confirmat. in eo igitur, quod enunciant psalmi de viro iusto adimpletum est: si ceciderit, non confringetur, quia dominus supponit manum suam. *obvio namque, et e grege sacerdotum cuilibet noxam, si haeresis labe vacet, inferre, si magni periculi est, quali mulcta facinus dignum, quod eiusmodi pontifices et pontificum principes, magis vero apostolos ipsos, ut magni Dionysii verbis utar, aggreditur et recenset. hoc certe dictum divinus Methodius studitis sancti discipulis perpendendum iure merito obiicit, his verbis utens: tu monachus es, in sacerdotes inquirere non tuum est; ipsis subiici te decet; ipsos tibi subiicere, vel eorum vitam perscrutari a te omnino sit alienum.*

747, 19. *ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἄλλοι*] in sancti gratiam, adversus sanctos, auctoris sancti sancta sententia.

749, 12. *προσήλυτον*] *gentilem* intellige, et a Christiana religione alienum.

752, 1. *Χαρίτωνος*] de Charitonis laura diximus ad Syncellum.

754, 13. *σαλιβαρᾶν*] *fraenorum opificem* interpretor: *σαλιβάριον*, et magis barbare *σαλιβάριν*, et *σαλιβάρι*, *fraenum.*

Ibid. 19. *τὸ πέραμα*] fretum portus CP. lintribus, *περαματικοῖς ξύλοις*, traiiciendum, a quo Galatae oppidi regio *Πέρα*, quod *πέραν τοῦ πορθμοῦ*. de quo alibi.

755, 19. *ἀλληλεγγύως*] tributum pari sorte omnibus impositum, quod pauperibus non solvendo repertis, divites deponere tenerentur, est *ἀλληλέγγυον*. huius exempla historiamque pene omnem Meursius diligenter coacervavit.

756, 2. *χαρτιατικῶν*] actionis vel instrumenti in publicas tabulas relati pretium est *χαρτιατικόν*. tributum pro chartis exponit Meursius.

Digitized by Google

756. 6. *καπνικά*] *tributum fumarium*, quale ob singulos quosque caminos exigitur. exempla suggerit Meursius.

Ibid. 7. *κτημάτων*] variae lectiones *κτισμάτων*· adeo ut non praediorum modo, sed et aedificiorum meliora a tyranno fuerint occupata.

Ibid. 8. *κουρατωρείαν*] non aliud a fisco.

Ibid. 18. *ἔξω τῆς Ἀβύδου σώματα οἰκετικά*] ob quotidianas in Saracenorum terras excursiones facilior fuit illis in partibus servorum captura. ii *σώματα οἰκετικά*.

757, 3. *μηδέποτε γηπονικῶς ζήσαντας*] ob belli quotidie ingruentis, et praedandi consuetudinem. quid a praedone praedo lucri reportet? aiebat nuper nominatus ille pyrata Vasco nomine. de iniquis istis legibus, et earum abrogatione legendum ius Graeco-romanum, Zonaras, Cedrenus, et alii.

759, 8. *Ἀθιγγάνων*] de Athinganis nonnulla Balsamo. eorum reliquiae ac successores Italis *Tzingari*, nobis Boemi vel Aegyptii, quod ex Oriente profecti in illas partes, et inde versus nos penetrarint. de hominum istorum faece tractat abunde Delrio lib. 4 disquis. Magic. cap. 4 quaest. 5.

Ibid. 19. *Ἐξακιονίῳ*] Exocionium, de quo supra in notis ad pag. 150. haeretica lue infaustum semper et infame.

760, 13. *τὰ αὐτά*] correctius in variis lectionibus *τὰ αὐτῶν*.

761, 3. *τάλαντα δὲ ἦν ιγ´*] miror unde Anastasius et miscella *sexdecim*, cunctis exemplaribus Graecis tredecim prodentibus exscripserint.

762, 2. *ἀκήκοα*] de se loquitur auctor: unde variae lectiones addunt *ὁ συγγραφόμενος*.

Ibid. 7. *ἐν Μαρκέλλαις*] alibi *Μαρκέλλους* vocat.

764, 15. *τῇ κε´ τοῦ Ἰουλίου*] caeteri codices mss *τῇ κς´ τοῦ Ἰουλίου*. Anastasius: *septimo kalendas Augusti.*

765, 6. *τῷ τῆς σούδας πυρί*] *igne valli*, reposuit Anastasius. sane ξυλίνοις illis *ὀχυρώμασι*, quibus Nicephori castra circumsepivisse Crumnus nuperrime relatus est, ipsius iussu ignem suppositum, et evadendi viam interdictam suspicor.

769, 3. *ἐστέφθη Προκοπία*] Nicephori filia, anno superiore memorata. vide notam sequentem.

770, 4. *ἀπέστειλεν δὲ καὶ πρὸς τὸν Κάρουλλον*] lega-

Digitized by Google

tionis huius meminit Eginhardus ad annum 812, qui in annum succedentem, ob Theophanis calculos septennio minores, incidit. "Michael gener Nicephori imperator factus, legatos imperatoris Caroli qui ad Nicephorum missi fuerunt, in CP. suscepit, et absolvit: cum quibus et suos legatos direxit, Michaelem episcopum, et Arsaphium, atque Theognistum Protospatharium: et per eos pacem a Nicephoro inceptam confirmavit, etc."

774, 1. *εἰς Ἀφουσίαν*] insulam Propontidos; Ophiusam correctius dixeris, ad quam Ioseph Thessalonicensis, et eius frater Theodorus studita exularunt.

Ibid. 18. *εἰς τὸ Βαγδά*] ita Graeci codices cuncti. Anastasius et miscella *Bagda.* recentiores *Bagdat* pronuntiant. Abraham Ecchellensis in historia Saracenica "Abugiafar Abd-alla (ultimus est huius nominis a Theophane inter Arabum principes sive Caliphas recensitus) construxit Bagdadum, sive Babylonem, et incoluit eam anno centesimo quadragesimo quinto."

775, 12. *διὰ σιγιλλίων*] haud *sigillum* modo, sed et diploma, cui solet apponi, *τὸ σιγίλλιον* refert. *σιγιλλίῳ* namque, *σφράγις sigillum,* et principis character adiungitur. ipsi textus a Meursio in medium adducti id convincunt. Isacii Comneni Const. *καθὼς καὶ ἐν τοῖς σιγιλλίοις τῶν παλαιῶν ἀναγράφονται· prout in veterum diplomatibus refertur.* Constantini de administr. imp. *δεδωκὼς περὶ αὐτῶν καὶ σιγίλλιον ἐν τῇ αὐτῇ μητροπόλει· dato in ipsa metropoli diplomate.* Methodii in epist. ad Zygomalam. *τὰ γὰρ πάλαι διὰ χρυσοβούλλων καὶ σιγιλλίων διακριθέντα· quae quondam per aureas bullas, et diplomata diiudicata.*

776, 4. *ἃ τῇ προφάσει τοῦ Νικηφόρου τοῦ καταλύτου τῶν Χριστιανῶν μεμάθηκεν*] ad annum Nicephori 7 pag. 410 de illo superius agitur.

779, 2. *τοῦ ἁγίου Χαρίτωνος*] haec ad Bethleem et Rachelis sepulchrum exstructa, quam vidisse se Georgius Syncellus testatur pag. 57. laura porro maius monasterium est, et cellarum ab invicem dissitarum et per aequa spatia distributarum ordinata collectio: qualis Camaldulensium vel Cartusianorum. Cyrillus in S. Sabae vita: nos quoque ad memoratum Syncelli locum, et ad pag. 239.

783, 8. *ὡς εὐσεβεῖ, τε καὶ ἀνδρειοτάτῳ*] an non ecclesiae demum persecutor factus, Christi servos crudeliter afflixit? eius impietate nondum patefacta, Theophanem haec scripsisse credendum. ipse quam *ἀσεβὴς καὶ θηριώδης Λέων,* postmodum Theophanes expertus est. vide pag. 431.

Digitized by Google

785, 7. *διὰ τῆς Χρυσῆς πόρτης*] eius nominis Chryse porta fuit CP. quod tyrannidem adepturi per eam imperatores solemnem ingressum agerent. Nicephorus in altero Leone Iconoclasta. *καὶ ὡς ἦν ἔθος βασιλεῦσι διὰ προπομπίου δοχῆς διὰ τῆς Χρυσῆς καλουμένης πύλης εἰς τὸ Βυζάντιον εἰσελαύνει, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ γενόμενος, ἐκεῖσε τὸν τῆς βασιλείας ἀνεδήσατο στέφανον. hic (ut imperatores solent) solemni pompa susceptus, aurea porta Byzantium ingreditur, atque in maiore ecclesia imperatoriam coronam accipit.*

Digitized by Google

AD S. P. N.

THEOPHANIS

CHRONOGRAPHIAM

F. FRANCISCI COMBEFIS

Ord. FF. Praedicatorum Congreg. S. Ludovici

NOTAE POSTERIORES,

IPSUM PROPIUS AUCTORIS CONTEXTUM,

eiusque Versiones strictim illustrantes et emendantes.

Quamvis graviora quaeque ac maioris visa operae, vereque chronographica occupavit R. P. Iacobi Goar τοῦ μακαρίτου diligentia; relegenti tamen opus tam spissum, cui et meam ille, mox ut coepit morbus pulsare, addictam voluit nonnullam operam, occurrere, qua nec animadversione indigna, nec incommoda omnino, etsi forsitan leviora, aequo lectori videantur. haec igitur ille boni consulet nostra haec schediasmata, ac vel animum probabit, quibus decoctae praeeant, posthumae, quas produco, viri doctis omnibus, ac piis desiderati exercitationes.

P. 9 *l.* 6. περὶ ὧν ἐπερχόμενος τὴν ὀκτάβιβλον] atqui Eusebii historia δεκάβιβλος est, ut omnes norunt: 10 libri, non octo. plane scripserit Theophanes τὴν η' βίβλον, ex quo imperitus antiquarius suam ὀκτάβιβλον exscripserit. *qui legerit librum octavum historiae ecclesiasticae Eusebii, de his cognoscet;* quo etiam libro is ista maxime exequitur: hincque factum est, ut illi octavo libro additum sit aliud opus

Digitized by Google

Eusebii de martyribus Palaestinis, quod Stephani editio seorsim repraesentat, ut et cardinalis Mazarini, aliisque CC mss maleque Christophorsonus confudit, interpolans cum eodem libro octavo historiae ecclesiasticae.

10, 9. *κομιδῇ νέος.*

12, 17. *τὰ δὲ ὑπομνήματα τοῦ σωτῆρος ἐπλάσατο*] redditum, *servatoris monita.* forte monumenta interpres voluerit. Anast. *monitiones.* malim ego acta, quod etiam vox illa sonat, ut falsis narrationibus Christum infamare studuerit, quod praestitisse liquet etiam alios Christiani hostes nominis.

13, 4. *τὰς ἐκκλησίας τοῦ Χριστοῦ.*

14, 10. *περιόντων καὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παίδων τῶν ὁμοπατρίων*] Anast. *praesentibus quoque caeteris filiis suis;* ut legerit *παρόντων.* sed et novus interpr. *circumstantibus etiam reliquis eius filiis.* verum alia vis huius vocis, quam codd. constanter repraesentant. reddiderim ego: tametsi eius reliqui filii, eodem ac Constantinus patre geniti, superstites erant: praelato nimirum illis Constantino ob egregias virtutes, quamquam illi materna prosapia praestare videbantur, Theodora nati, ob cuius nuptias repudiata fuisset Helena.

15, 1. *Μαξέντιον τὸν υἱὸν Μαξιμιανοῦ τοῦ Ἑρκουλίου βασιλέα*] sic constanter codd. ac liquet vitiosum quod editum est, *Ἑρκουλίου τοῦ βασιλέως·* imperatorem renuntiaverunt Maxentium Herculii filium. Sic pag. 9 A. *καὶ Μαξεντίῳ τῷ υἱῷ τοῦ Ἑρκουλίου ἐν Ῥώμῃ ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν ἀναγορευθέντι βασιλεῖ. cum Maxentio Herculii filio, qui Romae a militibus imperator fuerat renuntiatus.*

17, 2. quod habet Vat. 1 margini adscriptum, *Ἀχίλας Ἄρειον, ἐδέξατο παραλόγως χειροτονῆσαι πρεσβύτερον, καὶ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ διδασκαλίου καθηγήτορα,* scholii loco sit, et ut explicetur, quo promovente sic depositus Arius, presbyteri dignitate postmodum auctus sit.

20, 5. *χρατήσας τὴν Ῥώμην Κωνσταντῖνος ὁ θεοσυνέργητος*] non male Anast. *cum divina ope Romam obtinuisset.* excidit aut interpreti, aut currenti praelo.

Ibid. 18. *ἐπεστράτευσε κατὰ Μαξιμιανοῦ τοῦ Γαλλερίου*] sic bene Pal. et Peyr. necnon Anast. nec ferendum *τὸ Μαξιμίνου τοῦ Γαλλερίου,* quem auctor iam extinctum dixerat anno superiori *πεποιθὼς ὁ Μαξιμιανός·* P. Goar legit *Μαξιμῖνος,* priori errori haerens, quo vox altera alterius loco in codd. quos est secutus, irrepserat. placet maxime

Vat. 1 lect. *πεποιθὼς ὡς ὁ Μαξέντιος· cum perinde ac Maxentius daemonum oraculis fideret:* quem auctor multis eo nomine infamaverat 6 Constantini anno, quo is illum oppressit, cruce eiusmodi praestigiarum victrice.

21, 13. *τὸν Γαλλέριον Μαξιμιανὸν*] iterum P. Goar. *lego Μαξιμῖνον·* non bene ut est iam ostensum.

22, 2. *καὶ ἀφορίσας*] *τὸ καὶ* superfluum, nec habent codd.

Ibid. 10. Germanior lectio aliorum codd. *πρῶτον νόμον ἔγρατε τούς.*

27, 9. *Κωνστάντιον*] redditum currente calamo, seu praelo *Constantinum.*

28, 4. *πολέμου δημοσίου κροτηθέντος*] bello publico, inque illud inardescente tota rep. sic et Anast. nec satis expressum, *bello civili moto.* erat sane civile, sed huiusmodi inter civilia ut universam remp. scinderet. *ἐν τοῖς ἐμφυλίοις ἀήττητος* ait D *invictus in bellis civilibus.*

29, 6. *ἀπεδύθη ὑπὸ Κωνσταντίνου*] sic bene Vat. 1 Pal. et Peyr. nec enim Constantii Caesaris erat Caesarem Licinianum exauctorare; sed patris Constantini, qui *μονοκράτωρ,* rerum summam solus tenebat.

30, 11. *ἐν τῷ γ' λόγῳ τῷ εἰς τὸν βασιλέα*] clarius, libro 3 in laudem Constantini; sive de vita Constantini, cuius 9 cap. extant eae laudes.

32, 1. *ἰδιάζειν ἡσυχάζοντα*] nihil iam se rebus ecclesiasticis immiscentem (in poenam nimirum superioris schismatis) privatum agere: haec enim vis est *τοῦ ἡσυχάζειν* in eiusmodi. quod sequitur de ordinatis ab illo, quos sancta synodus praecipit *μυστικωτέρᾳ χειροτονίᾳ βεβαιοῦσθαι*, *sacratiori ordinatione confirmari*, de vera accipiendum ordinatione, velut irrita penitus, quam Meletius praesumpsisset contra magnae Alexandriae episcopi iura: qua de re prodibit propediem illustrissimi Petri de Marcha Tholosani archiepisc. disceptatio, quam brevis, tam erudita, P. Morini libro de sacris ordinationibus inserta.

33, 5. *ὑπὸ σοφῶν*] emend. Barb. *φιλοσόφων·* unde et sequitur, *ἕνα τῶν φιλοσόφων παραπέμψαι.* visum unum e philosophis, cum quo Alexander disputaret, emittere.

34, 9. *ἐξ ἄλλων τόπων κατὰ γένος ἐπιλεξάμενος*] Anast. *secundum genus:* perinde obscurum. P. Goar non reddit. idem sit *κατὰ γένος*, *τὸ γενικῶς* ex aliis quoque locis universim deligens: ut non solum Roma accersierit incolas, sed ex uni-

Digitized by Google

versis imperii Romani provinciis. vel τό, κατὰ γένος, per familias: sic enim commodum, delectas familias transferre, ad augendum brevi civium numerum, urbisque potentiam dilatandam.

35, 4. εἰσελθόντος ἐκεῖ ἱστορῆσαι τοὺς τόπους] *qui profectus esset ad eas visendas regiones, atque lustrandas.* durius redditum: *ad ibi posita loca quaeque describenda profecto.* τὰ ὑπὸ τῆς. emend. bene in Barb.

Ibid. 18. περὶ τῶν ἐπισκόπων Βυζαντίου, καὶ ἄλλων πολλῶν τόπων διεξῆλθεν] *historiam contexuit episcoporum Byzantii, et plurium aliarum civitatum.* sic bene Anast.

36, 6. πολλοὺς ὑπομείνας αἰκισμούς] bene idem, *multis affectus verberibus*: quod et P. Goar forte reddere voluit, *contusus verberibus;* non iniuriis, ut editum est.

Ibid. 13. τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων] Barb. etc. Συμεῶνα ἀρχιεπίσκοπον Κτησιφῶντος, καὶ τὸν Σελευκίας] *archiepiscopum Ctesiphontis Symeonem, et Seleuciae episcopum.* sic infra unius archiepiscopi Symeonis meminit, plurium episcoporum, in quibus et ipse Seleuciae episcopus fuerit. nec ita passim illa aetate quibusvis metropolitis cedebat archiepiscopi nomen, sed vel patriarchis duntaxat, vel praecipuis primatibus, ac qui gentis integrae caput erant, et ipsi velut patriarchae, nonnihil tamen inferiores summis tribus, tumque quattuor, ac quinque patriarchis.

37, 1. καὶ ξέναις τῆς φύσεως.

38, 7. ἕλυσε τὸ ζητούμενον] male editum ἕλκυσε.

39, 8. ἔσται τὸ ἐπὶ χαλινοῦ τοῦ ἵππου ἅγιον] *erit quod est in equi fraeno, sanctum domino:* sive ut Xyst. *quod super fraenum equi est.* locus est Zachar. 14 iuxta 70, quos Hieronymus eo loco secutus est.

41, 2. ὁμώνυμον τῇ μητρί] ut omnes codd. mss.

Ibid. 11. μεθ' ὧν καὶ τὸν βασιλέα πείσας] clare haec Anastasius, *cum quibus et imperatori persuadens hunc iuste depositum, egit ut apud Illyricum in exilium mitteretur;* adeoque non fuerant nova obscuranda versione. hanc de fide Eusebii implexam satis quaestionem illustrabit in suo Eusebio, quem diu expectamus, vir doctus Henricus Valesius.

42, 4. τὴν πόλιν, ἐπὶ τὸ δυτικὸν μέρος.

Ibid. 19. ἐπὶ τῆς χώρας Ἀντιοχείας, καὶ τῆς Κύρου] sic Barb. Peyr. iique adeo quibuscum illi collati sunt, cum nulla annotetur codd. varietas, *in agro Antiochiae, et Cyri;* quae et ipsa metropolis Pentapoleos dioecesis Antiochensis.

Digitized by Google

quae sequuntur Buccardo inextricabilia, ego sic reddam. *primum rapere, ut noctu fieri solet, occasione insilientes; tum interdiu perrumpere horrea.* sic certe comparatum, ut paulatim ex fame et egestate frons crescat, quod ita Theophan. voluit exprimere.

43, 13. *ἡττηθεὶς, ἅμα τοῖς αἰτίοις ἀνῃρέθη*] *victus, una cum auctoribus necatus est.* sic et Buccard. itemque Barb. Peyr. etc. codd.

44, 4. *ὁ δὲ Ἄρειος*] Barb. Peyr. etc.

45, 9. *εὑρέθη*] Vat. 1. *ἐτυρεύθη*. post *περιήει* haud omittenda vox *ἱερουργῶν·* quod enim sic circumeundo rem sacram faceret, et cohiberi ab Athanasio potuit, et sacrorum vasorum, atque librorum violationis calumnia in eum componi.

46, 14. *ἅπαντας φιμώσαντα*] *qui os omnibus obstruxit.* Bucchard. suspicatur legend. *φιλώσαντα*, *qui imposturis seducat*: at nihil necesse.

Ibid. 16. *τοῦ κατὰ Ἀρσένιον πλάσματος διελεγχθέντος, ἐπὶ τὴν κατὰ Ἰσχύραν συκοφαντίαν οἱ ἐχθροὶ ἐτρέποντο*] *ficto amputatae Arsenii dexterae crimine confutato, inimici ad Ischyrae calumniam redierunt.* nihil clarius, cohaerentque omnia. non enim Athanasii satisfactionem probasse inimicos, ut non magis urgerent, quae minus aperta viderentur satisfactionis capita, ostendit ipsa Athanasii fuga. etsi ergo palam erat non amputasse dexteram, quam corpori haerere videbant, at vim illatam peragenti rem sacram, sacra vasa confracta, libros combustos pertinacius contendebant. Buccardus inani se labore hic torquet: P. Goar sua alia, longe illa a nostris Theophanis ingerit. Anastasius ista omisit.

47, 18. *προεβάλοντο.*

48, 12. *ὀμόσας οὕτω πιστεύειν πείθει κελεῦσαι*] *ita credere iureiurando affirmans, suadet iubere recipi* etc.

49, 6. *δεκαετηρίδα.*

51, 6. *καταλαβὼν ἐκ τῆς ἑώας τὸ τοῦ πατρὸς σῶμα*] sic constanter codd. estque iam editum. *ubi ex Oriente corpus patris accepit;* Nicomedia scilicet CP. delatum: non ipse reversus ex Oriente.

52, 9. *τὸν καὶ τὰ σύμμικτα*] Barb. Peyr. etc.

53, 12. *ὕστερον μετέθετο*] Cedr. Barb. Peyr. etc. nec re sic clara haerendum.

Digitized by Google

54, 4. προσεθυμήθησαν] σταδίους ψ', *septingentis stadiis dissitam*: Barb. φ *quingentis*.

Ibid. 19. οὗ μὴ δεχθέντος] liquet hic lacunam esse; et desiderari quod factum scribit auctor Eusebio Emisseno recusante Alexandriae episcopatum ob cavendam Alexandrinorum invidiam, sive Alexandrinis ipsum non probantibus; adeoque male conatum interpretem tanquam omnia sana essent: nec illud τὴν πίστιν μεταποιοῦσιν οἱ αὐτοί, cives refert Alexandrinos, ut ille reddit, sed Antiochenum illud Eusebio praeside Arianorum concilium. refert Sozom. lib. 3 cap 6, quid tum eo factum sit, nempe Edessenam ecclesiam regendam suscepisse, cum hactenus Ἐδέσσης non episcopus, sed civis tantum esset. προτρέπεται τὴν Ἐδέσσης ἐκκλησίαν· *committitur illi Edessena ecclesia;* hocque licet Sabelliano, seu Sabellianismi suspecto: sic magnum habebant, quovis modo Athanasium sede deiicere.

55, 12. ἣν δὲ ἡ ἐγκαινισθεῖσα ἐκκλησία] istud palam scholium in textum e margine illatum; aut certe superioribus nectendum de Antiochenae eiusdem ecclesiae dedicatione.

56, 4. Νεοκαισάρεια Πόντου κατεπτώθη] Cedr. Νεοκαισάρεια ποντισθεῖσα κατεπτώθη. mersa concidit; et ut habet Vat. 1 et Barb. κατεπόθη absorpta est, terrae scilicet hiatu facto, uti assolet in eiusmodi: nec videtur necesse ut mari mersam, sive absorptam exponamus cum Cedreni interprete.

57, 2. Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας ἀντείσαγεν, τὸ τῶν κακῶν καταγώγιον] *Pauli loco Eusebium Nicomediae intrusit, hominem sentinam malorum;* qua phrasi et Cicero Catilinam urbis sentinam dixit. sic et Buccard. nec bene editum; *velut in scelerum sentinam,* quasi sentina haec sedes esset CP. quod non congruit. Peyr. perinde desiderat.

Ibid. 15. μηνὶ Δαισίῳ ς'] Barb. Peyr. etc. *sexta die mensis Daesii.*

Ibid. 20. καὶ Παῦλος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς] sic omnes codd.

58, 12. τοὺς τύπους ἐκκλησίας ὥσπερ ἀποσυλήσαντες] Anast. *ecclesiae formas, ecclesiae instituta, ritusque velut praedam abigentes, ac secum auferentes.* male editum τόπους, nec apte satis redditum.

59, 12. οἱ δὲ τοῦτο πεπονθότες ἠπείλουν] Pal. et Peyr. ἠπείχουν· malim ἤπειγον, sicque reddo. *tametsi ab aquis haec passi erant, urbi tamen per collapsi muri ruinam in-*

Digitized by Google

gruebant: quae deinceps Persarum ulterior impressio, generosaque Nisibensium repulsio auctori describitur. omissa particula *καί*, in alium sensum detorsit interpr.

59, 18. *ὀνάγροις τοὺς πλείστους ἐλέφαντας ἀπέκτειναν*] *plurimos elephantos onagris occiderunt.* genus machinae diruendis muris aptum. *ἅρπαξ.* Suid. at et tutandis, ubi illi disiecti sunt. interpr. *immissis onagris,* quod quis facile animalia sic dicta non bene acceperit.

61, 11. *ἐξώρισε τοῦτον κατὰ τὴν Βερροίαν*] alii *Βρετανίαν*, ut et Cedr. ubi tamen foedo lapsu Liberii nomen in Athanasii mutatum est; quasi hic de Athanasii exilio sermo sit, eique substitutus sit Felix, non Liberio. mirum plaustra huiusmodi devorare interpretes.

62, 18. *καὶ ἀντεισήγαγον Κύριλλον*] cod. Vat. 1 ad hunc locum hoc affert schol. *Κύριλλος Ἱεροσολύμων ἐδιώχθη ὑπὸ τῶν Ἀρειανῶν· ἀντ' αὐτοῦ δὲ γεγόνασιν Ἀρειανοὶ τρεῖς, Ἀρσένιος, Ἡράκλειος, Ἱλάριος· καὶ πάλιν ἀνακληθεὶς ἐπὶ Γρατιανόν, συνῆλθεν, καὶ ἐν τῇ συνόδῳ τῶν ρη' ἐπισκόπων ἐν ΚΠ. Cyrillus Hierosolymorum antistes pulsus est ab Arianis; eius vero loco Ariani tres Arsenius, Heraclius, Hilarius interim sedem tenuerunt; tumque revocatus sub Gratiano, ad synodum centum et octo episcoporum CP. celebratam convenit.* eius illa provectio ab Arianis, et suppressio vocis *ὁμοουσίου* in catechesibus, suspicionem aliquam Arianismi apud nonnullos viro attulit, quem bene Theophanes sequentibus vindicat.

63, 15. *Εὐσεβέστατον οἰκονομικῶς λέγειν*] omissa vox *οἰκονομικῶς*, quam omnes repraesentant codd. hic aptissima, significans quadam accomodatione, prudenti consilio ut virum alliceret, non offenderet, sic appellasse. sic quoque sextam synodum in Constantem religiosam vindicavi ab importunis, atque ineptis querelis Alberti Pighii: sic et Paulus Festum praesidem iniquissimum, *κράτιστον* compellat, virum optimum: sicque ubique Christiana modestia, quoad patitur pietas, viros praecipue principes, ac magistratus prosequitur.

64, 11. *καὶ ἐκβαλεῖν Παῦλον τῆς ἐκκλησίας*] sic omnes codd. ipseque legit interpr. perperam editum *ἐκκαλεῖν*.

66, 7. *οἱ δὲ ἐν Σαρδικῇ ὀρθόδοξοι*] sic omnes codd. nec video ut *ὀρθόδοξον* irrepserit, ac sit redditum.

67, 5. *ἡ σύγκλητος Νεπωτιανὸν ἐνδύσασα*] aliquanto post, *ἐνέδυσε Θεοδόσιον Αὔγουστον. purpura ac regalibus insignibus indutum Nepotianum, adversus Magnentium misit.* ut vere imperator, non Caesar tantum creatus fuerit, ut

Digitized by Google

sonant verba interpr. *tribus mensibus βασιλεύσας, imperio functus*, ait auctor, *occiditur*.

67, 11. sic cum Barb. etc. distingue, et corrige. *πρινὴ δὲ φθάσαι, καὶ ἀπελθεῖν τὸν βασιλέα ἐν Ῥώμῃ Κωνσταντίνα.* quae sunt valde plana: ut iam extincto Nepotiano, ante Constantii adventum, eius loco creatus sit Bretannio, qui et ipse Magnentio opponeretur.

68, 3. *ὑπὲρ τοὺς πρὸ ἑαυτοῦ.*

Ibid. ἀκολούθον εἶναι τῆς βασιλείας καὶ τὴν ἐξουσίαν ὑπάρχειν τῷ] sic Vat. Barb. Peyr. etc. plana satis litera. *ex imperii rationibus esse, ut et potestas illi cederet, qui a maioribus hereditario veluti iure illam suscepisset*, etc.

71, 5. *ἐπαρθεὶς. γαρ τῇ.*

Ibid. 8. *perturbatus*, nec omnino integer textus, sic facile queat restitui. *ὅσπερ Κωνστάντιος ἀκούσας ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα, πλεῖστα μεταμελούμενος ἐπί τε τῷ.* illud *καὶ τῇ καινοτομίᾳ τῆς πίστεως.* interpres ad Iulianum refert, ego ad ipsum Constantium, qui sic orbem fatigavit patrocinando Ariano dogmati. *καινοτομία* haeretici est; *ἄρνησις* apostatae, eiusque qui omnino defecit a fide. *Ἰουλιανοῦ δέ.*

72, 4. *ὡς πρώτης εἰδωλολατρείας*] sic Barb. ipseque Reg. nisi qua imperitus antiquarius scripsit, *πρὸ τῆς.* placet maxime, estque plana allusio ad locum apostoli, *avaritia, quae est idolorum servitus, εἰδωλολατρεία.* Col. 3 v. 6 velut dicat, nihil mirum ad idola deflexisse, qui ante iam avarus illis serviret.

Ibid. 7. *καὶ καμήλῳ.*

73, 15. *Μάρκον τὸν ἁγιώτατον μοναχόν*] Sozom. lib. 5 cap. 9 multis describit illustre certamen Marci Arethusii episcopi Iuliano imperatore; cumque plura dicat illi irrogata supplicia, istud tacet quod Theophanes dicturus erat, de visceribus vivo forte extractis, nisi codices mutili essent: potuitque etiam furens populus dirum illud in eum patrare, post ea quae narrat Sozomenus. eundem referre utrumque scriptorem, qui et monachus fuerit, et episcopus gravissimus senex, mihi persuasissimum est.

74, 11. *σφοδρῶς αὐτόν*] Peyr. Barb. etc.

75, 18. *τοῦτον δέ.*

76, 3. *τὸν τοῦ κυρίου.*

Ibid. 17. *ὑπὸ τοῦ εἰδώλου.*

77, 8. *ἐπὶ ἐξέτασιν τῶν παραμενόντων ἱερέων ἐχώρει*]

Digitized by Google

in sacerdotes, qui prope habitabant, inquirendum decrevit; quos par videretur fuisse incendii vel auctores, vel conscios. sic et Buccard. interpres non reddit, nisi una aliqua linea inter operarum manus excidit.

77, 20. ὑπηρετεῖτο] Barb. etc.

79, 10. ἐν δωροστόλῳ] Scaliger ad chronic. Hieronymi pag. 235 leg. contendit δουροστόρῳ, vel δοροστόρῳ.

80, 5. ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς θείας ἀποφάσεως] *ad divinam Christi confutandam sententiam;* quod nimirum ab eo dictum habent sacra evangelia, fore templi desolationem perpetuam. διὰ τὸν ἐκχωϊσμόν. *ad terram aggestam, atque rudera egerenda,* ut solet in veterum dirutorum solo, novis excitandis, maioris praesertim molis, aedificiis.

Ibid. 14. ἐν ἐξαιρέτῳ πραγματείᾳ λαμπρῶς] Barb. Peyr. etc. *peculiari commentario luculenter refutavit.*.

81, 15. νῦν πάντες ὡρμίσθημεν] oraculum hoc factum Iuliano, sic Langus exprimit Nicephori interpres, urgens illud, παρὰ θηρὶ ποταμῷ.

nunc dii deaeque omnes consurgite, sumite bellum,
atque fero certum de flumine ferte trophaeum.
dux ego vester ero Mars saevus belligerator.

apud Baronium tom. 4 pag. 122.

ibimus in Therim superi; victoria certa est:
Mars ego ductor ero, divum fortissimus armis.

Θὴρ ποταμός, haud dubie Tigris, velut θηριώνυμος, feramque nomine praeferens.

83, 4. καὶ τῶν ὑπάτων] *et proceribus,* τῶν ἐν τέλει· non enim in exercitu erat copia consulum, quorum suffragio Iovianus eligeretur; tametsi etiam Anast. ita reddidit. ὕπατος, eximius, praecipuus: quomodo Psellus ὕπατος φιλοσόφων passim indigetatur. eius operum spicissimum volumen haud ita pridem recepit cardinalis Mazarinus, sed carie et vetustate foedatum.

Ibid. 11. σωτηρία τοῦ περιλειφθέντος λαοῦ] Peyr. περιληφθέντος, quae lectio valde placet. ut saluti exercitus consuleret inter angustias a Persis conclusi, ac fame pereuntis, ut tripart. verba sonant, et tradit Ammianus. vox λαὸς pro exercitu Theophani frequentissima, uti etiam annotavit P. Goar anno superiori.

84, 12. ὕπατος προῆλθεν] melius plane Zonaras σταθμὸν προῆλθεν. *unius diei iter progressus est; una statione;*

Digitized by Google

qua pervenit ad oppidum Dagasthani, ubi et extinctus est. nec vero is locus commodus erat ut consul pompaque procederet, qui afflicto valde exercitu versus regiam urbem utcumque ageret iter; eaque fuerit causa, cur creatum nobilissimum filium suum noluerit hactenus purpuram induere.

88, 2. *καταληφθῆναι· ἐξαίφνης δὲ ἐν τῷ*] Peyr. bene.

Ibid. 17. *Οὐαλεντιακὸν λεγόμενον*] Barb. Peyr. etc. sicque a Valente appellandus, atque Valentis, non Valentiniani, ut currente calamo fuit redditum.

89, 4. *πέμπουσι δὲ καὶ πρὸς Λιβέριον*] liquet deesse hic aliquid. nusquam enim apud alios auctores legitur, Valentem, atque Eudoxium ad Liberium papam legatos misisse, aut Arianismum datis libellis abiurasse. trip. istos legatos missos ait a Macedonianis, qui persecutionem patiebantur a Valente, et Eudoxio. sed et Niceph. quin et ipse Theophanes pag. 58 idipsum significant, ubi de secunda oecum. synodo, ac Macedonianis dantibus iterum libellos, ut sub Valente dederant Liberio; a quo etiam literis commendatitiis impetratis, iis se tanquam novis tum perperam tuebantur. *ἔγγραφον ὑπὲρ τοῦ.*

95, 7. *σὺν θυμῷ ῥινοκτυποῦντες*] legendum plane *σὺν θύμῳ*, quod est thimus, sive thimum herba nota satis: cum thimo naribus obstrepentes; sive eo leviter eas caedentes, quod eiusmodi herba iis soleat adhiberi, teste Dioscor. qui ob crassos humores deliquium patiuntur, cuiusmodi sunt mulieres, dum patiuntur quae sunt naturae. sive ergo contemptu, sive ut venerem excitarent, sic sacris virginibus thimum naribus adhibentes illudebant. quas enim sic reductis vestibus nudas circumducebant per urbem, et ad nares caedebant, iis impudice abutebantur *ἀσελγῶς αὐταῖς χρώμενοι* adeoque non atrociter caedebant, ut reddidit interpres, non attendens aliam vocis illius alio accentu significationem, unam certe hic commodam. est etiam porrum, cepa agrestis; sed thimi herbae vis, et natura hic congruentior, ob dictam rationem.

96, 1. *ταῖς Βασιλείου, καὶ Μελετίου ἐξηγήσεσι*] *Basilio, et Meletio*, etc. *auctoribus*; ut et Cedreni interpr. sive illorum hortatu, et suasione. minus expressum, *Basilii*, etc. *industria.* impulerunt scilicet viri sanctissimi ut Euagrii loco pauculam plebem CP. orthodoxam foveret, eique praeiret, etsi nondum urbis episcopus esset, quod postea Theodosio imperatore factus est.

97, 2. *ὑπομένει*] *ἐκ δὲ τῆς διατάσεως.* sic bene Barb.

Digitized by Google

ut et Cedr. *ἐκ τῆς δὲ τάσεως. ὡς ἐτῶν δ.* *annos circiter quatuor natum.* quod sequitur, *συμπαρούσης καὶ Ἰουστίνης τῆς μητρὸς αὐτοῦ ἐν τῇ Παννονίᾳ·* aliter ego distinxerim, ut clausa periodo in voce *αὐτοῦ* sequatur. *ἐν δὲ τῇ Παννονίᾳ χώρᾳ τοῦτο μαθὼν Γρατιανός.* is enim absens erat, sicque absente acclamatus est imperator iunior frater, qui cum matre aderat, eiusque, ut videtur, industria; ut et ipsa filium haberet imperatorem, quod ita Gratianum offendit, ut solet inter fratres ex alio, et alio thoro natos, eorumque parentes facile enasci invidia.

98, 1. *ὑπονοηθέντας βασιλεύειν ἀπὸ τοῦ στοιχείου*] sic omnes codd. *quos vaticiniis inductus ex initiali nominis theta imperaturos suspicabatur.*

99, 12. ad *βαλλίζουσι*] addunt Barb. Peyr. etc. *καὶ καρταλίζουσι·* malim *κροταλίζουσι*, quod et Anast. legit. *strepitum agunt*, sive manuum plausu sive crepitaculis. *plaudunt manibus*, inquit. *κρόταλον.* sunt qui musicum instrumentum exponant, quo Aegyptii utebantur in deorum cerimoniis. pro *βαλλίζουσι* legit Anast. *βαδίζουσι*, *psallentes incedunt:* quod forte melius: pluraque sunt prophetae loca, quibus crassius intellectis, hi suum illum errorem, ut ab Anastasio traditur, hauserint. post *ἐνθουσιαστῶν* addit Cedr. *τοῦ καὶ Βωγομίλων· qui et Bogomili dicti sunt;* quod forte eorum nomen tunc vulgatius esset.

100, 7. *τοῖς ὑπ' αὐτοῦ φροντιζομένοις λελωβημένοις*] *leprosis, quorum cura Basilio incumbebat.* ita vertit Trip. Gregorius theologus multis commendat, quam Basilius erga id hominum genus in suo illo nosocomio humanitatem, ac diligentiam habebat. haud tamen putem iis duntaxat addictum locum, et Basilii operam; voxque *λελωβημένος* vitium omne corporis sonat: nec Gregorius ulcera, morbosque alios tacet, quibus Basilius studium impendebat.

101, 12. *περὶ Ἀθανάριχον*] Barb. Peyr. etc.

102, 3. *ἕνα.*

103, 9. placet Peyr. cod. interpunctio, *γνοὺς Γρατιανὸς ὁ Αὔγουστος, ἐν τῇ Παννονίᾳ κατερχόμενος ὡς πρὸς βοήθειαν. ubi rescivit Gratianus Augustus, tanquam suppetias laturus in Pannoniam veniens*, etc. Cedr. ambustum cum sociis Valentem ait in eo tuguriolo, *ἀγνοίᾳ τῶν κεκρυμμένων· cum Scythae ignem committentes nescirent, qui illic laterent.* et vero simile alio mortis genere extinguendos, sive etiam captivos abducendos, ut detecti ab eis fuissent.

104, 13. post *ἐπισκόπου*, suppl. ex Vat. 1 Pal. Peyr. *ἐν*

Digitized by Google

Ἀντιοχείᾳ ἀπ' αὐτῶν ἀποσχίσαντες. qui post provectum ad episcopatum Euzoium Arianum Antiochiae, se ab eis separaverant. quo et indicatur priorem fuisse Paulini episcopatum, nec nisi schismate ab eo factum Meletium episcopum: quae et ratio sit cur Occidentales propensiores fuerint in Paulinum, sintque postmodum gravius questi in Flavianum producto schismate Meletii successorem, ut auctor infra Theodosii ann. 15.

105, 15. *ἐξ ἐμφανείας τῆς παναγίας θεοτόκου*] *sanctissima dei genitrice suam illic virtutem, ac praesentiam exhibente.* sic Christi an. 402, de Pulcheria ait ex Sozom. *ὅτι καὶ θείας ἐμφανείας ἠξιοῦτο· quae divina visione dignaretur.*

108, 3. *φθονήσαντας τῷ πράγματι*] Barb. Peyr. Cedr. etc. etsi Pal. *προστάγματι.* illud melius. *videns rei invidia motos. τὸν συντακτήριον λόγον ἐπιδειξάμενος. oratione edita, ac dicta, qua discessurus bene precaretur, ac vale diceret.* sic nimirum ipse: *προτρεπτικοὺς ἡμῖν μελετήσατε λόγους, ἐγὼ ὑμῖν ἀποδώσω τὸν συντακτήριον. sermones instruite, quibus abeuntem prosequamini; ego vobis valedictorium reddam.* male Buccard. *habita de pace agenda oratione;* Xyl. *de concordia constituenda:* Baroniique interpres: ut et Anast. *compositorio sermone. προσέθηκεν τῷ συμβόλῳ τὴν θεολόγιαν τοῦ πνεύματος· doctrinam de spiritus sancti deitate.* minus reddit interpr. *sanctam de spiritu sancto doctrinam.*

109, 18. *φήμης ψευδοῦς ἐξελθούσης*] *cum falsus rumor percrebuisset.*

Ibid. 19. *ἀνασυρθέντες*] palam detecti, ac prodentes quales in catholicos essent. *καὶ ἕκαστον.*

112, 8. *ἐκώλυσε τὸν ἐπὶ τῆς μετανοίας πρεσβύτερον*] Nectario presbyterum poenitentiae praepositum amoventi iniquior mihi visus P. Goar, cum rem ille disciplinae egerit, nihilque inde apud antiquos, velut poenitentiae sacramentum ipsum violarit, notae reportarit. fuit semper Nectarii sancta memoria, modumque illum poenitentiae publicae, unde id scandali ortum esset, velut tantum iuris humani, et ecclesiasticae consuetudinis, in sua, cui iure patriarchali praesidebat, ecclesia abolere potuit.

Ibid. 19. *οἰκείαις χερσὶ λωβοῖς*] vix adduci possum, ut de leprosis peculiarius accipiam, quibus ipsa manibus Placilla Augusta ministraret; et non magis de corpore mutilis, atque alias debilibus; scabie forsan, foetidisque eiusmodi morbis laborantibus.

113, 12. *διὰ τὰ μητάτα στρατοῦ*] *propter exercitus me-*

Digitized by Google

tationes: sic semper molestae illae, quidquid diligentiae duces militibus in officio continendis adhibeant. *καὶ διὰ προφάσιν ἡνιόχου. propter aurigam, et pincernam Buterici praefecti,* uti Nicephor. lib. 12 cap. 4, quem nimirum aurigam reum tentatae illius pudicitiae populus relaxari contendebat, uti pro aurigandi illa peritia ludis commodum. ait Niceph. ferri occisa septem hominum millia: plura hic Theophanes. Cedrenus utramque opinionem ponit, tum quae 7, tum quae 15, millia refert occisa.

114, 16. *κατ' Αἴγυπτον φοβηθῆναι μὴ καὶ ἀ. ἀ. κ. ἡ τοῦ ὕδατος*] sic correcte codd.

115, 5. *χρηματισθέντι*] Barb. Peyr. etc.

Ibid. 10. *ἥνωσεν διὰ ιζ ἐτῶν*] Anast. *eos univit post decem et septem annos;* qui et singulariter effert episcopum ex Oriente Romam missum, nempe Flavianum, de cuius promotione lis erat. familiaris haec locutio Theophani. sic pag. 80 A de Chrysostomi corpore solenni pompa translato, *διὰ λγ' ἐτῶν* post annos 33 exilii. verum ut schisma a Meletii ordinatione coeperit, plures septemdecim annis ad hunc usque fluxere. *ὁμοίως καὶ τῶν μοιχευομένων γυναικῶν ὕβριν ἐν τοῖς πορνείοις. similiter abstulit iniuriam mulierum quae in prostibulis constuprabantur;* ut sicut virorum iniuriae cavit, ne ita inviti mancipiis, atque pistrinis addicerentur, miseram servientes servitutem ad usque senium, ita caverit iniuriae mulierum, quae ipsae iis locis ad stuprum inclusae tenerentur, vetans ulterius includi; ne scilicet illic velut invitae ad scelus cogerentur, sed res voluntatis esset, ac resilirent, quibus id animo foret.

117, 1. *πρὸ ἓξ καλανδῶν Ἰουλίου*] Vat. 1 omissa versio: *sexto kalendas Iulii, mensis Pauni die secunda.* sic et Peyr. aliique.

118, 1. *παρὰ Καρτερίῳ τινὶ ἡγουμένῳ μοναστηρίου*] Barb. Peyr. etc. *apud Carterium quendam praepositum monasterii;* illius nimirum, in quo Ioannes monachum professus est: Anast. *monasterii cuiusdam.* ait Cedren. annos 4, apud illum egisse, tumque duos in solitudinem, ex qua aeger coactus est redire.

Ibid. 17. *Χειρονήσου*] Barb. Ceyr. etc.

119, 3. *τῶν παραδυναστευόντων αὐτῷ βάρβαρον*] barbarum hunc Zonaras intelligit Alarcihum, ab Honorio ad Romam diripiendam invitatum: sic nocent principum irae. quod sequitur, *ὁ δὲ Ἀλαρίχος παρέθετο ἑαυτὸν τοῖς συγκλητικοῖς,* ego sic exponam, *sese senatoribus obstrinxit;* quomodo

Digitized by Google

dicitur *παραθέσθαι τὴν κεφαλήν*, fidem dedit, sub qua urbem deditione accepit.

119, 11. *κώμης ὢν μετὰ Ἀλαρίχου*] Barb. Peyr. etc.

120, 1. *ἀλλὰ καὶ Θρᾴκης, καὶ Ἀσίας, καὶ Πόντου*] sic Barb. Peyr. etc. unaque vera lectio est, non quam edita repraesentant, *τοὺς Θρᾷκας, καὶ Ἀσίας*, quasi multae Asiae essent, quarum cura Ioanni incumberet: non illa una strictius dicta, ac minor Asia, nunc Natolia, paulatim sive sponte, sive imperatorum favore, aut certe ordinatione aliqua ecclesiastica, quae nos lateat, sedi CP. addicta. sunt qui Rom. pontificis indulgentia id factum dicunt. *τῶν ἐκκλησιῶν τούτων*.

Ibid. 13. *καὶ εἰλικρινῶς προσερχομένη τῇ ἐκκλησίᾳ*] *vere, sincere, ex animo ad ecclesiam accessit;* non ficte uti prius in mariti gratiam. *ἡ πρὸς Θεόδωρον Μομψουεστίας*. sic omnes codd. nec bene omissa postrema vox.

121, 13. *τὸ τῶν Μακρῶν*] sic etiam Barb. etc. praestatque ea lectio, ut quae distinctior. longi enim appellabantur ii monachi, quos ceu Origenianos a Theophilo fugatos, benignius habuit Chrysostomus.

124, 1. *ἀρσάκιος ἐχειροτονήθη ὁ ἀδελφὸς Νεκταρίου*] omissa vox *frater*.

Ibid. 7. *ὡς ἔοικε*] ut suspicari licet, ut par est credere: non *ut postea visum est.*

127, 21. *Ἀντιοχὸς ὁ Πέρσης ἐκ ποδῶν γέγονε*] *rebus amotus est;* velut iam Theodosio grandiore, et ut ipse imperium sine curatore administrare posset. interpr. *Antiochus Persa e vivis excessit;* quem tamen ipsum, nec levi coniectura esse suspicatur, quem auctor ab eodem Theodosio factum esse clericum memorat post annos septem supra viginti. facile fuit virum tantum, qualem Theophanes Antiochum describit, rebus amotum in Theodosio invenire quod contemptum moveret, ex quo ille apud illum sic offenderit. Cedr. huic Antiocho iniquissimus est, ac eiusmodi inducit, ut illo remp. administrante, sus deque omnia irent.

128, 12. *Ἀβδαᾶς, ὁ τῆς.*

Ibid. 20. *τοῖς ὑπάτοις ἑαυτοὺς κατεμήνυον*] *magistratibus, praesidibus;* uti iam supra in Ioviani promotione alios monui esse Theophani *ὑπάτους*, quam quos Romani consules vocant. *κτεινομένων*.

130, 21. *ἐκλείσθη ἡ πόλις ἡμέρας ζ*] *clausa est civitas*, assumpta luctus specie vocatione, ut in talibus solet.

Digitized by Google

Cedrenus ἐσείσθη πᾶσα ἡ πόλις. *universa tumultuata est;* quod minus aptum videtur, quietis omnino rebus Theodosio CP. nec ullos tyrannos patiente. bona distinctio Vat. 1 Palat. Peyr. τούτου δὲ τελευτήσαντος Ἰωάννης τις.

131, 1. ὑπογραφῶν.

Ibid. 17. post ἀπέστειλεν supplenda lacuna ex Pal. commodiusque P. Goar textui addidisset illius verba, quam ad varias lectiones reiecisset.

137, 6. τὰ περὶ Νεστορίου.

139, 3. καὶ πάντων θεολογούντων] *universis Christum deum profitentibus;* quorum piae confessione sua illa blasphema opposuit Nestorius, nunquam deum se appellaturum, qui duorum aut trium mensium puer natus esset. non ergo bene Buccard. aut interpr. *cunctis theologicas disquisitiones instituentibus.*

140, 2. παρεξηγησάμενος] *perperam expositis.*

Ibid. 15. δι' ἀναφορᾶς] *suggestione;* ut Anast. sive, *per appellationem,* ut Buccard.

142, 3. ἐπὶ τῇ τῶν.

145, 20. μετὰ Ἀλάριχον τὴν Ῥώμην πορθήσαντες] etiam Anastas. *post Alaricum Roma devastata.* melius tamen Niceph. μετὰ Ἀλαρίχου. *cum Alaricho, Alaricho duce.* ex Gallia enim cum suis Visigothis ille profectus Romam cepit, atque vastavit Honorio principe: uti postea Gizerichus ex Africa cum suis Vandalis.

148, 1. sic distingue ut et mss codd. μετὰ θάνατον αὐτοῦ ὡς αἱρετικὸν διαβάλλοντες. *quem post mortem haeresis insimularent.*

149, 2. Κωνσταντῖνος ἔκτισεν· Κῦρος ἀνενέωσεν] *Constantinus condidit; Cyrus instauravit.*

Ibid. 8. οἱ δὲ Σμυρναῖοι καταλαβόντες] *comprehensum eum Smyrnenses,* etc. Christianum se abunde professus videri poterat, qui Christi incarnationis miraculum sic profiteretur, et ut sine viri opera deus verbum conceptus sit in S. Maria.

150, 10. μηδ' ὅλως διδασκαλικός] qui nulla doctrinae vi polleret; adeoque ineptus episcopatui esset, cum episcopum oporteat esse doctorem. ἀχρεῖος δὲ καὶ ἀνήμερός τις, ἐξαιρέτως δὲ ἐν τοῖς συγγενέσι Κυρίλλου γενόμενος ὅς. *homo inutilis, quique immanis quidam ac crudelis in Cyrilli maxime cognatos extiterit; ac eorum etiam aedes, quamvis supra*

Digitized by Google

tertiam contignationem assurgentes, in ecclesiam consecrarit. nulla haec vi reddita, mirorque interpretem secutum Buccardum sic alieno sensu reddidisse, ut praecipuam Dioscori laudem ponat, quod Cyrilli cognatis accensus sit, eorumque superbas adeo aedes profano ritu consecraverit; quem constat miras in Cyrilli cognatos excitasse tragoedias illis infensissimum, nec aliud velle Theophanis verba, ut et apud Niceph. et Cedr. reddita sunt. extat querela Athanasii Cyrilli ex sorore nepotis de hac suarum aedium publicatione in concilii Chalced. act. 3. *super haec autem, ut neque habitationem aliquam haberemus, nostras domos praeparavit ecclesias fieri; meam Athanasii quarto tecto superiacentem, et quae pro sua positione ecclesia fieri non potest, quia complectitur cum praedictis domibus etiam alias minimas domos, et laedit continens.* ipse Theophanes anno sequenti posito hic de Cyrilli cognatorum vexatione clarius enarrat. nimirum timebat superbus homo, ne, uti in Theophilo ac Cyrillo nepote factum erat, sic deinceps Athanasius, aliusve e Cyrilli familia urbis sacerdotium arriperet, ut erant in ea potentia clari, ac nobiles.

152, 5. emenda, *leviorem.*

154, 6. *εἰς πάντα αὐτῷ συνεργεῖν τὰ καταθύμια, εἰ ταῖς κατὰ Φλαβιανοῦ*] male *ἐν ταῖς*, qua levi mutatione abactus interpr. ego sic: *significat Dioscoro se in omnibus quae illi cordi essent, adiutorem fore, modo is sibi Flaviano, et Eusebio reis peragendis opera non deesset, ac Eutychis causam ageret.*

155, 16. *καὶ λακτίσμασι τοῖς ὑπὸ Διοσκόρου ἐκβαλλόμενος*] legit Anast. *ὑποβαλλόμενος. a Dioscoro calcibus submissus. eiectus calcibus Dioscoro:* nec necesse, ut a Dioscori ministris intelligamus, uti reddit interpr. sat temerarius, ac praeceps, ut ipse ita in Flavianum saevire praesumpserit. ut esset *τῶν ὑπὸ* quod est emend. ad marg. codicis Barb. ita omnino reddendum esset, ut id praestiterint ministri Dioscori. placet quod et illic emendatum *ἀνέστη*, pro *ἀντέστη*. *surrexit,* ubi ita vi subscripsisset, in grassatores declamans, ac subscriptionem, quam extorserant, repetens.

156, 12. *Εὐρίπιστος*] *instabilis ut Euripus.*

1 7, 3. *τῶν στρατηγῶν*] Barb. Peyr. etc.

159, 13. *μεταστειλαμένη Μαρκιανὸν*] perinde narrat Cedr. sed Theodosii id factum nutu refert, qui ipse iam coram Aspare, et senatu Marcianum ad imperium delegerat. *εἶπεν αὐτῷ ἐπὶ Ἄσπαρος καὶ τῆς συγκλήτου, ἐδείχθη μοι ὅτι*

Digitized by Google

σε δεῖ γενέσθαι βασιλέα μετ' ἐμέ. sub praesentia Asparis, et senatus ait Marciano, ostensum est mihi fore, ut a meo obitu imperium capessas. ostensum nimirum a Ioanne theologo Ephesi, ut iam Pulcheriae dixerat: ubi imperite Xyl. *ab Aspare, et senatu mihi demonstratum est, te* etc. ipsum oraculum respicere videtur Theophanes, cum statim anno seq. *θείᾳ ψήφῳ ἀναδειχθῆναι αὐτοκράτορα, divino suffragio renunciatum Marcianum imperatorem*, ait; non quia eius inaugurationi patriarchae opera accesserit, ut nonnullus annotavit.

167, 15. *πολλῇ δὲ τῇ παρανομίᾳ*] sic emendate Cedr.

168, 12. *ἔτος ἕν.*

Ibid. ὥσπερ ὁ Οὐεσπασιανοῦ Τῖτος.

169, 16. *τὸ Τραϊανὸν βαλανεῖον*] sic Barb. Peyr. etc. nec nisi forte fallentibus oculis lectum in Reg. *Γρατιανόν. καὶ ἡ βασιλικὴ ἡ μεγάλη. maior basilica.* quod redditum *regia*, minus ex usu est.

172, 12. *καὶ πέμψας Καισάριον*] vox *ἀμφοτέρους* perperam irrepsisse videtur, qua sublata, ac mutato *ὡς* in *τοὺς* nobis constaret litera qualem repraesentat Anast. *misit Caesarium, et linguis amputatis egit in exilium eos, qui communicaverant caedi Proterii.* Euag. lib. 2 cap. 18 illum qui missus est ad id vindictae sumendum, Stelam vocat. non liquet integrum textum esse, quem Anastasius refert, cum is saepe, uti et Cedr. utatur compendio, passimque plura omittat.

Ibid. 20. placet maxime lectio Peyr. *προτέρον ἐν τοῖς.* duplex enim diserte proposita quaestio, prior de synodo, altera de Aeluri episcopatu et causa *τὸ, πότερον εἰ τοῖς*, vel *ἐν τοῖς* aliorum non quadrat.

173, 6. *τὸν ἐκτεθέντα ὅρον*] idem bene.

174, 2. *ὁ τῆς Μάνδρας πρῶτος καταδείξας τὴν τοιαύτην ἀρετήν*] *qui primus ex iis, qui locum dictum Mandra coluerunt, eiusmodi virtutis specimen edidit.* sic Niceph. lib. 4 cap. 30. *ὁ τὴν ἐπὶ στύλου πρῶτος διοικίζειν ἐπιδείξας. primus id vitae genus in columna ostendit;* quod post ipsum alii plures aemulati sunt. monasterium, ac ecclesiam in loco columnae eius nomine exstructam, in cuius atrio sub dio extaret illa columna, egregie idem ad finem libri describit. non placet ut, *ὁ πρῶτος* hoc loco sit *ἀρχημανδρίτης*, cum Symeon *ἀναχώρησιν* magis coleret, nec nisi prioribus annis antequam in locum Mandra dictum secederet, coenobitam egerit: minus quadrat quod redditum, *coetus monastici celebratissimus.*

Digitized by Google

174, 12. *Σευῆρος καὶ Σερπέντιος*] cum apud omnes altum sit Serpentii huius silentium, nec nisi de uno imperatore loqui videatur Theophanes, facilis esset textus emendatio, ut legeretur *Σευῆρος ὁ καὶ Σερπέντιος*, *Severus, qui et Serpentius appellatus est,* undecunque id ille nomen traxerit, facile fuit excidere elementum sic minutum, ut in aliis adverto excidisse, codd. aliis retinentibus. Cedr. *post Severum,* inquit *οὐκέτι βασιλεὺς ἐν Ῥώμῃ nullus Romae fuit imperator;* adeoque nec iste Serpentius ut alius a Severo putetur.

177, 4. *Ἰωάννης δὲ ὁ ὑπατικός*] vera lectio Barb. Peyr. etc. *εἷς τῶν συγκλητικῶν*.

178, 1. *ἐστράτευσεν Ἀλεξάνδρεια*] sic bene Peyr. et Pal. *Alexandria tria hominum millia eduxit*; ut nulla sit lacuna, qualem suspicatus est P. Goar: nec absonum aliquid, Alexandriam tria hominum millia bello destinasse, ac Leoni, sive alii eius duci suppetias misisse.

179, 13. forte sit, *πολλοὺς τοῦ Γιζερίχου*. pluribus Cedrenus classis huius describit apparatum, vere immensum. *εἶτα καὶ αὐτήν*. sic expono; *cumque adeo ipsam Carthaginem potuisset in potestatem redigere.*

180, 6. *τινὸς ὕλης ἐμπλήσας*] Barb. Peyr. etc.

Ibid. 14. *διὰ τὸ ἑλκύσαι*] *ut Asparem patrem ab Arii pravis opinionibus avocaret.* Xyland. non bene, *quia Asparem ab Ariana secta abduxerat,* etc. id quidem conatus Leo, ac sibi hominem demereri, obtinere tamen non potuit, ut magis seq. Theophanes exprimit.

182, 16. *Ῥεκίμερ ὁ στρατηγός*.

183, 4. *ὁ δὲ Ῥεκίμερ*.

Ibid. 12. *διαβὰς Πάτμον*] plane *Πάδον*, ut ex Liguria Romam repeteret.

186, 7. *προελθὼν ὡς ὕπατος*. *consulari habitu, ac pompa in plebem prodiens:* quae trita vocis huius significatio, nunquam *τοῦ προσέρχεσθαι*, quicquid P. Goar contendat, exque vitioso suo codice contra aliorum fidem. Buccard. nihil ad rem, *quem ut consul praecedebat,* nempe Zenonem patrem. *φεύγει εἰς Ἰσαυρίαν*. sic Cedr. Niceph. ac bene. fuit enim Isauria natus, ex qua etiam postmodum milites praesidio futuros induxit in urbem. Anonymus auctor, qui in cod. Vat. 1 supplet vitas Marciani, Leonum, Zenonis, atque Anastasii: *προσέφυγε τῇ ἰδίᾳ πατρίδι*. *profugit in patriam.*

Ibid. 16. *εὐνοίᾳ τέως*.

187, 18. *ἐπεφώνουν τὸ αἰσχρὸν ἐκεῖνο· ἐψώμησας τοὺς*

Digitized by Google

ἐχθροὺς σου] *turpe illud acclamabant: velut manso pavisti puerorum more, ac decepisti inimicos tuos.* metaphora a nutricibus, quae sic pueros manso pascant, ipsaeque maiora deglutiant. Aristoph. in equit. *ἐπίσταμαι αὐτὸν οἷς ψωμίζεται· ἀντὶ τοῦ, οἷς ἀπατᾶται, καὶ χαίρει.*

188, 11. *μελανειμονήσας*] Peyr. Cedr. etc. pro *ἠμφίασε*, Cedr. *κατέλιπε*, ut legerit *ἀφῆκε· reliquit sedem, atque altare*, pullis ipse vestibus assumptis in signum moestitiae; non ea pullis vestibus induit, importuna satis cerimonia; cum praesertim Graeci non soleant colorem eiusmodi ecclesiis, ac altari adhibere.

Ibid. 16. *τὴν φυγὴν ποιούμενοι κατ' ὀλίγον*] *paulatim, ac lento gressu se fuga subducentes;* non effusi in fugam, ut solet cum metu solum, non arte et consilio fuga initur. non bene expressum, *in leves turmas dispersi.*

189, 12. *μηδένα τυχεῖν 'Ακακίῳ*] Anast. *neminem loqui cum Acacio*; nempe ad ei exhibendam molestiam, quod ita in eum e suggestu declamasset; sive quia eius probaret consilium, ficteque omnia agi sciret ad illudendum catholicis, sive quia inde magis irritandam plebem timeret. vim illam vocis *τυχεῖν, ἀντὶ τοῦ χρῆσθαι* in malum, etiam adverterunt alii. interpres in sensum oppositum abductus. Barb. Peyr. etc. *συντυχεῖν* habent.

190, 15. *ἐπὶ τὸ βιαιότερον*] male editum *βεβαιότερον.*

193, 5. *ὁ δὲ Ζήνων καταλαβὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεγένετο*] omisit interpr. *Zeno ubi venisset, ad ecclesiam accessit, sicque in palatium ingressus est.* velut nimirum voti causa recepto imperio, et ut pietatis illa larva civium sibi benevolentiam conciliaret.

Ibid. 13. *Βασιλίσκον τὸν 'Αρματίου υἱόν*] incogitantia redditum, *Armatum Basilisci filium*, pro *Basiliscum Armatii filium*, ut paulo ante bene interpres expresserat.

194, 6. *αὐτὸν τό*] vox *ἐχειροτονήθη* superflua, nec Barb. Peyr. etc. habent.

195, 7. *Στέφανος δὲ ψήφῳ κοινῇ προβληθεὶς εἰς 'Αντιόχειαν, ὑπὸ τῶν*] sic cum Peyr. disting. alioqui mala interpunctione foede erratum, quasi Fullonis assectarum suffragio electus sit Stephanus Antiochiae episcopus illo eiecto, non ab eis ut Nestorianus accusatus: quod ille crimen in concilio Laodicaeae eluit, vir *εὐλαβής, pius ac religiosus*, ut eum Theophanes superiori pag. appellavit.

198, 7. *διὰ τὸ τοὺς ἀέρας ἀλλάξαι*] Barb. Peyr. etc. *τῷ γένει.*

Digitized by Google

202, 15. *καὶ ἀταράχως.*

205, 6. *τῶν ὀρθοδόξων διαμαρτυρουμένων αὐτοῖς*] *tertio contestantibus qui erant catholicarum partium;* et loco exclusi erant, ut sic necesse habuerint contestationem suam, ac *ἀντίῤῥησιν* vel hamo e funiculo appensam ingerere, etc. *τὴν Δίου μονήν.*

Ibid. 16. *τὸ ὄνομα Φίλικος*]. Barb. Peyr. etc. ubi male *αὐτοῦ.*

206, 7. *τρίμηνον.*

207, 4. *Νέστορα δὲ Ῥωμανόν*] litera mutila ex Anastasio supplenda, ut praesertim SS. confessorum memoriae consulatur. sic ergo ille habet. *Nestorem autem Tarscensem, Cyrum Hieropolitanum, Ioannem Cyrestensem, Romanum Chalcedonensem.*

Ibid. 10. *τῆς συνόδου, καὶ ἐκβολὰς ἐπισκόπων ἀνεπιλήπτων*] Barb. Peyr. Anast. Cedr. etc. *episcoporum innoxiorum abrogationes:* palam vitiosa edita. quod sequitur de Trisagio hymno, factaque illi et mutata additione, P. Sirm. ad 3 Aviti epist. tanquam ex Theophane, et illum exscribente Anastasio censet, voces illas *Χριστὲ βασιλεῦ* additas a Calandione ad Theopaschitarum evertendam haeresim, ac velut antidoto, ne putaretur ad ipsam trinam deitatem referri quod additum fuerat, *qui passus est propter nos,* sed ad Christum peculiarius hominem: ut tamen iacent Theophanis verba, eaque Anastasius presse reddidit, ipsum hoc Petri fuerit primo suo episcopatu, quadam velut accomadatione ad Orientalium utcunque sedandos animos occasione additamenti turbatos, eidem ab eo adiunctum, quod postea, ac secundo episcopatu Zenonis favore liberius haeresim docens, sublatum voluerit. sic ipse Zeno quandoque mitius egit catholicorum metu, eoque solutus omnia miscuit, direque catholicos afflixit. expendat, quaeso, lector, Theophanis, eumque fide optima reddentis Anastasii verba, num Calandionis in eis aliquid invenerit, excepta eiectione, et deportatione Oasim, quae paulo ante relata fuit. Cedrenus clare admodum utrumque hoc uni Petro Fulloni assignat, priori eius, ac secundo episcopatu, ex ipso mutuatus Theophane. *πρότερον μὲν προσέθηκε τῷ τρισαγίῳ Χριστὲ βασιλεῦ ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς. ὕστερον δὲ ἐλθὼν περιεῖλε τό, Χριστὲ βασιλεῦ.* addidit Trisagio, *rex Christe, qui crucifixus es propter nos: postea vero rediens sustulit illud, rex Christe.*

208, 5. *ὃν ὀχλοποιοῦντα*] Barb. Peyr. etc. *ἐνεκάλεσε δὲ καὶ Ζήνωνι. Zenoni episcopus detulit, eiusque cohibendi ac-*

Digitized by Google

cepit potestatem. sic Graeca nulla vi sonant, intellexitque Buccardus: ac bene Anast. *questus autem ad imperatorem, contra illum obtinuit potestatem;* ut nimirum Eutychianum hominem ab eiusmodi in ecclesia catholica conventibus prohiberet. Constans sane fidei zelo Euphemius, magnaeque CP. auctoritatis, ut electum brevi post in imperatorem eundem Anastasium ad fidem Chalcedonensem dato libello profitendam, antequam corona donaretur, adegerit: sed neque Zeno postremis temporibus videri palam Eutychianus voluit.

208, 14. *ὡς ἐκείνοις ἢ συμμαχ.*

209, 17. *καὶ τὸν θαυμαστὸν περὶ ποίησιν, ἐπῶν Πελάγιον τὸν πατρίκιον*] addit Cedr. quod et necessarium. *ἐλευθεροστομεῖν εἰδότα. occidit quoque admirandum versibus condendis Pelagium patricium, qui liberius soleret loqui,* etc. perperam interpr. *τό, θαυμαστὸν περὶ ποίησιν ἐπῶν* ad superiorem Cottain refert virum militarem, cum ipsa textus series ad Pelagium spectare ostendat, clariusque Cedr. cum ita distinguit. *ἀναιρεῖ δὲ καὶ τὸν θαυμαστόν.* in prioris nece sugillat Theophanes Zenonis ingratitudinem, in posterioris, ipsam rei indignitatem, quod virum tantum, eo duntaxat libere loquentem quod *φρόνιμος, καὶ δίκαιος* esset, *prudens, ac iustus*, occiderit. miror tot occurrere quae suffigere debeam, ac doleo; deesse tamen auctori, ac officio nequeo. emendandus vicissim Cedr. cum Illo tribuit quae sunt Cottain. Illus enim pridem perduellis occubuerat ipso Cottain eius victore.

210, 5. *ὃς καὶ πολλούς.*

Ibid. 13. *ἀνάξιον αὐτὸν ἀποκαλῶν τῶν Χριστιανῶν τῆς βασιλείας*] *indignum se Christianorum imperio vocans.* ipse nimirum Anastasius, specie illa modestiae benevolentiam captans. sic et Anast. et Cedr. quicquid interpres syntaxi ipsa repugnante verba haec inauguranti Euphemio tribuat, in cuius ore pro rei, et personae ratione minime congruant. cogendus fuit Anastasius, ut velut invitus imperium iniret, non Euphemius patriarcha ut omnium votis expetitum cautione accepta coronaret. nonnihil clarior Cedr. ut solet obscura Theophanis, nonnihilque perplexa explicare.

211, 12. *τοῦ Δοραχιτιανοῦ*] Barb. Peyr.

212, 8. *ἀνθ' ὧν ἦν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πεποιηκὼς αὐτῷ οἰκονομίαν*] Anast. *quoniam Alexandriae fecerat illum oeconomum:* sicque ego putaverim, oeconomi munus illi imposuisse Ioannem, cuius ille impendio sic afflictam ex naufragio fuerit solatus fortunam; alioqui insolens, ut vox *οἰκονομία*

Digitized by Google

humanitatem significet, quod sibi plusculum indulgens reddidit interpres. non mirum autem Alexandriae factum oeconomum, illudque aliquanto tempore gessisse munus, qui postmodum electus est cum Palladio episcopus Antiochenus, quique CP. in maiori ecclesia conventus agebat, iisque Euphemio molestus erat; ut ubique velut clericum praeferret, homo celebs, tumque duntaxat iunctus nuptiis, cum una cum imperio Ariadnam uxorem duxit.

213, 2. *καὶ τοίγε ὑποτοπάζοντος τὴν ἐπίθεσιν*] *tametsi invasionem tyrannidis suspicabatur;* quae suspicio impedire debuerat ne permitteret exire. nihil aptum *vel, vel certe.*

219, 13. *παθοῦσα διάκονον ἔχων ὀρθόδοξον*] *ministrum habens catholicae communionis valde charum.* suadet tota series ut intelligatur minister profanus in aula, seu domo Theuderici merens, qui sic dominum fide prodita studuerit demereri; non ut ecclesiae diaconus, ac sacer minister, quod alterum vocavit Theophanes ante paucas lineas, forte ut ab hoc distingueret: quem et illi ministrum ad turpia indicat Nicephorus. eius plura Petrus magister in legat.

220, 4. *βλασφημήσας.*

Ibid. 7. *καθεῖλεν*] *deposuit*; *abstulit* imaginem, ex quo die secuta ultio, non *cum vellet deponere.*

221, 19. post *τόποις* ex Peyr. *καὶ ὀξύτερον εἴπερ ἑ. μ. τ. λ. ἀποδρ.*

221, 9. *ἐπίσκοπον προσέταξεν*] Anast. *episcopum locare praecipit:* adeoque desit vox aliqua, quam ille legerit, puta *ἐνθρονίζειν, καθίστασθαι.*

222, 16. *ἀπῄτει Ἀναστάσιον.*

223, 15. *προδίδωσί τις τοῖς Πέρσαις*] Barb. Peyr. etc. *prodit quispiam,* ut non Alypius intelligatur, de quo sic bona praelocutus est, sed alius quis incertus; cum tamen edita levi illa omissione *τις*, ipsum Alypium proditorem subnotent. appellat in sequenti Theophanes *χρηστόν, virum probum,* qui et legatione fungens in Perside diem obierit.

224, 14. *οὗ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν ἐπὶ δυναστείᾳ μεγάλῃ*] Barb. Peyr. etc. *cuius Asparis meminimus supra, hominis in magna potestate constituti:* tanta scilicet, ut et Leoni imperii fasces auctoritate detulerit, etsi ab eo postea oppressus sit. nihil hic perturbatum, quale Buccardus queritur, nisi quantum mala interpunctio fecit, ac importuna parenthesis.

225, 3. *Σαμοσάτοις πόλει*] Barb. Peyr. etc.

Ibid. 5. *καὶ Ἀσουάδου τοῦ φυλάρχου*] Vat. 1 placet-

Digitized by Google

que, nam Romanus maius aliquid tribuno videtur, supra iam Palaestinae praeses victoriis clarus. *καί τινων ἑτέρων, στρατοπεδευσάμενος ὡς πρός.*

226, 3. *στρατηγῶν.*

Ibid. 7. *μέχρι Συριῶν*] malim *Σύρων*, ut paulo inferius. *γνοὺς δὲ καὶ Γλώην τὸν στρατηγὸν αὐτοῦ διαφθαρῆναι μηχανώμενον. cum et Gloem ducem suum ex insidiis interemptum rescivisset.* sic et Buccard. non *perire paratum;* quo casu non recedendum erat, sed laboranti succurrendum.

227, 18. *σὺν Ἀρεοβίνδῳ*] probandam omnino hanc Vat. 1 lectionem suggerunt omnia, tum quae praecedunt de Areobindo, tum quae sequuntur, nulla mentione Theodoti.

228, 11. *καὶ εἰ μηδέν, ἢ ὀλίγον τι*] Barb. *tametsi aut nihil, aut exiguum quid obtineret a Romanis, redderet tamen Amidam.* pacem faceret vel iniquis conditionibus. sic dare solent in mandatis, qui impensius desiderant. *ἐπικρατήσαντα.*

230 15. *οὔτε κοινωνίας. μηνιαίας ἀννόνας*] Cedr. Barb. Peyr. etc. *τοῦτο δὲ καὶ εἰς.* hoc Cedr. clarius effert. *τοῦτο δὲ πρώην καὶ εἰς ἱεροσυλίαν ἔπραξε. sic nuper etiam sacrilegium tractaverat.* egenos quoque sacrilegos munificentia sublevarat.

232, 8. *κεφάλαια δ'.*

Ibid. 18. *ὡς διαβάλλων αὐτούς*] volebat mitius agi Flavianus, ne sic dicto in Leonem et synodum anathemate plures offenderentur: satisque videri ut synodus damnaretur silentio, quae tamen eius moderatio nec Catholicis probata est, nec haereticis; utrisque eum insimulantibus, Catholicis Eutychianismi, haereticis Nestorianismi: quo illi nomine synoditas omnes, id est, qui synodum Chalcedonensem reciperent, infamabant.

233, 12. *καὶ ἔστησαν οἱ Ἀλεξανδρεῖς*] malim *ἀνέστησαν*, ut sit, *solo prostraverunt, everterunt Anastasii statuam.* quantum enim cohaeret, ut tumultuans pro episcopo suo civitas, inque cives saeviente Praeside, sive militibus eius nomine, illi statuam imperatori erigant, et non potius, si quae erat, sub illo seditionis aestu deiiciant? sic eiusdem Anast. an. 26 laudante Anastasium Augustali, ipse probris exceptus est, eiusque interemptus filius: sic nimirum Alexandrini infenso in Anastasium animo erant, facilesque in eius prorumpebant iniuriam.

234, 16. *καθάπερ καὶ Ἠλίας ὁ Ἱεροσολύμων*] cogebat

Digitized by Google

Anastasius Macedonium reprobare synodum, quemadmodum et Eliam Hierosolymitanum: qui nimirum anno superiori professus esset se eam recipere; *καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀποδεχόμενος;* maioris aliquid fidei exhibens quam Flavianus, qui synodi nomen suppressisset, ut et iterum suppressit, rescribens e synodo apud Sidonem celebrata: cumque eo nomine tum ipse, tum Elias a Xenaia, aliisque Eutychianistis accusentur, quod nolentes aperte damnare synodum, concordiam in synodo impedivissent, non video ut errore vacet, quod ibi habent Theophanis exemplaria, expressitque Anastasius, rescripsisse scilicet Eliam, se quoque *τὴν ἐν Χαλκηδόνι σύνοδον ἀποβάλλεσθαι, ipsam quoque synodum Chalcedonensem se repudiare.* si ita synodum reiecit, cur accusatur nolle palam reiicere? si ita totus in Eutychianismum concessit, cur ne Severo communicet, Anastasii anno 21 episcopatu abdicari sustinet? scripserit ergo ut cum primum eius fides tentata est, *καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀποδέχεσθαι. se synodum quoque Chalcedonensem recipere:* aut certe mitius quid loquendo, *μὴ τὴν ἐν Χαλκηδόνι ἀποβάλεσθαι· minime se synodum Chalcedonensem reiicere;* ut affinis sit Eliae responsio alteri Macedonii, cum et ipse synodum damnare cogeretur: ait namque, non posse se id praestare extra synodum generalem, cui Romanus episcopus praesideret. consentiunt his alii scriptores, ut nihil sit haerendum. videndus cum Euagrio aliquanto locupletior Nicephorus.

236, 19. legendum omnino *οὐ συνῆλθον*, ut emendatum in Barb.

237, 10. *ὁ σταυρωθείς*] Barb. Peyr. etc.

238. 13. post *εἴασεν* addendum esset aliquid, ut omnino sensus constaret. addit Nicephori interpres, *quae res Macedonio probata est:* sed nec eius Graeca id habent. probarit tamen necesse est, ut ita apud ferventiores orthodoxos inde offenderit. unde et in seq. *εἰ καὶ ἠπατήθη. miserabantur Macedonium, tametsi deceptus fuerat:* probando scilicet Anastasii illud commonitorium affine Zenonis henotico.

Ibid. 18, omnino *προσφωνητικοῦ.*

239, 15. *τὸν αὐθεντικὸν χάρτην*] *librum authenticum gestorum Chalcedone.* male Buccardus Anastasii libellum intelligit, quem auctor vi abstulisse Macedonio iam eius anno 4 narravit. ita solenne haereticis; sicque Bardanes acta 6 synodi combussit, ut habent monumenta, quae in haeresi monothelitarum omni maiora fide produxi.

Ibid. 18. *σφραγίσας αὐτόν.*

Digitized by Google

242, 11. *υἱῷ ἐξ ἀδελφῆς Ἀναστασίου*] *Anastasii ex sorore nepotis.* ita scribendum divisa voce, quam edita, ac mss codd. coniunctam repraesentant, atque reddendum, suadent alia loca, quibus deinceps eiusdem Hypatii mentio occurrit; nempe pag. 136. *παρῆν δὲ καὶ Ὑπάτιος ὁ ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως.* interpres Anastasium secutus, *imperatoris ex fratre nepos:* ego, *ex sorore;* quod utrumque vox illa reddi potest; sed primum non quadrare ex aliis locis liquet: nam pag. 125. *Ὑπάτιος ὁ Σεκουνδίνου, καὶ τῆς ἀδελφῆς Ἀναστασίου βασιλέως υἱός·* ubi ipse P. Goar, *et sororis Anastasii imperatoris filius.* nonnullum vero hic anachronismum committi palam est, cum narrato Hypatii carcere, ex quo non nisi pace constituta liberatus est, illa eius liberalitas referatur Hierosolymis, cum adhuc illic liber ageret.

243, 1. *εἰ καὶ διαφέρειν*] Reg. Barb. Peyr. etc.

244, 1. *τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου*] Reg. quod et *melius.*

Ibid. 12. placet Vat. 1 lectio, *τότε δέ τις Ἀναστάσιος ἦλθεν εἰς Ἱερόσυμα.*

245, 6. in Hypatio error iam notatus, *nepos ex sorore Anastasii* non ex fratre *κοινωνῶν Σευέρῳ·* Reg.

248, 4. *ὀχλούμενος ὑπὸ Θευδερίχου χαριζομένου Βιταλιανῷ*] Vat. 1 Peyr. *importunius exigente Theuderieho, hac sibi gratia Vitalianum demerente;* ut significet aegre Romanum pontificem Hormisdam adduci potuisse, ut synodum generalem celebrari sineret; idque iure, cum haeresis adeo in Oriente vigeret sub haeretico principe, essetque periculum, ne patrum suffragiis non satis cautum esset. *εἰς τὸ κρετηθ.* Reg.

Ibid. 19. *διὰ τὴν ἐπιορκίαν.*

249, 8. *πικρῶς ἐκεῖ προσέταξεν φυλάττεσθαι*] Reg. Barb. Peyr. etc. *iussit sub rigidissima illic custodia eum teneri.*

Ibid. 12. *τῇ χειρὶ κατασφραγίσασθαι τῷ σταυρῷ*] et ut habet Cedr. *ἄρας τὴν δεξιὰν χεῖρα. cum tumulo inferendus esset, aiunt sublata dextera cruce consignasse.* pro eo scilicet more, quo summi sacerdotes cruce consignare solent, ut non sibi crucis signum ipse expresserit, ut interpr. reddidit: nec sepulchrum, ut Xylander vertit, sed adstantem magis populum consignaverit.

250, 9. *ἑτοίμως ἔχουσιν, ἐμπυρίζοντες καὶ τοὺς ἁγίους τόπους*] *promptos se mori, ut una quoque loca sancta incendant:* quod summam indicat execrationem.

Digitized by Google

251, 2. ἐν τῷ Βυζάντ.

Ibid. 8. ἀνεχώρησαν τὰ πλήθη τῶν κληρικῶν] Vat. 1 ut clerici, non plebs rusticana promotioni per laicam potestatem factae obstiterint, tumque eidem consenserint, ac a se probatum iterum ordinaverint. alii tamen χωρικῶν habent, redditque Anastasius. *rusticorum, oppidanorum multitudo;* ut solet hoc genus hominum procacius esse.

252, 9. περὶ τούτου παρεκάλεσεν] Reg. *rogavit infestos daemones depelleret;* et ut Anast. *super hoc deprecatus est.* ἀδείαν, δὲ παρέσχε. Reg.

254, 6. ζηλωτὴς ὀρθοδόξου πίστεως ἔμπυρος] *fervens zelator fidei orthodoxae.* Reg. bene; non ut editum seorsim, ἔμπειρος.

Ibid. 20. ἐπισκόπου Ῥώμης, σπουδῇ Βιταλιανοῦ, ἔτι ζῶντος Ἰωάννου ἐπισκόπου ΚΠ.] Reg. Barb. Peyr. Cedr. etc. clara litera. factum id Hormisdae episcopi Romani auctoritate, studio Vitaliani; cum Ioannes Cappadox CP. episcopus adhuc in vivis ageret. sic et Anast. legit, non ut vitiose habent edita.

256, 2. ἔπαρχον πραιτορίων] Barb. Peyr. etc. etiam Reg. πραιτωρίων. οἱ ἀστρόνομοι.

257, 3. κρυπτομένους ἀνιόντες ἐφόνευον] Reg.

258, 3. προτραπεὶς κατὰ Περσῶν] Anast. barbariuscule, *hortatus adversus Persas. auxiliarius Romanis in Persas accitus.* interpres forsan scribere voluit, *num ita deludendis Persis,* etc.

260, 19. τὰ κατὰ τὸν ἅγιον Ἀρέθαν] sic omnes codd. cum Reg. non κακά. *caedes contigit sancti Arethae.*

262, 5. ἐκέλευσε κομβέντα γενέσθαι] Barb. Peyr. etc. male editum ex Reg. κομμέντα. iterumque ἐν τῷ κομβέντῳ. vox e Latino *conventus* expressa.

Ibid. 16. στρατεύματι αὐτοῦ] Reg.

263, 6. καὶ τοὺς ἐν ΚΠ. δήμους εἰρήνευσε] Reg. Barb. Peyr. *populi factiones CP. ad pacem composuit;* quarum superius tragoedias descripsit sub ipso Iustino, saevientibus ubique in Prasinos Venetis. edita mutila. post Αὐγοῦσταν, liquet aliquid desiderari ex Cedreno, qui hunc locum sic effert, τὴν γυναῖκα αὐτοῦ Αὐγοῦσταν, τῆς Εὐφημίας ἤδη τελευτησάσης. *coronavit et Theodoram uxorem suam Augustam, cum Euphemia prior coniux iam vivis excessisset:* tumque sequatur, de eadem Euphemia, ἣν ἔστεψεν Αὐγοῦσταν ἅμα

Digitized by Google

τὸ βασιλεῦσαι αὐτόν. quam Augustam coronaverat, cum primum iniit imperium.

264, 13. *γυρεύουσα δὲ τὰς πόλεις.*

265, 13. *ἕτερον πῦρ· ἐκ τοῦ ἀέρος ὡς σπινθῆρος κατήρχοντο, καὶ κατέκαιον*] Reg.

266, 9. *δοὺς κεντηνάρια ε'*] Cedren. habet *ν'*, *quinquaginta*, quod et Regiae munificentiae, et tantae civitatis praesentibus malis, quadrare magis videatur. Procop. lib. 1 Persic. *ἕλκει λίτρας κεντηνάριον ἕκατον, ἀφ' οὗ δὴ καὶ ὠνόμασται.* idem Isid. Orig. lib. 16 cap. 24.

Ibid. 14. *καὶ τὸν ἔπαρχον, καὶ τὸν ἀπὸ ἐπάρχων*] Reg. *praefectum et expraefectum.*

268, 8. *γενέσθαι Χριστιανός. καὶ συγγενεῖς.*

Ibid. 13. *ἐπαγγειλάμενος*] Reg. *ἐστράτευσε δὲ ὑπ' αὐτὸν Ἀρμενίων πλῆθος. illi subiecit, sub eo voluit militare Armeniorum copias:* ipse nimirum Iustinianus militiae magistrum instituens.

269, 10. *παρέλαβεν ἡ αὐτὴ Βόαρηξ παριόντας διὰ τῆς χώρας αὐτῆς*] sic integre Reg.

270, 2. *ἐκ τοῦ συνθελεῖν*] Vat. Peyr.

Ibid. 3. *κατ' ἔτος*] ubi supplenda lacuna ex Anastasio, uti supplevit P. Goar: sed *ἀντὶ τοῦ τριβούνων*, reponendum *τριβοῦνον*. non enim tribunorum gregem, sed unum uni urbi oportuit esse praefectum; quem et postmodum Dalmatium nomine occisum memorat ab Unnis gentilibus. male ergo exscriptus, et expressus error, quem nolim Anastasii, sed oscitantis antiquarii.

Ibid. 19. *ῥῆγα. καὶ ἐστράτευσε κατὰ αὐτῶν ἅμα καὶ Γωδίλλαν διὰ γῆς ἀπὸ Ὀδυσσοπ.*] Barb. Peyr. etc. *una quoque in eos immisit terrestri itinere ab Odyssipoli Godillam*, etc. activa ubique significatione. *καθῃρέθησαν ὡς παιδεράσται εὑρεθέντες.* Reg. *depositi sunt cum masculorum libidinis rei deprehensi essent:* praecedente nimirum episcoporum iudicio, quorum est *τὸ καθαίρειν. depositio* etc.

272, 2. *καὶ ἐγένετο φόβος πολύς, καὶ ἀσφάλεια*] exciderunt interpreti. *hinc ingens incessit timor, magnaque deinceps cautio adhibita.*

273, 12. *εἰς τὸ λεγόμενον λίθαργον*] Barb. *λίθαργω* Reg. Peyr.

274, 2. *διαδεξάμενος Ὑπάτιον τὸν πατρικίου Σεκουνδίνου*] sic emend. liquet ex saepius repetitis de Hypatio Se-

Digitized by Google

cundini filio, imperatoribus Anastasio, et Iustino. *successorem dans Belissarium Hypatio Secundini patricii filio.* *Ἑρμογένης ὁ μάγιστρος ὁ Σκύθη.* Reg. vox omissa notatione digna, ut homo Scytha ita sapiens fuerit.

274, 13. *εἰρήνης τῷ Ἰουλίῳ*] Reg.

275, 3. *ἀνὰ τάλαντον τελούντων*] *cum singula talenta Romanis, ac Persis penderent.* obscurior interpres, ac velut unum utrisque penderetur talentum, quod et Theophanis toti sententiae adversatur, et iis quae tradit Procopius l. 1 de bello Persico.

276, 10. *καὶ φοβηθεὶς ἐπίστευσεν, καὶ ἀπέθανεν*] sic edita ex Regio, ex quo et emendatum in marg. in Peyr. at plane vitiose. quam enim haec habent, *timore correptus credidit, et interiit?* num enim fides sic gignitur, aut parit mortem? Barb. *ἐπίπισεν*, quod esset, levi velut aviculae sublato clamore, pipiens timore mortuus est. sic enim subito quis graviori metu perculsus, voce tremula faucibus erumpente, animam agat. Peyr. *ἐπίπησε*, sicque emendatum in Bar. utique ex Vatt. quid si *ἐπίπνησε*, *cecidit*, et *mortuus est?* nihil familiarius, quam ut metu corruens quis subito moriatur. nec aliud puto voluisse Theophan.

277, 2. *δέξασθαι αὐτούς*] Reg.

278, 8. *κοσμικαὶ δημοκρατίαι*] populares ubique tumultus, factionibus velut rerum potientibus, quarum summa licentia fuit imperatore Iustiniano.

Ibid. 11. *δεξάμενος βασιλεὺς ἐχάρη λίαν*] Barb. Peyr. etc. *gavisus est valde eum suscipiens.*

279, 8. *μὴ πλέον εὐτυχήσῃ*] *ne foelicius illi cedat;* nempe Calopodio, cuius occasione nata seditio.

Ibid. 19. *ἀδικοῦντί με*] sic omnes bene codd. excepto Reg. *μεθ᾽ ὅλων Μανιχαίων* Barb. sit deipara cum Manichaeis omnibus tanquam se illis Prasini accenseat, alioqui nulla esset execratio, a qua Mandator deterret.

280, 10. *ὡς ἐκέλευσεν ἄντλας*] *ut iussit antlas, in unum baptizor.* sic et Aleman. ut ubique sarcasmum sarcasmo excipiant. Buccard. et P. Goar acceperunt, ac si esset *ἄντλα· hauri, funde aquam.* aliud falsum magis; praesertim si vocem *ἄντλας* idem esse dicamus atque *ἀντλία* vel *ἄντλος*, quod est *sentina*; *nautea*, Plauto. sic vero accepisse praeconem, gravemque eo verbo iniuriam sibi irrogatam sensisse, seu magis imperatori quem referebat, indicat irae plena responsio, ac qua primum comminatur poenam capitis, cum bacte-

Digitized by Google

nus in verbis, et convitiis stetisset disceptatio. ἕκαστος σπεύδει ἀρχὴν κρατῆσαι ἵνα σωθῇ. Aleman. *quisque ambit imperium*, etc. imo unius sit imperium oportet, ut omnes securi vivant. *quisque saluti incipit consulere:* ut sit excusatio, tanquam coacti tumultuentur, impune in eos grassantibus Venetis, nec magistratu ulciscente; quin potius ipsos iniuriam patientes ad poenam deposcente. eo enim collineat tota fabula.

281, 7. ἄνες τὸ φονεύεσθαι] *a caedibus abstine*; sive etiam, caedes compesce; καὶ ἄφες, κολαζόμεθα *ac sine, punimur:* id est, poenam quam iure irroges, non detrectamus. sequentia ut haereant, ἴδε πηγὴ βρύουσα, καὶ ὅσους θέλεις κολάζε, ironia dicta velim, alludendo ad caedem ea die patratam ad Zeugma. *en fons scaturit; tu, quos lubet, plecte.* nulla caedis habita ratione, adhucque stillantis cruoris, pro libito poenas inflige. hoc enim est quod aiunt, neminem posse ferre. Sabbatius, quem nec fuisse precantur Prasini, pater est Iustiniani.

Ibid. 11. εἰκότως] Barb. Peyr. etc. *sic plane:* ut sic approbatio execrationis in Iustinianum iactatae. tum sequatur eius ratio: ἕκτος φόνος ἐστίν. *sexta caedes est*, etc. maiorem vim habet quod legit Aleman. εἰκοστὸς ἕκτος. *sexta supra vigesimam:* sed essent producendi codd. vitiosa sunt quae P. Goar repraesentat ex Reg. nisi ea ipsa sunt quae Aleman. levi literarum mutatione, quod et placet.

Ibid. 11. τῇ πρωῒ ἄς ἐθεώρησεν] *mane in theatro heu! spectator fuit, et vespere occisus est.* πότε οὐ σφάζεις. sic malim cum Aleman. *quandonam sine caede discedis? αὐτοὶ παρακαλοῦσι* accusant; quo sensu Plutarch. in Pericle.

282, 16. τὸ μισῶ] placet cum Aleman. τὸ μῦσος. *tantum scelus nec videre sustineo.* ὑπό τινων μαϊστόρων. Barb. Peyr. *a quibusdam magistris mechanicarum artium peritis.* maistres, artisans. eius vocis Meursius multa exempla adducit. post στρατιώτας adde ex Reg. et Barb. τοῦ φυλάττειν αὐτούς. *misit milites qui eos custodirent;* ex qua custodia orta seditio.

283, 18. καὶ τῶν Προτικτόρων] Reg. etc. εἰς τὸν Ἰουλιανοῦ. *ad Iuliani portum, quem Sophiae dicunt ad Probi aedes.* ὑπολαμβάνοντες ἀνοίξει.

285, 7. ὑπέσυρέν τινας] Reg. *pecuniis delinitos in partes imperatoris subduxit.* μετὰ τῆς αὐτῆς βοηθείας. bene Buccard. *eodem largitionum adminiculo;* quo scilicet in partes imp. aliquos iam Belissarius traxerat, ac turbas scindere coeperat; quas sic scissas facile fuit conficere.

Digitized by Google

287, 1. *Πρίσκος ὁ ὕπατος ἀπὸ νοταρίων*] melius esset, *ὁ ἀπὸ νοταρίων*: *imperatoris notarius. ὑπὸ Θεοδώρας.* Reg.

Ibid. 8. *ὁ Γογδεγίσκλου*] sic ubique scriptum in Reg.

Ibid. 18. *οἱ καὶ τῇ τοῦ θεοῦ χάριτι, καὶ πολλὰ κακά. τὴν Νουμιδίαν, καὶ τὸ Αὐράσιον ὄρος, οἳ οὐκέτι*] *qui non amplius Vandalorum ditionis fuerunt.* non bene interpr. *quorum dominium penes Vandalos nondum adhuc erat.* nam quomodo amisit, si necdum obtinuerat. sic bene infra de eodem monte Abrasio a Romanis recepto p. 175. *οὐκέτι τὸ Αὐράσιον ὄρος κατέλιπον. Abrasium montem non amplius deseruerunt.*

288, 11. *καὶ τὴν ἀδελφὴν δέδωκεν αὐτῷ*] Reg.

289, 14. *ἑπταετίαν βασιλεύσαντος.*

290, 1. *ὡς αὐτῷ*] Reg. *δεδιότες δὲ τοῦ κινδύνου.* locus iniuriose Belissario redditus, quasi eum ducem praefici peculiarius timerent, ac velut ipsum negotio imparem; non quisque metueret, ne sibi munus hoc committeretur tantae aleae. sic clarus Procop. *δεδιότες δὲ ἕκαστος. cum quisque periculi magnitudinem timeret, ne forte eum imper. exercitus ducem praeficeret.*

291, 13. *πέμψας στρατόν*] Reg. etc.

292, 3. *Σολώμονά τε τὸν στρατηγόν*] *αὐτῷ καὶ Προκόπιος*] Reg.

293, 18. *ἀπὸ τεσσάρων μονῶν*] Procop. *ἐν Ἑρμίονι τὴν διατρίβειν ἔχειν, ἣ ἔστιν ἐν Βυζακίῳ ἡμερῶν τεττάρων ὁδῷ τῆς ἠίονος διαφέρουσα. Gelimer Hermione moram trahebat, quae est agri Byzaceni, quattuor dierum itinere a mari distans;* ad quod erat Carthago. *τῆς τάφρου ὀρυττομένης.* Reg. Barb.

295, 20. *ἡ βασιλεία τῶν Οὐανδήλων.*

296, 7. *ἀποκτεῖναι· αὐτὸ δὲ τοὺς Οὐανδήλους.*

Ibid. 12. *ἄχρις ἂν αὐτοὺς κελεύσῃ*] Reg.

297, 5. *οὐδ' αὐτοῖς συνειλεγμένοις*] Barb. Peyr. *καὶ ἀνέσο οὖν*: contrario sensu interpreti redditum, *Decimum convolare,* etc. melius Buccard. *Carthagine Decimum venientes in metum, et fugam coniecerunt.* sic namque effraenis fuga belli socios solet afficere.

298, 6. *ἀλλοιώσας*] Reg. etc.

Ibid. 12. *Βελισσάριος δὲ τούς τε ἐπὶ Μηδείαν*] Reg.

300, 13. *οἰκίαν ἀσφαλίσαι*] Barb. Peyr.

Digitized by Google

301, 6. *αἰτήσασθαι τοὺς γεωργοὺς*] Reg.

302, 1. *οἱ καὶ περιπλακέντες, καὶ τὼ χεῖρε σφιγγέντες*] Reg. *manus stringentes, flebant:* sic fere silentio, quos nimius dolor opprimit.

Ibid. 19. *τῇ ὑστεραίᾳ.*

303, 19. *καταλαβὼν δὲ Βελισσάριος σὺν τοῖς πεζοῖς. τῇ δείλῃ πρὸς ὀψίαν ἄρας*] Reg. etc. ipseque Procop. *ἀμφὶ δείλην ὀψίαν ἄρας. veniens Bellissarius, cum sero hora tardiori movisset.*

304, 5. *ἐπὶ Νουμιδίαν.*

Ibid. 18. *ἐνενήκοντα πέντε*] vox ultima currenti calamo interp. omissa.

306, 1. *ἄνεφθα ἐσθίουσι*] non cocta, aut subacta. apud Cedr. *ἑφθά:* redditque Xyland. *elixa.* verum id antiquarii manus vitio. Procop. *οὔτε ἕψοντες, οὔτε εἰς ἄλευρα ἢ ἄλφιτα ἄγοντες, οὐδὲν ἀλλοιότερον ἢ τὰ ἄλλα ζῶα ἐσθίουσι. neque coquentes, neque in farinam commolientes, perinde ac reliqua animalia comedunt.* sic etiamnum Africana mancipia, frumento, quod Turcicum vocant, nec cocto, nec subacto; quandoque solum leviter ad ignem asso, lubentissimi vescuntur, eoque penuriam sustentant.

307, 12. *Κῦρος ἐκαλεῖτο*] Reg.

308, 7. *ἐν τούτοις ὁ Οὐανδαλικός*] Reg. interpolatus hic textus sic componendus ex Procopio. *ὁ δὲ Βελισσάριος οὐ γὰρ ἔλαθον αὐτὸν οἱ ἄρχοντες οἱ τὴν τυραννίδα ἐπενεγκόντες· εἰς Βυζάντιον.*

309, 1. *ἐπεὶ τι βαρβαρικὸν ἔθνος*] Barb. Peyr. *barbara aliqua natione devicta. ἐν μέσῃ τῇ πόλει. οὐ τῷ παλαιῷ μέντοι τρόπῳ.* Reg. ut et apud Procopium. *non tamen antiquo more* (ut scilicet curru vectus procederet) *sed pedes accedens.* Anastasius quoque hic lapsus est.

Ibid. 5. *ἱπποδρόμιον*] Reg.

Ibid. 13. *ἅπερ ὁ Οὐεσπασιανοῦ Τῖτος*] Barb. uti etiam Anast. *Vespasiani filius Titus captis Hierosolymis*, etc. *οὐκ ἐπαύσατο βοῶν.* Reg.

310, 7. *χρήματα ἱκανά*] Reg. etc. *εἰς πατρικίου δὲ τάξιν.* Reg. *μετὰ τῶν θριάμβων ὑπάτευσεν· triumphans consulare munus impertiit:* largitionem in populum fecit. *οὓς Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ἐκ τῆς Φοινίκων.*

Ibid. 19. *ἐν ὑστέρῳ καιρῷ*] Reg. bene. *ἔχοντες βασιλέα Ἀσκληπέα, ὃν Ἡρακλείου βασιλέως τῆς γῆς υἱὸν ἔφασκον*

Digitized by Google

εἶναι. sic Reg. editis auctiora. atqui non Aesculapius, sed Antaeus terrae ille filius est, quem Hercules palaestra superavit. male haec breviata ex Procopio l. 2 Vandal. ubi ille. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Ἀνταῖον τῶν αὐτῶν βασιλέα, ὃς ἐν Κλιπέᾳ Ἡρακλεῖ ἐπάλαισε, τῆς γῆς υἱὸν ἔφασκον εἶναι. *indeque Antaeum ipsorum regem, qui Clipeae cum Hercule lucta contendit, terrae filium dixerunt esse.* quin neque Procopii interpres reddidit, τὸ ἐν Κλιπέᾳ, quod proprium esse liquet, et nomen urbis minoris Africae Ptolemaeo. reliqua, ut historiae constet series, videnda in Procopio, ut de fundatione Carthaginis, quam non isti indigenae, sed advena condidit Dido.

311, 11. post vocem ἐνθέμενοι, lacunam esse suadet tum series orationis, tum Procopii textus, ex quo haec breviata. narranda enim causa cur Salomoni, ac reliquis Romanis, equis desiliendum fuerit; iis nimirum territis tum Maurusiorum clamore, tum camelorum, quos illi muri instar obiecerant, aspectu.

313, 7. ὑπὸ πάθους τὰ γεννητικά.

Ibid. 13. τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ. ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ] Reg.

Ibid. 19. Οὐανδήλων τὰς γυναῖκας. Μαρτίνου δορυφόρον] Barb. Peyr.

315, 6. ἐφ' ᾧ τοῦ βασιλέως ἄρχοντας] Reg. *sub quo imperatoris magistratibus fugatis.* Τζότζας δὲ ταῦτα. ὑπασπιστῶν, καὶ τὸν Σολομῶνα ἐπαγόμενος. sic Procop. *cum ducentis a se delectis Solomonem adducens.* ubi hic στρατιῶται, Procopius saepius στασιῶται: quin et ipse in sequentibus Theophanes, ut p. 181. Ἰωάννης ὁ τῶν στασιωτῶν ἀρχῶν: *Ioannes rebellium dux*: p. 178. Ἰωάννης τύραννος σὺν τοῖς στασιώταις. Barb. p. 182. στασιωτῶν οἰκίαι: *rebellium domus*; estque ea vox uti expressior, sic commodior.

318, 3. ἐν τῷ θορύβῳ τούτῳ διαφυγεῖν ἰσχύσας] Reg. *qui eius turbationis occasione effugere quiverit*: dum nempe Germani satellites, illius periculi alea destineret.

Ibid. 17. τρισκαιδέκατον δὲ ἔτος ἦν τοῦτο τῆς Ἰουστινιανοῦ βασιλείας] haec parenthesi; tum sequitur: παρασχόμενος αὐτῷ. Reg.

319, 11. ἄνδρα ἀγαθὸν εἰς τὰ πολέμια] Barb. *virum bello strenuum.* οἱ δὲ βάρβαροι: εἰς τοῦ Αὐρασίου ὄρους πρόποδα. Barb.

320, 4. ἔνθα ἡ Ἡανδᾶς] male editus articulus foemi-

Digitized by Google

ninus, cum viri, ac ducis nomen sit. εἰς τὸ τοῦ Αὐρασίου ὄρους ὕψος.

Ibid. 16. ποιούμενοι τὸ γινόμενον.

321, 2. ἐπὶ τοὺς πολεμίους] τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον.

322, 3. ἐγγὺς τόπου ἐγεγόνει] Reg. *adrependo propius ad locum accessit.* τὰς γυναῖκας, τά τε χρήματα.

Ibid. 18. ἄρχειν Λιβύῃ] malim Λιβύης. Τριπόλεως δέ.

323, 6. τούτους δὲ ἐπ' ἄριστον καλέσας, ἅπαντας ἔκτεινε] priores scilicet 80 seniores quos in urbem induxerat; non reliquos foris relictos, quod sonare videtur quod redditum est. paulo post, *Pudentius vesano terrore correptus;* pro, *Sergius*: iam enim Pudentii mors narrata.

Ibid. 14. illud Μαυρούσιοι ἀπέλιπον quod et ita redditum est, *Tripolitana regione a Maurusiis derelicta*; emenda, Μαυρουσίοις ἀπέλιπον: *Tripolitanam totam regionem Maurusiis reliquerunt;* nempe Sergius, ac cum eo Carthaginem fugientes cladi superstites Romani. διό τι τὸν ἀδελφόν. Reg.

325, 5. βιαίαν ἐπαγωγὴν] Reg. etc. *iniuriam, violentum imperium non ferentes.*

326, 8. οὐδὲ Σέργιον μετεπέμπετο] Reg. etc.

Ibid. 18. ἀμφότεροι τῶν στρατοπέδων ἐξελθόντες.

327, 15. Νουμιδίων μὲν Κουντζίνας καὶ Ἰαβδάς] Reg. in eodem saepius Γονθάριος, et Γοντάρις.

328, 7. ὅπως αὐτὸς τὸν Ἀρεόβινδον ἀνέλῃ] Reg. ipse Antalas, ut sequentia ostendunt, prodente Gotthari. ubique scriptum in Reg. Οὐλίθεος.

Ibid. 16. ὑπαντήσαντος ὡς θρασυνόμενοι] Reg. Barb. etc. προδότην αὐτὸν γενέσθαι. πρός τε ἀλλήλους. Procop. *in se invicem infidi, inque universos.*

329, 17. εἰ μὴ χειμὼν μεταξὺ ἐπιγενόμενος] malim, *tempestas;* ventorum ac pluviae vi subito exorta aëris intemperies, ac qua iam navim ingresso Areobindo mare importunum redditum est. non enim hyems sic repente appetit. ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν ὁμοῦ σὺν πᾶσι τοῖς αὐτῷ ἑπομένοις. Reg.

332, 6. Λιβύη ἀποστατήσασα] Reg. *cum iterum defecerit.* εἰ καὶ ὅτι εὐγενὴς ὤν. *num cum sis nobilis.* νέου γάρ σου ὄντος. Reg.

335, 15. οἷς Ἰωάννης ἀπαντήσας] Reg.

Digitized by Google

336, 19. *βοώντων ἐλεηθῆναι*] Reg. *καὶ λόγος τοῦ θεοῦ.*

337, 16. de Agapeto male interpres, *annum unum tenuit pontificatum.* nihil hic Theophanes de sedis Agapeti tempore, qui iam in laterculis duos illi annos assignaverat. de Silvestro autem, seu Silverio addit, *ζήσας ἔτος ἕν. qui vixit uno anno.*

338, 17. *ἀντ' αὐτοῦ Κωνσταντῖνος.*

339, 4. post *Βουλγάρεις* statim omissum: *καὶ ὡς ὑπὸ κόπους ὄντες οἱ στρατηλάται, δέδωκαν αὐτοῖς τὰ νῶτα, καὶ κατεδίωξαν αὐτοὺς οἱ Βουλγάρεις.* Reg. Barb. etc. *duces tanquam fessi a labore eis terga verterunt, illosque Bulgari insecuti sunt*; in qua fuga in huiusmodi paratos socos inciderunt. videntur illi pedicae genus, ac laquei. nostra praedicatorum instituta d. 1 c. 10 socos permittunt; quid tamen soci illi sint nos latet modo.

341, 12. *ὅτι τὸ σὺν τῇ ἀρετῇ. εἰς Εὔρωπον τὸ χωρίον*] Reg.

Ibid. 20. *στρατοπεδεύεσθαι.*

342, 16. *τοῦ τε πεδίου ἐπιπλεῖστον*] locum mendosum, sanum exhibet Cedrenus, quicquid Buccardus nihili putet Cedreno dicta. *μὴ εἰς τὸ πεδίον ἐπὶ πλεῖστον ὡς διακονοῦντας ἵστασθαι, οὐδ' εἰς ἕνα τόπον· ἀλλὰ βαδίζειν εἱλισσομένους ὡς κυνηγετοῦντας, καὶ παρέργως τὸ δοκεῖν τὸν Χοσρόου πρεσβευτὴν βλέπειν. iussit selectos variis ex gentibus milites ad tentorii utrumque latus adesse; non tamen diutius in campo ministrantium more, unove loco consistere; sed hinc inde circumvagantes tanquam venarentur, incedere, ac Chosrois legatum velut aliud agentes, ac neglectu quodam aspicere.* erant certe haec quae legato terrorem iniicerent, cui alias Romanorum copiae quantae essent, minime exploratum esset. *ὁ δὲ Ἀβανδάνης. τούτου τοὺς λόγους.*

343, 11. legendum plane, *οὐ πώποτε εἶδεν· ὧν τὴν εὐκοσμίαν.*

344, 5. *συντόμως ἥκειν διεβεβαιοῦτο.* Reg.

345, 1. *Σέβηρος ὁ δυσσεβής*] isthaec velut parenthesi clausa legenda sint; ut velit Theophanes indicare auctores schismatis, ac dare rationem, cur haeretici alii Theodosium, alii Gainam elegerint in episcopum Alexandriae, in fugam referens, ac dissidium Severi, et Iuliani; non quae anno hoc contigerint, sed quae diu ante Dioscoro iuniore Alexandriae episcopo.

346, 4. *συνέβη πολεμῆσαι ἀλλήλοις*] ex voce *ἀλλήλοις*

Digitized by Google

male omissa, quam omnes codd. agnoscunt, totaque serie, necnon Cedr. liquet aliquid desiderari, ut scripserit Theophanes, *πολεμῆσαι ἀλλήλοις τὸν βασιλέα τῶν Ἐξουμιτῶν Ἰνδων, καὶ τῶν Ὁμηριτῶν Ἰουδαίων.* Homeritas enim Iudaeos fuisse, eoque nomine Romanis infensos, a quibus, utpote Christianis quererentur se vexari, atque occidi; ut idcirco mercatores Romanos ad Exumitas per eorum regionem proficiscentes ipsi occiderint, ipse habet Theophanes, exque eo Cedr. adeoque sequenti statim linea forte error alius est: ubi enim *ὁ τῶν Ἐξουμιτῶν βασιλεύς*, scribendum videatur, *ὁ τῶν Ὁμηριτῶν*, qui nimirum interiorem Aegyptum colens, et *Ἰουδαΐζων*, *addictus Iudaeorum sectae*, Christianorum Romanorum cum Indis et Aethiopibus illo ulterioribus commercia eum in modum sustulerat.

347, 20. *κωμοδρόμος*] Barb. *ἐποίει θαύματα.* Barb. Peyr. etc.

348, 6. *καὶ ἔπτερνεν*] Reg. *pede, ac calcaneo effodiens tollebat.*

349, 12. *ὡς ἐπαρθέντα*] nihil mirum aut Anastasium pro sedis apostolicae reverentia subticuisse hanc vocem, aut Theophanem, S. Nicephorum, aliosque Graecos infensiores tribus capitulis, ob quorum negotium Vigilius papa Menam a communione removerat, ut illorum condemnationi instantem, eam protulisse. nota eius vis, frustraque detorquet P. Goar, ut ea auctor Vigilium uti imperatoris favore abusum sugillare noluerit. motum sacris diptychis eius nomen, seu potius Menae patriarchae nomini subiectum contra Rom. sedis iura habes anno Iustiniani 25, tumque suo ordini restitutum, cum is forte manus dedit adversus tria capitula, seque indulgentiorem erga Menam, atque alios Orientales proscribere volentes, in Iustiniani gratiam exhibuit. Verane sit 5 synodi confirmatio eius nomine, quam illustrissimus archiepiscopus Tolosanus vir doctissimus, proque sua humanitate amicissimus, ante annos aliquot ex Regia bibliotheca produxit, non est huius loci disputare. haud certe Theophanes aliquid favet.

350, 10. *ἀνεῖλον πολλοὺς ἐξ αὐτῶν· καὶ ἐπνίγησαν φεύγοντες πολλοί· ἄλλοι δὲ καὶ ἐσφάγησαν*] Cedr. *ἀνεῖλε.* quod et melius: *multos occidit:* pro *ἐπνίγησαν.* Barb. *ἐπλήγησαν; fugientes vulnerati sunt*; ac quadrat sequens membrum; *alii autem etiam necati.* quod hic redditum, *mari submersi*, nihil ad rem: nulla enim hic maris, aut aquae mentio; facileque fuit, conferta adeo multitudine, inter circi

Digitized by Google

angustias, strictosque gladios in fugam effusos, multos suffocari.

351, 3. *τοῦ Ξηρολόφου κίονος ἀποπεταλλωθῆναι μέρος· καὶ ἡ κεφαλὴ ἡγεγλυμ.*] sic clare Reg. ac emendate. *τῶν Πάρδου· ἀπὸ τοῦ Χάλκου Τετραπύλου, ἕως τῆς λεγομένης τὰ Ἐλευσίας.* Reg. Cedr. etc.

352, 2. *ἐν δειλινῆς*] Buccard. *ἐκ δειλ.* probat: ego, *ἐν δειλινοῖς.*

354, 7. *ἐπὶ σεκρέτου*] Anastasius cum reddat, *coram senatu*, legerit, *ἐπὶ συγκλήτου*: *senatu assidente, remque spectante*, quod et aptius sit. Buccardi coniectura ut legendum sit, *ἐπισκιρτοῦντος*, ut dicat auctor proiectas eiusmodi Totilae vestes ad pedes Iustiniani velut *insilientis*, ac fastu conculcantis, nihil ad rem, aut e decoro. *τὸ σέκρετον*, cubiculum in palatio, quo ita vestes eiusmodi triumphi quadam specie illatae sint, ac proiectae, spectantibus viris aulae primariis.

354, 16. *πολλῶν κινηθέντων*] *multis ultro citroque quaesitis*; ut fieri solet cum quis alium in suam sententiam trahere conatur. Anast. *multis motis*; nec bene novus interpr. *multis tumultuantibus.*

355, 5. *προσεδρεύοντες. πάλιν τῷ χρόνῳ τούτῳ*] *iterum hoc anno ad Romanos accesserunt*; cum scilicet ante defecissent, non ut intra eundem annum ambo haec contigerint, ut sonant verba interpr. videndus Procop. l. 2 Pers. ubi illam defectionem narrat, quamque male eo anno res Romanis cesserint Belissario duce, ac proditore Aretha Saraceno.

Ibid. 18. *τῆς πόρτης τοῦ Ῥουσίου*] Cedr. *τῆς Χρυσῆς πόρτης. ἐν τῷ πραιτωρίῳ.* vox omissa interpreti.

356, 9. *ἐφούρκισεν*] *suspendio necavit:* apud Cedr. est, *ἐφούλκισεν*; vitiosiusque Regia edit. *ἐφύλκισεν.*

Ibid. 15. *ἀνέσκαψαν τὸν ὕπαρχον*] *diris devoverunt, ac officio movendum conclamarunt*; velut cuius culpa deesset urbi commeatus. vox est in eiusmodi auctore familiarissima, nec bene hic reddita, *praefecti domum everterunt.* res tota in circo gesta, ubi eidem praefecto iniuncta in eos qui tumultuati essent, animadversio; non quia eius everterant domum, sed quia sub conspectum Persarum *κατέκραζον αὐτῷ*; ita in eum, atque adeo imperatorem, vociferati erant. *Εὐθηνία ἦν. Ἀνθίμος.* Reg. etc.

357, 14. *μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ιθ' ἡμέρᾳ ς'*] male haec expressa ex Reg. altero numero diei hebdomadae cum numero

Digitized by Google

diei mensis confuso. *mensis Octobris die decima nona, hebdomadae die sexta.* quomodo etiam bene expressum pag. 197.

Ibid. 18. κατέπεσον δὲ ἐν Ἐξαιρέτῳ αἱ ἐκκλησίαι] vix adduci possim, ut cum interprete loci proprium existimem, malimque, *praesertim ecclesiae;* quarum subinde ruinas percenset. sic et Cedr. ἐκκλησίαι πολλαί: *corruerunt multae ecclesiae.* certe ad bonae grammaticae leges scribendum erat, αἱ ἐν Ἑξαιρέτῳ ἐκκλησίαι, ut et paulo inferius.

358, 5. αἱ οὖσαι ἐν τῷ Ῥηγίῳ] *ecclesiae existentes in Rhegio.* cuique tamen quod velit liberum.

358, 8. ἔπεσε δὲ καὶ ἡ ἐκκλησία.

Ibid. 11. καταληφθέντες ὑπὸ τῶν συμπτωμάτων] *ruinis involuti, post duos tresve dies servati sunt;* inde nimirum, exque ruderibus effossi. μετὰ φιλανθρωπίας. vox hic obscura; habet tamen Cedr. etsi imperitae manus vitio exscriptum apud eum, φιλανίας. Anast. *post decem misericordias dei.* ex verbis tamen sequentibus, φιλανθρωπίας δὲ γενομένης, quae et eadem dixerat p. 194, liquet accipi hic pro cessatione a terraemotu; ut significet fuisse concussam terram ad dies decem, at non continua agitatione, sed ut quandoque per moras dei benignitas aliqua eluceret, ac motus tantisper sisteretur.

359, 2. εἰς τὰ ιθ' ἀκούβητα] Reg. etc. Cedr. τοῦ δωδεκαημέρου κλητόρια. *convivia duodecim dierum spatio circa Christi natalem agitari solita.*

360, 3. ὡς ὅτι περ] Reg.

361, 13. πιάζειν ἐξ αὐτῶν τινας] Reg. *insequi, ac capere.*

362, 4. ὅθεν οἱ βάρβαροι εἰσῆλθον] *qua parte collapsis muris barbari ingressi fuerant;* quos iam Belissarius inde amoverat. ἀπαντῆσαι τοῖς βαρβάροις περνοῦσι. Reg.

363, 4. καὶ περὶ ὥραν τρίτην. ὅτι ὑγίανεν ὁ βασιλεύς] obscurius redditum: *pro salute imperatoris.* melius Anast. *quoniam sanus factus est imperator:* seu, gaudio redditae illi sanitatis. Reg.

364, 3. ἕως τῶν Προβου.

365, 1. πολλοὶ δὲ καὶ ἐπληγώθησαν. ὧδε Πράσινος οὐ φαίνεται] Reg. *nusquam hic Prasini.*

Ibid. 11. οἱ δὲ ἐξηλήσαντες Πράσινοι] Reg. τῆς Χριστοῦ γέννης. Reg.

367, 10. τοῦ φονεῦσαι τὸν βασιλέα. Σέργιος ὁ ἀνεψιός.

Digitized by Google

368, 11. *καὶ ἐξετάσαντες. πολλοὶ δὲ καὶ φυγῇ ἐχρήσαντο. καὶ τῇ δὲ ε'*] Reg. etc.

Ibid. 19. *Σιλέντιον, ἐνέγκας*] Barb. Peyr. etc. *ἐβαρύνθη.* Peyr.

369, 14. *Μαυριτιάνων*] Reg. melius *Μαυριτάνων*, ut in sequentibus.

371, 1. *τοῦ τῶν βαρβάρων ἔθνους*] Reg.

Ibid. 14. *τῶν Ῥούφου.*

372, 3. *καθαιρεθεὶς ἐξωρίσθη*] chronicon Alexandrinum Iustiniani obitum paulo aliter consignat: *ιδ' τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ιε'. 14 Novembris, indictione* 15.

Ibid. 19. adiecta vox post *ἐνεθρόνισαν*, quae est Regii codicis, superflua videtur, maleque a librario supposita alterius vice, quae in eo desideratur. de Dorotheo enim sermo est, quem occulte ordinatum a Theodosianis, iidem simul adiunctis Gaianitis in sedem evexerint, non iterum ordinaverint. sequentia sic essent digerenda. *Ἰωάννην δέ τινα μοναχὸν οἱ Γαϊανῖται δόλον. putantes Gaianitae, Ioannem quendam monachum adversus se dolos commentum esse* (puta eam ab eis factam Elpidii ordinationem apud imperatorem traducendo) *illius qui abbas esset, barbam cum pelle, et carne avulserunt:* additque Anastasius, ea in re haereticos gentiles exaequasse; quae a Graecis Theophanis videntur excidisse.

373, 8. *εἶχεν δὲ καὶ γυναῖκα. τοὺς ἁγίους ἀποστόλους*] Reg.

Ibid. 18. *καὶ Ἄβδιος*] Reg. etc. *καὶ γνωσθέντες ἀπέθανον. Εὐστόχιον μοναχὸν ὄντα μέγαν.* Reg. *Eustochium virum inter monachos praecipuum, tumque Alexandriae oeconomum.*

374, 7. *ἐπίσκοπος Ἱεροσολύμων*] Reg. etc.

Ibid. 9. *μεταστειλαμένη*] res paulo obscurius narrata, velut solum Augusta debitorum syngraphas, pignoraque receperit, ac iis lectis pignora debitoribus dominisque reddiderit, non etiam de suo alienum aes refuderit. clarius Zonaras: *diligenter perquisitis omnibus foeneratoribus, et ex aere alieno quid eis sive ex syngraphis, sive ex pignoribus positis, deberetur, κατέβαλε μὲν αὐτοῖς τὰ δάνεια οἴκοθεν· ἔλαβέ τε τὰ ἐνέχυρα· τὰ δὲ ἔγγραφα ἐξηφάνισε: debita de suo dissolvit, pignoraque atque syngraphas recepit; ac pignora quidem dominis restituit, syngraphas abolevit.*

375, 18. sic disting. *quae pariter eius erat suburbanum, aliud erexit*; nempe palatium. *ἀποκατέστησεν δὲ καὶ τό.*

Digitized by Google

376, 10. *εἰς ὃν καὶ ἐλοιδορεῖτο*] Reg.

377, 10. *εἰς τὰς ψύας αὐτοῦ*] Reg. *ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν*. Peyr.

378, 3. *δεξάμενος δὲ τὴν τοῦ.*

Ibid. 10. *τὴν πραγματείαν ποιεῖσθαι*] Reg. *ἐπὶ τὴν Περσικὴν χώραν.*

Ibid. 18. *ἐγένετο δὲ καὶ ἄλλη*] Reg. *κατ' ἐκεῖνο καιροῦ.* Barb. *πρὸς Ἰουστῖνον προσχώρησιν.* Barb.

379, 10. *Μαρτῖνον τὸν πατρίκιον*] Reg.

Ibid. 16. *γροθιζόμενον ἐξαγαγεῖν*] *pugnis extrudere coram senatu*; qua de iniuria postmodum quaeritur. *τῶν κουβικουλαρίων.*

380, 3. *ἀπὸ ζάκος εἰς ζάκα*] Barb. Peyr. Anast. *superiora praesepium loca.* *καὶ ὡς βασιλέα.* *καὶ ἐδείκνυε αὐτῷ.* Reg.

381, 3. *τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις.*

Ibid. 9. *ὁ δὲ αὐτοκράτωρ Ἰούστινος ἐπὶ τοῖς πραττομένοις*] Reg. *Τιβέριον τὸν κόμητα.* *ἔν τε ταῖς ἱπποῦ.* Reg. etc.

382, 1. *τοῦ Οὐάλεντος, καὶ ἐχορήγησε*] omissum festinanti calamo: *aquarum copiam subministravit.* *ὁ βασιλεύς, τοῖς Χαλκοπρ.* *ὁ ἐπίσκοπος ΚΠ.* Reg.

Ibid. 16. *ὁ ἀγαθήνας σε*] Cedr. *ἀγαθὸν ποιήσας.* *qui te bonum fecit.* Anast. *qui bene fecit:* vox est Dionysiana, divinae in nos bonitatis derivationem significans. *τὴν μητέρα σοῦ.* Augustam, eius filius adoptione Iustini. *καὶ γὰρ πταιστὴς ἐγενόμην.* Reg. etc.

383, 8. *καὶ τίς ἐγενόμην*] *qualis factus sim*; non, *natus.* *προετίμησά σε τῶν σπλάγχνων.* *fratri ac reliquae familiae praetuli.*

Ibid. 16. post *ἔφη αὐτῷ* non bene forsan adiectum, *ὁ βασιλεύς*, tanquam et haec Iustinus loquatur. videantur enim ex miscella, et Anast. totaque serie Tiberii verba, ita modestia loquentis, *ἐὰν θέλεις, εἰμί.* *ἐὰν οὐ θέλεις.* *si vis, ero, nisi volueris, non ero:* id est, sola voluntate tua imperium capesso: tum sequatur. *ὁ βασιλεύς· ὁ θεὸς ὁ ποιήσας.* *infit Iustinus, deus qui*, etc. habet tamen Theophylact. l. 3 c. 11, ut est hic editum. male omissa negatio; ac pene in Regio, nescio cuius ausu, expuncta. Theophyl. *ἐὰν μὴ θέλεις, οὐκ εἰμί.*

384, 8. *καὶ αὐτὸς Θρᾷξ.*

Digitized by Google

384, 9. ἴδω, ἴδω] Cedr. ἴδωμεν, ἴδωμεν. ἥ τις ὀνομάζεται ἐκκλησία; interrogatione leg. ut tum sequatur responsio. ὁμώνυμος: *eiusdem nominis cum illa est Augusta.* τοῦ βῆκας. Anast. et interpr. *tu vincas:* malim βῖβας, *tu vivas*, quod ita Cedrenus expressit, *Ἀναστασίας Αὐγούστης πολλὰ τὰ ἔτη. vivat Anastasia Augusta in multos annos.* quadrat certe haec exclamatio in foeminam, non illa. nec forte alia fuit in Iustinianum celebri illa seditione factionum. familiarissima in reges exclamatio in veteri ipso instrumento cum ipsa regum institutione expressa, etiamnumque usu tritissima, *vivat rex.* ἀκούσασα δὲ Σοφία, ἥ τοῦ. Reg. *audiens Sophia,* etc.

385, 18. ἐφ' ὃ χρόνον τετραετῆ, legend. τριετῆ, quod et Peyr. habet. videndus Menander de legat. lib. 6, ubi de his induciis Romanos inter et Persas per Orientem ad triennium, cum Persarum rex quinquennales vellet, Tiberius solum biennales; satis id ratus temporis ad instruendas copias quibus Persarum regi obniti posset. quod sequitur, τὸν δὲ πόλεμον τῆς Ἀρμενίας συστήσασθαι, palam est, *in Armeniacum bellum totos incumbere*; sive, totam belli molem in Armeniam transferre: in qua res male a Romanis gestas occupante regis Persarum diligentia, prosequitur laudatus Menander, ex quo haec illustranda. sunt haec eius verba. *ἐπεὶ οὖν ἀνακωχὴ ἐγεγόνει ἄνα τὴν ἕω, μετηνένεκτο δὲ ἅπας ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ὁ θόρυβος, ἦρος ἀρχομένου συνέστη πόλεμος. postquam belli cessatio ad tempus rata per Orientem fuit, omni motu in Armeniam translato, ineunte vere bellum conflatum est.* en τό, συνίστασθαι πόλεμον, quod interpr. contrario sensu accepit. τὸν πόλεμον ἀντουργεῖν. *audiens ipsummet Persarum regem ad bellum processurum.* etiam Anast. et Xyl. nihilque ad rem interpr. aut ex auctoris mente, *ad bellum revocandum propria sponte procedere.* καὶ τὸ τῶν Περσῶν τοῦλδον: pro quo Simocata l. 2 c. 4. τὴν ἀποσκευὴν ἐχειρώσατο, *impedimenta, militarem apparatum obtinuit.* sic semel et iterum p. 221 etc. in superioribus τὸ στρατόπεδον non raro dictum invenias, ἔκλυτος γέγονεν. Anast. *expeditus effectus est*; nec displicet; statim enim scribitur animos exercitui addidisse, ac strenue ad pugnam eduxisse: non ergo ea vis huius vocis hoc loco quam expressit interpr. *animo concidit*; nisi ita statim perculsus, saniori postmodum emersit iudicio.

386, 16. τὰ ἐπίσημα ἐκεῖνα] Cedr. ἐξ ὧν τὰ ἐπίσημα. *ex quibus, ea quae erant insigniora,* etc. non solos elephantos, ut sonant interpretis verba.

Digitized by Google

387, 4. *ἐν Πέρσιδι παρεχείμασαν*] sic et Cedr. *hiberna habuerunt in Perside:* non, *per omnem dispersi Persiam*, ut est redditum. incautius hoc, nec minimum auctori insinuatum,

Ibid. 13. *ἀγοράσας σώματα ἐθνικῶν*] *coëmens robustos barbaros*; non placet quod aliis redditum, *mancipia*; nec enim ii huiusmodi videtur, ex quibus praetorianae turmae supplementum acceperint. omissa vox *δέκα* in Reg. ac maior numerus, quem Cedr. representat. *πολιτείας τε*, nusquam hoc sensu apud Theophanem ea vox, legendumque puto, *πόλεις τε*.

388, 2. *ἐθριάμβευσε Τιβέριος τὰς νίκας Μαυρικίου*] *Tiberius Mauricii victorias triumphi honore prosecutus est.* sic bene Buccard.

Ibid. 10. *δι' ἐπαναγνωστικοῦ*] sic et Anast. *per epanagnosticum:* commonitorio scripto usus, ac relegentis opera.

389, 11. *ᾔτησε δέ*] Cedr. ista omnia plurali effert, *ᾔτησαν*.

Ibid. 20. *ὑπὸ τὸν Ἰλλυρικόν*] Reg.

391, 7. *ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκά*] Reg.

392, 1. *καταλαβὼν τὴν Ἀρσάνην*] Simoc. l. 1 c. 14. *Ἀρσανηνὴν χώραν*, *Arsanenem regionem vocat*, multisque in ea expeditionem narrat.

Ibid. 16. *τὸ Ἄρζαβον*] male Anast. et interpr. Anazarbum, quae est Iustinopolis. est fluvius *Ἀρζαμὼν* Simocattae dictus lib. 2 c. 1 et 2. ipse Reg. cod. *τὸ Ἄρζαμον* magis habet, ut sunt vicini in eo characteres *μ* et *β*. *ἐπὶ τούτοις. ἐκ ξύλου τέ, καί.*

393, 6. *ὅπως ἡ μισοπόνηρος*] scripserit plane auctor, *μήπως ἡ*. Anast. *ne iustitia dei, quae malum odit*, etc.

395, 1. *κατασκοπῇ τῶν βαρβάρων. εἰς τὴν Βαβυλωνίαν εἰσβάλλει*] Reg.

396, 2. *τήν τε Ῥατιάρναν*] Fabrotius ad Anastasium, *Teratiarnam*, non bene: ipse Anast. *subvertens Ratiarnam.*

Ibid. 12. *δορυφόρῳ διασώζειν ἐδίδου*] Simocatta lib. 2 cap. 10. *ἀποίσειν τε ὑπασπιστῇ ἐδίδου τινί, ὡς μὴ ὤφελε· τούτων γὰρ ἀφαιροῦνται τὴν προνομὴν ἐναθροισθέντες οἱ βάρβαροι.* *spolia cuidam satelliti, seu armigero avehenda committit, quod utinam ne fecisset: nam barbari facto cuneo praedam illi abstulerunt.*

Digitized by Google

397, 3. *καὶ οὐδέ τινος δεόμενος ὑποθήκης*] foede haec depravata ex Theoph. emenda. l. 2 c. 11. *σκαιοῦ τινὸς δαίμονος ὑποθήκαις οὐκ ἀνέστρεψεν. mali cuiusdam daemonis instinctu.* velut execratione id dictum in fortissimum ducem, qui sic incautus in hostium venisset manus.

Ibid. 17. *τὸν φόρτον διαστρέψαντος.*

398, 7. *τὴν Ἀπειρίαν πάλιν παρεκάθισε*] leg. plane *πόλιν*, uti legit Anastasius, *Apiriam civitatem obsedit;* neque enim alias narrata illius urbis obsidio, aut Simocat. l. 2. c. 15 et 16 aliquid eiusmodi indicat, ex quo haec breviata. *τὰ πλήθη ἀνέπειθεν.* Reg.

398, 17. *τὴν πόλιν παρέλαβε*] *urbem cepit.*

399, 14. *πρὸς τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεχείρησεν*] Anast. *ad machinamentum conatus est.* pulchre Theophyl. ultimo libri 2 c. mutuam illum struem, ac machinamentum describit Romani, et Persae; alterius invadentis, alterius tutantis; cuius tandem caput Romanus Heros abstulerit, suisque ex arce proiecerit. *ὑπατεύσας τὴν κεφαλήν:* Anast. *Romanis caput praebens:* Simoc. *τοῖς πολιορκοῦσιν ἀπέπεμπε:* gratum scilicet munus, ac quale nec ullum consulare, excitandae commilitonum alacritati missum.

Ibid. 18. *διὰ τῶν πασσάλων. τὸ φρούριον παρέδωκαν*] Anast. sine dubio legit, quod deesse interpr. notavit, *τὸ, πυρί*, cum reddit, *igni prodito castro.* at Theophylactus ad finem secundi illius libri longe aliter; *σκοποὺς περιβάλλοντες τῷ ὀχυρώματι:* cuius interpr. *praesidium illic relinquunt:* adeoquè scripserit Theophanes, *φυλάττειν παρέδωκαν*, vel quid eiusmodi. nec vero arx sic valida, qualem ipse describit, sic facile erat succendenda, non magis Romanis vindicanda.

400, 12. *διὰ τὸ τῆς στρατιᾶς ἀποπαύεσθαι*] legit Anast. *διὰ τοῦτο τῆς στρατηγίας ἀναπαύεται*, dum reddit, *ideoque praetura deponitur*; nec aliter Theophyl. initio lib. 3 insinuat. sic fere principes, nisi morem in omnibus geras, quicquid eos demerueris, eorumque rebus vel non parendo consulas.

401, 11. *αὐτοῖς ἀποστερεῖν*] Reg. etc. *τὰς πόλεις σκυλεύειν.* Barb. *Γερμανὸς τοῦτο πολλῇ.* Reg. *ὅρκοις κατησφ.*

402, 3. *οἱ δὲ βαρβαροὶ ταῖς βαρβαρικαῖς*] plano errore ex Reg. exscriptum, ac emendandum *ταῖς Ῥωμαϊκαῖς*, ut et legit Anast. *barbari Romanis calamitatibus delectabantur.* Simocat. quoque lib. 3 c. *τὸ δὲ Περσικὸν Ῥωμαϊκαῖς συμφοραῖς ἐντρυφῶν, τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ περιεκέχυτο. Persae*

Digitized by Google

ex Romanis miseriis voluptatem capientes, Romani imperii ditionem devastant. ὃ καὶ πεποίηκε. Reg.

403, 2. μεγάλας ταραχάς. ἀπογνόντες ἑαυτῶν] Reg.

Ibid. 15. κατὰ τὸ Σαρβανόν. πολλῆς δὲ ἁλώσεως.

Ibid. 19. καὶ τὸ τοῦλδον] Reg.

405, 10. καὶ πολλῶν ἀναιρεθέντων τῶν βαρβάρων] Reg. vox male omissa.

Ibid. 18. Χοσρόου ὁ Βαρὰμ ταῦτα ἐπιστέλλει] Reg. *Hormisdae Chosrois filiae, haec Baram scribit.* haec integra superscriptio. ἔφασκεν ἀγανακτεῖν.

406, 3. τὰς τῶν στρατιωτῶν ῥόγας. πῶς τοὺς μεγιστάνας.

Ibid. 18. καὶ φιλόφονον· τὸ ἄπιστόν τε, καὶ ἀλαζονικόν, καί] Reg. etc. male φιλόπονον, quod magis virtutis est; *amantem, ac patientem laboris;* non, *caedibus inhiantem, ac saevum;* qualem Baram Hormisdam traducit.

408, 8. πρὸς τὸν Ὁρμίσδαν ἀντέλεγεν.

Ibid. 17. κατὰ τῶν λαγόνων] Barb. Peyr. sic et Simoc. l. 4 c. 7. κατὰ τῶν λαγόνων παιόμενος: *ad ilia caesus, acerba morte extinctus est.*

409, 7. πάντες οἱ περὶ τὸν τοῦ ἵππου ἐπιβάς.

410, 8. παραλαβόντες τὸν Χοσρόην.

Ibid. 19. πολέμου δὲ κροτηθέντος φοβεροῦ] Reg. *tremendo conserto certamine.*

411, 10. τινὰς δὲ τῶν ἐν αὐτοῖς χριστιανῶν.

Ibid. 18. ἐπινίκια εἱστία Ῥωμαίους] Reg. *triumphali epulo Romanos excipit.* Theophyl. l. 5 c. 5. Χοσρόης Ῥωμαίων τε καὶ Μήδων τοὺς ἡγεμόνας εἱστιᾷ. *Romanorum Persarumque tribunos epulo excipit,* cuius illic epuli barbaricam magnificentiam describit.

412, 12. ἐν τῇ Μέσῃ οὖσαν, ὅνπερ πρώην] sic Reg. absque voce τόπον. *in loco qui Media dicitur, dicto olim Praetorium.* sic plane sonant verba nulla vi. ubi foedo librariorum errore, nihil interpreti emendato, ὁ Μαυρίκιος ἐπὶ τὴν Εὐρώπην. tu repone ex Theophyl. l. 5 c. 16, Cedr. miscella, Anast. ὁ Ἀβαρικὸς ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἐκύμαινε πόλεμος. *alta pace Oriente composito, bellum Avaricum in Europa aestuabat;* Europam turbabat.

413, 3. ἐξελθόντι δὲ αὐτῷ ἐν τῷ πολέμῳ] librariorum iterum errore: repone ex citatis iam auctoribus; ἐν τῷ ἐξ-

Digitized by Google

δώμῳ: *profecto ad locum qui Septimum dicitur*, una ab urbe parasanga, ut citatus Simocata. δὲ καὶ ἐξαισίων. Reg.

413, 12. τῶν ναυτῶν ἀποῤῥησάντων. Reg. etc.

414, 7. post narratam monstri huius Theophanis verbis editionem, subdit Anast. *quo viso, imperator praecepit ut occideretur:* idque ex pleniori cod. habuerit, vel est mutuatus ex Simoc. l. 6 c. 1, ex quo ista Theophanes sublegit. πρὸς τῷ τέλει δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ.

415, 16. ἐπὶ πλεῖστον ἀντεπαρετάξαντο θάῤῥος] Barb. verum neque hoc sanum, sed emend. ex Simoc. l. 6 c. 5, ubi is ita effert, ἐπὶ ἐπίπλαστον θράσος ἐφοίτησαν: *confugerunt ad fictam audaciam.* scripserit ergo Theophanes, ἐπίπλαστον ἀντεπαρ. *simulatam audaciam opposuerunt;* in eo commento posito, quod apertis portis, pugnam comminarentur, ἐν δειλίᾳ ἐξαισίῳ ὄντες: ut bene Pal. Peyr., legitque Anast. *cum gravissimo pavore tenerentur.* dolendum sic omnia devorasse interpretem.

416, 7. ἀβουλίᾳ δὲ καταστρατηγεῖ] bene emendatum εὐβουλίᾳ, legitque Anast. *solerti consilio adversus innumeram multitudinem armatur.* Simoc. l. 6 c. 5. ἀγχινοίας ἀκόλουθον βουλὴν προηνέγκατο.

417, 11. οὐ πρὸς τοὺς βαρβάρους] liquet ex Simocat. l. 6. c. 6, ipsaque serie leg. Ἀβάρους, sive Ἀβάρεις: sic enim ille Priscum Chagani querelis respondentem inducit. κατὰ τῶν Σκλαβίνων ἄρασθαι πόλεμον· μὴ γὰρ οὐ ταῖς Ἀβαρικαῖς συνθήκαις τε καὶ σπονδαῖς καὶ τὸν Γετικὸν καταλύσασθαι πόλεμον. *bellum hoc adversus Sclavos susceptum esse. non enim pactis et foederibus cum Abarum gente initis, etiam in Getas expeditionem impediri.* in interpr. emenda statim, *ad praedam effusum cum rescisset.* πρὸς τὸ πραιδεύειν. κρατήσαντες πολλῆς.

418, 1. ἠμέλει· καὶ ἐν τρίτῃ ἡμέρᾳ] Reg. etc.

419, 3. τοὺς τὴν φρουρὰν αὐτῷ πεπιστευμένους] non bene interpr. *quibus sui corporis custodiam demandaverat;* imo, quibus castrorum, et exercitus. Simoc. lib. 6 cap. 9. τῆς διαφρουρᾶς κατημέλησαν, ἣν σκούλκαν σύνηθες τῇ πατρίᾳ φωνῇ Ῥωμαίοις ἀποκαλεῖν. *custodiam neglexerant, quam scultam patrio sermone Romani de more vocitant:* id puto quod nostris, *la garde:* unde idem non omnes eiusmodi custodes in patibulum actos ait, quod nimiae fuisset severitatis; sed, τοὺς φρουράρχους: *praefectos custodiae,* nonnullis aliis durius virgis caesis. ἐτελεύτησεν ἐν ΚΠ. ἡ πενθερὰ Μαυρικίου.

Digitized by Google

419, 16. *καὶ τὸ πολεμίαν ὑπεῖναι*] Reg.

420, 6. *ἰχθυοτροφεῖα.*

Ibid. 10. *Ἀντιοχείας Ἀναστάσιος*] hic secundus episcopatus est Anastasii, qui anno Iustini quinto amotus fuerat. chronic. Alexandr. *τούτῳ τῷ ἔτει Ἀναστάσιος πατριάρχης Ἀντιοχείας ἐπανῆλθεν ἐν Ἀντιοχείᾳ μετὰ τελευτὴν Γρηγορίου πατριάρχου γενομένου. τοῦ καὶ διαδεξαμένου πρὸ τούτου τὸν αὐτὸν Ἀναστάσιον*: ubi Rader. *qui vivus etiam Anastasium receperat.* scripserit forte *exceperat.* ego, *qui et ante Anastasio suffectus fuerat.*

Ibid. 17. *ὁ μὲν οὖν Πρίσκος*] addit interpr. quod historiae repugnat. *de sua exauctoratione Priscus certior factus, eductis* etc. imo antequam de illa quicquam sciret, sic exercitum traiecerat: *τούτων οὔπω ἐπέπυστο*: inquit Theophyl. alia itaque ratione id factum, quam idem explicat lib. 6 cap. 11, quod nimirum haud sibi satis tutum trans amnem existimaret, ac barbarorum inopinata irruptione opprimi metueret. at nec illud apte redditum, *τὴν μετάβασιν ἀκηκοώς*, *ut Romanas acies ulteriorem ripam suo transitu obtinuisse Chaganus intellexit:* nondum enim obtinuerant, quam ut obtinerent parte praedae ex pacto cedere necesse fuit, ut clare auctor prosequitur ex eodem Theophyl. sit ergo, *audiens transitum;* in procinctu scilicet. Theophyl. *τὴν ἀπόβασιν. descensu audito:* ut ibi interpr. nempe ad flumen.

421, 15. *ἐν ἐπισήμῳ ἑστῶτι*] ita plane errore scriptum, pro *ἑορτῇ*, ut legit Anast. habetque Theophyl. lib. 6 cap. ult. *ἐν μεγάλῃ τινὶ καὶ περιφανεῖ ἑορτῇ. celebri quadam solennitate, ac frequenti Aegyptiorum conventu. τῷ δὲ Σέσωστρι.*

422, 14. *οἱ τοίνυν Ῥωμαῖοι. εἰς τοὺς τόπους τῶν οἰκείων γόνεων*] Reg.

423, 3. *τὸν λαὸν κατεπράϋνε. ὁ Πέτρος τῷ βασιλεῖ. χιλίους προτρέχειν. τὴν αἰχμαλωσίαν ἀποσφάξαντες*] locum mutilum, ac nullo constantem sensu, sic ex Cedr. utcunque restituas. *ἀποσφαξάντες ἔφυγον. καὶ αἰχμαλωσίας οὐ πολλῆς κρατήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, ἐπὶ τὰ Ῥωμαϊκὰ ὑπέστρεψαν. iugulatis barbari captivis in fugam se dederunt; Romani vero non multis admodum receptis captivis, in suos fines recesserunt.* ceterum Theophyl. paulo aliter rem narrat, semelque ac iterum occisos a barbaris captivos; alios cum primum Romani occurrissent, alios cum se ab eis expugnari, ut nulla spes salutis reliqua esset, viderent.

Ibid. 17. *ἀκούων Σκλαβῖνα ἔθνη. εἰς Νόβας παραγένε-*

Digitized by Google

το. Theophylactus venisse quidem Petrum Novas narrat, nihil tamen eiusmodi in ea urbe illi accidisse refert, sed in Asimo, ubi esset lectissimorum illud militum praesidium a Iustino illic constitutum, quod is frustra amovere conatus sit, coactis praesidiariis in sua castra. sic l. 7 cc. 2 et 3.

424, 20. *τούτων ἀκούσαντες οἱ προτρέχοντες, μηνύουσι τῷ στρατηγῷ*] Reg. Barb. Peyr.

425, 11. *ἐν μοίραις δύο*] Simoc. lib. 7 cap. 4 sic exprimit. *λαμπροῖς δώροις καὶ λαφύρων ζημίαις. amplis muneribus, ac spoliis restitutis*, etc. quod est illud duplum reddere.

Ibid. 15. *ἀπὸ τῶν πορθμίων*] sic legit Anast. cum reddit, *a fretis sagittantes:* Theophyl. citatus: *ἀπὸ τῶν πορθμιδίων κατατοξεύοντες: e vectoriis naviculis tela mittentes*, quod et reddidit interpr. quanquam exiguo amne, qualem idem auctor describit, potuerint Romani in adversam ripam ad angusta freta sagittas mittere, exque ea hostes depellere; uti paulo post habetur, barbaros ex ripa alia Romanos adaquantes telis divexasse, ac tandem profligasse; nec forte naves vectoriae sic facile Romanis ad manum fuere. *κατὰ τῶν λαγόνων* Barb. *τῆς λαγόνος*. Reg. *ἐκινδύνευσε τὸ στρατόπεδον*. Barb. *λόχμης δὲ ὑπούσης. cum dumi essent; saltu existente ad alteram ripam.* Theophyl. *δάσεως δὲ τέμπους ὑπόντος.*

426, 12. *εἰς τὸν Ἴστρον ποταμὸν εἰς νομάς*] plane, *Νόβας*, uti etiam legit Anast. Theophyl. lib. 7 c. 7. *τὸν Ἴστρον ποταμὸν διαπεραιωθείς, τετάρτῃ ἡμέρᾳ καὶ εἰς Νόβας τὰς ἄνω ὁ στρατηγὸς παραγίνεται. traiecto Istro, quarta die Priscus etiam Novas superiores venit:* alia nimirum eiusdem nominis in Romana ipsa ditione existente urbe.

427, 9. lacunam sic ex Anastasio utcunque suppleas. *Πρίσκος ἔφη, τὴν Σιγγιδόνα πόλιν Ῥωμαίοις ἀποδοῦναι. urbem Singidonem Romanis restitueret.* tum sequatur Chagani responsio; *οὐ μίαν πόλιν. num unam urbem*, etc. refert Theoph. lib. 7 cap. 10 et 11 istud fuse colloquium. *δουλουμένας βαρβάροις*. emend. ex eodem Anast. et misc. *Ἀβάροις.*

Ibid. 19. *τῶν Ἀρεοβίνδου*] Cedr. *τὰ διακονίσσης τὴν ἐκκλησίαν* interpr. *ad diaconissae compitum.* malim, *ecclesiam sanctae deiparae, quae diaconissae dicitur.* sic palam Zonar. *ὁ ναὸς τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου, ὃς τῆς διακονίσσης λέγεται.*

428, 3. *ὁ Χάγανος τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις*] Reg. *τὴν Βάλφης*. Barb. *τὴν Βάλκης*. Theophyl. *Βάγκαις· καὶ τὰς περὶ αὐτὴν μʹ πόλεις: quadraginta adiacentes urbes, sive oppida vastavit.* Simoc. *φρούρια: castella, sive munita oppida.*

Digitized by Google

pessime editum, ac contra codd. fidem, τὰς περὶ αὐτὴν μητροπόλεις. nam metropolis una unius provinciae est, non quadraginta uni adiacent urbi. ipsum est quod paulo ante Chaganus comminatus fuerat, pro una Singidone, 40 se Romanis erepturum urbes.

428, 14. νῶτα τούτων γενόμενος] Reg.

429, 2. τὴν Τομοσίαν πόλιν] leg. Τομαίαν ex Theophyl. et Anast. quae et superius nominata fuit.

Ibid. 11. εἰς] τὸ Θέρμιον] ex Anast. emend. Σέρμιον. *qui tum Sirmii residebat.* τοῦτο μαθὼν ὁ Χαγάνος. habet haec explicatius Theophyl. l. 7 c. 13, ex quo non satis apte haec breviata, nisi post illa verba, τριάκοντα σημείων τοῦ Κομεντιόλου, haec exciderunt, τὰς σκηνὰς συμπηξάμενος: quae ipsa interpr. bene repraesentat.

430, 10. οὕτω μὲν οὖν οἱ Ῥωμαῖοι] illud, ἐν ὄχλῳ λαμπρῷ plane vitiosum, emenda ex Anast. et Theophyl. εὐώχουν λαμπρῶς. *splendide epulabantur, felici adversus Romanos successu elati.*

431, 2. φοβηθέντας.

Ibid. 7. παρῄνει τὸν βασιλέα πρὸς] Reg. *imperatorem senatus hortabatur, ut* etc. post Δριζήπερα sic lacunam sarcias ex Anast. remque pluribus narrante Simoc. lib. 7 cap. 15. ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν Ἀρμάτωνα ἐξέπεμψεν ὡς τὸν Χαγάνον πλήθη δώρων ἐπιφερόμενον εἰς τὰ Δριζήπερα, ὅστις. *imperator Armatonem misit cum multis muneribus ad Chaganum, Drizipera; qui* etc. ἐκολάκευεν. Reg. etc. Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος.

432, 8. πεντήκοντα χιλιάδας] totidem habet Anastasius. *quinquaginta millia;* at Theophyl. εἴκοσι: *viginti*; quae summa longe minor. ὡμολόγησεν. Reg. uti et Anast. singulari numero, consentanee Theophyl. qui unam excipit causam, nempe belli in Sclavinos. *promisit se non transiturum, Istrum.*

Ibid. 15. ἐν οἷς ἦν καὶ Φωκᾶς. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν] Reg.

434, 14. τοῖς δὲ τέταρσιν αὐτοῦ υἱοῖς] Barb. ἐπὶ πολλὰς δὲ ὥρας.

435, 14. κατασκοπῆσαι τὰ τῶν βαρβάρων σκηνώματα] placet Theophyl. lib. 8 cap. 3 κινήματα. *hostium motus explorarent:* quid illi molirentur; quo spectarent illorum consilia. etiam Anast. *explorare barbarorum praecepit motus.* ac vere ineptum, τό, σκηνώματα.

Digitized by Google

436, 8. *βαρβάρους δισχιλίους*] liquet mutila haec referri ex Theophyl. citato, ex quo sunt breviata, qui barbaros huiusmodi captivos praeter Avares, 6200 ponit: Sclavinos, 8000. illud item, *ἀποδοῦναι τοὺς βαρβάρους μόνον* palam mendosum, ex iisdem emend. *τοὺς Ἀβάρους*: ac plana ratio, concessisse Mauricium roganti Chagano suos potius Avares, quam alios barbaros. Cedr. tamen in omnibus huic auctoris textui consentit. *ἐξέρχεται εἰς νομάς*. saepius hic erratum in ea voce: *εἰς Νόβας*. Theophyl. lib. 8 cap. 4. Barb. *Novas proficiscitur*. *ἀδιόδευτον εἶναι ἀπὸ ἐτῶν πολλῶν*. Barb. *ἐννενήκοντα* ait Theophyl. *ab annis* 90 *minime tritam*.

Ibid. 17. *ἐπὶ τὴν Φιλιππούπολιν*] Reg. etc.

438, 11. *ἐπὶ τὴν Κωνσταντίαν*] Reg. Peyr. *τὴν Κωνσταντίολον*: Simoc. *Κωνσταντίολαν*. alia plane urbs a CP. quicquid P. Goar suspicatus sit, eo deceptus quod sequitur, de Chagani adventu Byzantium. id enim postea secutum est, ut pluribus exponit Theophyl. cap. 5, singula quaeque distinguens. *τοὺς καταράκτας*, Danubii sint cataractae noti Straboni et Suidae.

Ibid. 19. *τὸ τῶν Ἀντῶν ἔθνος*] ubi male *ναυτῶν* ex Reg. habetque P. Goar, ac frustra ad varias lectiones recurrit. *mittit Chaganus ad Antorum gentem* (Hunnicam scilicet ad Moeotidem paludem) *ut tanquam Romanis faventem deleat*. de ea Iornand. et Procop. Henricus Valesius ad Menandri excerpta foedos in ea voce antiquariorum errores scite annotat. Iustinianus in edicto fidei, inter alios titulos, *Ἀντικὸν* se dicit, ab ea utique gente debellata, sive alias Romano imperio addicta: beneque monet Rader. non esse mutandum *τό*, *Ἀντικός*, in *Λαζικός*. *προσερρύη τοῖς Ῥωμαίοις*. *ἀπολαβεῖν τὴν ἁμαρτίαν*. Cedr. Reg. etc. nempe singulare hoc peccatum necis tot militum. *τοὺς πατριαρχικούς*. *τὰς ὑπ' αὐτούς*, omnino legend. non *αὐτῶν*, vel *αὐτόν*; quod secundum habent Reg. et. Pal.

439, 10. *καὶ εἰς τὰς λαύρας*] omissum in versione; in notis bene expositum.

440, 2. *ἐκ τοῦ χαρακτῆρος*] de hac Christi imagine extat pulchra narratio in auctar. t. 2, ubi in not. quomodo eius violatae religionis ergo Occidentales a Leone defecerint Greg. II pontifice. *διυπνισθεὶς οὖν ὁ βασιλ.* Reg. etc.

Ibid. 12. *Φιλιππικὸν τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ*] *sororium suum*: sic passim *γαμβρὸς* dicitur, non solum qui filiam duxit, sed et qui cognatam, ab uxoris cognatis.

441, 11. *πεμφθεὶς ἐντολικάριος*] anno scilicet 18 Mau-

Digitized by Google

ricii. Anastasius ubique procuratorem reddit, et est subditorum ad principem, ut P. Goar ex Pancir.

441, 16. *τῇ δὲ νυκτὶ ἐκείνῃ*] Reg. etc. *καὶ μετὰ ἁγίων*.

442, 6. *διά τε τὴν τῶν ἵππων ταπείνωσιν*] Theophyl. *τῆς ἵππου*. *equis valde diminutis*. *εἰς ηόνους αὐτοὺς ἐνέβαλε*. Anast. *in dementationem eos immisit*. forte, *demetationem* ut enim Simoc. cap. 6 navigia compingebant ut traiicerent, Mauricii iussa executuri, cum paululum remisissent ferociam: verum imbres, frigusque in priorem eos mentem revocavit, et ut illic omnino hiberna ducere renuerent. *τῆς στράτας*. Theophyl. *τοῦ χάρακος*. Anast. *viginti millibus procul ab exercitu morabatur*: nec tam bona suis interpr. minus bonis commutare debuit. forte scriptum *στρατοῦ*, vel *στρατοπέδου*, sic multas barbaras voces peperit antiquariorum imperita manus.

Ibid. 16. *τὸν Γουνδόνην, ἔφησε*] Reg. etc. *τὰ τοῦ βασιλέως προστάγ*.

443, 5. *οἱ δὲ ἔφησαν*] Reg.

444, 2. *πάντα τὸν πολεμοῦντα τὴν βασιλ.*] Barb. ut et Theophyl. *σὺν τοῖς δημάρχοις*, *cum eorum tribunis*. omisit interpr. Sergium Prasinorum, Cosmam Venetae factionis tribunos istos expressit Simoc. l. 6 cap. 7.

Ibid. 7. *τοῦ πενθεροῦ αὐτοῦ. τὸν δὲ Γερμανόν*.

445, 1. *οὐδὲν ἡδύτερον τοῦ διὰ ξίφους τεθνάναι*] de Germano cui mortem comminaretur Mauricius intellexit Theodosius eius filius, cum ad autem fugere monuit, ut habet Theophyl.

Ibid. 9. *δι' αὐτοῦ τὸν Γερμανὸν φηγαδευθῆναι*] Reg. etc.

446, 4. *διασώζεται Αὐτόνομος*] Cedr. *εἰς τὸν Αὐτόνομον*: melius, *Αὐτονόμου*. sic et Theophyl. cap. 9. *ἐπὶ τὸν νεὼν Αὐτονόμου τοῦ μάρτυρος*. *salvus evadit ad templum S. Autonomi martyris*; quod ait distare CP. 150 stadiis.

Ibid. 8. *τῶν ὑπὸ Μαυρικίου. τὸν Δήμαργον τοῦ Πρασίνου*.

447, 6. *τοῦ δὲ Γερμανοῦ*] aliter Theophyl. cap. 10. *προτρέπεσθαι, τοῦ Γερμάνου κατειρωνευόμενος, ἐθέλειν*. *visus est Germanum hortari velle ad capessendum imperium, cum Germano illuderet*. sic certe aptius, quam ut Germanus sic ironia dicatur respuisse imperium.

448, 1. *μάθε τὴν κατάστασιν*] Anast. *disce ordinem*.

Digitized by Google

Pontanus: *rerum statum*; P. Goar. *disce modeste agere*. ego, *memineris promotionis*; id est, ut Phocas nostris auspiciis, ac favore modo imperium adeptus sit, nutetque eius potestas, Mauricio adhuc superstite. sic Polyb. *Φάβιος μετὰ τὴν κατάστασιν θύσας τοῖς θεοῖς. post initum magistratum diis sacrificans.*

Ibid. 10. *τῶν τειχῶν μερικὴν*] mallem hiatum agnoscere post illam vocem, quam ut eam murorum ex parte deiectionem in ipsa aede sanctorum patrum, seu ecclesia maiori factam, uti reddit interpr. mihi persuaderem. Cedr. *δι' ὀπτασίας τῶν ἐν αὐτῇ τιμωμένων ἁγίων πατέρων αἰσχυνθέντες, ἄπρακτοι ὑπεχώρησαν. sanct. patrum, qui in ea coluntur visione deterriti, turpiter re infecta recesserunt.* Anast. *post particularem murorum eversionem, hanc quidem non obtinuerunt, bene acceptis sanctorum patrum precibus ad deum directis, et sanctificatione faciente venerabilis templi*, etc. ego sic Graec. expresserim. *post moenia ex parte eversa, cum sanctorum patrum qui illic coluntur, delubrum urbi praesidio esset, illa quidem minime potiti sunt, ob acceptas eorum ad deum preces; ubi etiam venerabiles eorum imagines erectae erant, quas hactenus*, etc. istud de imaginibus, pictaque 1 synodo quo loco habita fuerat, obiter arrepta occasione ab earum cultus acerrimo defensore insertum. sic et Ioan. CP. apologia ad Constantinum papam auct. tom. 2 sextam synodum cum aliis pictam memorat ad palatii vestibulum, quam Philippicus prius abolendam curaverit, quam sibi illud aulam deligeret, velletque imp. ipsam ingredi. sunt haec eius verba. *θεμέλιον καὶ ὑπόβαθρον τοῦ κράτους, τὸ βίαιον καὶ οὐκ ἔννομον προβαλλόμενος· καθεῖλε μέν, καὶ πρὸ τῆς ἑαυτοῦ εἰσόδου τὴν ἀνατεθεῖσαν ἐν τοῖς προαυλίοις τῶν βασιλικῶν εἰκόνα τῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου. fundamentum, ac basim imperii violentiam praestruens, non quod iustum est ac legitimum;*

Digitized by Google

ante suum ipsum ingressum, pro regiae vestibulis appensam sanctae sextae synodi imaginem, sustulit. id ipsum pluribus Agatho diaconus in peroratione act. eiusdem synodi ab ipso descriptorum, ac cui ipse exceptor interfuisset pro notarii munere: qui et addit, sublato Bardane, paceque ecclesiae reddita, depictam iterum fuisse quo loco erasa fuerat, eandem sextam synodum cum quinque superioribus. *ἡ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἀναζωγράφησις σὺν ταῖς ἄλλαις πέντε γεγένηται. πεσοῦσαν κατεπ.*

625, 1. *τῶν Σαρακηνῶν. περιγέγοναν τῶν ὁμοφύλων*] Peyr. legitque Anast. *de contribulibus triumphaverint;* in eo nempe bello quod propter imagines in Leonem conflatum est.

626, 17. *θωπευτικοῖς λόγοις*] Barb. Peyr. etc. solus Reg. male, quod ex eo expressum, ac redditum, *θεοπνευστικοῖς. coepit verbis blandis velle capere.*

627, 6. post vocem *ἀνατροπεύς*, lacuna est ex Barb. Peyr. etc. sarcienda. *ἐπὶ τούτοις χαλεπήνας ὁ τύραννος, ἐπεῖχε τῷ μακαρίῳ, ὡς Ἡρώδης. haec tyrannus moleste habens, beato viro insidiabatur, haud secus ac olim praecursori Herodes.*

Ibid. 20. *σοφῶς καὶ πρᾴως*] Reg. Anast. etc. *sapienter, blandeque.*

628, 8. *προφητευθῆναι τῷ ἀγνώμονι*] Reg. Peyr. etc. *divina gratia illustratum id scelesto illi praedixisse Germanum. ἐπ' ὄνου καθήμενον.*

Ibid. 17. *Ῥώμη Γρηγόριος. τῆς τε πολιτικῆς*] Reg. etc.

629, 6. *ἀριδήλως αὐτὸν ἐλέγχει*] *manifeste redarguit. προσκαλεσάμενος.*

630, 1. *ἡσύχασεν*] *privatus egit in paterna domo.* haec enim vis illius vocis, uti supra in Meletio visum, sic iusso *ἡσυχάζειν* Nicaenae synodi decreto.

Ibid. 20. *φοβηθεὶς ἀνέστρεψεν*] Reg. Peyr. etc. quae vox aptior, quam quae edita, *ὑπέστρεψεν.* est enim velut *pedem referre,* ac *ἀνακάμπτειν;* non simpliciter reverti. Xenoph. *ἐπεὶ ἐγγὺς τοῦ τείχους ἐγένοντο, ἀνεστρέφοντο. cum ad moenia accessissent, retro reversi sunt.*

631,9. *ἀπέστειλεν κατ' αὐτῶν*] Reg. etc. *κεφαλὴν ποιήσας εἰς αὐτούς.* quod etiam legit Anast. *praefecto illis in caput, manete,* etc.

Ibid. 17. *ἔκπαλαι τελούμενα. καὶ πολλοὶ ἀπέθανον.*

632, 14. *Σουλεϊμὰν ὁ υἱὸς τοῦ Ἰσὰμ αἰχμαλωτεύσας. Τιβέριον υἱὸν εἶναι Ἰουστινιανοῦ*] Reg. etc.

Digitized by Google

633, 6. *ὧν Γάμερ ἡγεῖτο*] *e quibus prior erat Gamer;* non summus inter eos, ut reddidit interpr. liquet enim ipsum Sulimanem summum ducem fuisse, qui ex 90000 60000 millia ipse educeret; denaque millia in singulos tres reliquos praesides, ad belli levandam molem, ac distrahendas Romanorum vires, uti solet in eiusmodi, ac in dies cernimus, distribuisset: ubi etiam minus attento interpr. decem, ac viginti millia, mille sunt, ac duo millia. egregium vero Arabibus exercitus sic angustos educere. *καὶ τούτου ἐχόμενοι*: *post eum proximi, καὶ μετὰ τούτους Σουλεϊμάν*: *post hos denique;* ut solus expeditionis ordo referatur, non ducum dignitas notetur.

Ibid. 15. *πλείους ὅπλοις ὤλοντο*] Anast. *plures ex his armis ipsis perierunt:* graviori forte armatura, quae impedimento fuerit ad expediendam fugam, aliudve quod ex pugnandi arte sit. sequitur in Peyr. *ὀκτακόσιοι δὲ που ὁπλομαχῖται ἐξ αὐτῶν. octingenta tamen supra sexies mille ex eis armati pugnatores*, etc.

634, 4. *παρανομωτάτου Σύρου*] Anast. Reg. etc. *nequissimi Syri*, nec bene *Isauri*, quod redditum est. positum id pro Eutychianista, seu Iacobita, quod erant maximam partem Syri, ac audiebant Iconoclastae; qui et ipsi tollendo imagines, incarnationis veritatem tollerent; quo eos nomine, et ut veros *Δοκήτας* multis exagitat S. Niceph. in antirrheticis, dignis certe quae aliquando Latio donata fiant publici iuris. *ἀνδριὰς τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου*. non esse hunc integrum Theophanis textum, sed alia quoque scripsisse quae S. Niceph. habet, ut de Arcadii statua ad Xerolophum collapsa, liquet ex Anast. pleniora haec referente, quod P. Goar non advertit.

Ibid. 16. *ἐν ᾗ μία διεσώθη ἐκκλησία*] *in qua sola ecclesia servata est;* maior scilicet, ac Nicaenorum patrum conventu, pictisque imaginibus celebris. *ὑμεῖς οὐκ εὐποϱεῖτε.* sic bene Peyr. legeritque Anast. *vos non valetis.* Cedr. quoque: *ὑμεῖς οἱ τῆς πόλεως ἀδυνατεῖτε. vos cives non valetis. κατὰ ὁλοκάτιν μιλιαρίσιν.* sic Reg. nec variae lectiones hic confingendae.

635, 20. *κατά τε Σικελίαν*] sic omnes codd. ubi male editum *Συρίαν*: refert enim dicta Leonis an. 16 quae et Cedr. recitat; nempe *φόρους κεφαλικῶς ἐπιθεῖναι τῷ τρίτῳ μέρει τοῦ τῆς Σικελίας, καὶ Καλαβρίας λαοῦ· census imposuisse capitatim pendendos tertiae parti populi Siciliae, et Calabriae;* quae solae fere eius ditionis in Occidente residuae erant.

Digitized by Google

636, 13. ἀγριώτατος θὴρ] Reg. etc. *saevissima fera.*

637, 8. γαμβροῦ τε αὐτοῦ ὄντι] Reg. etc.

638, 9. τὸν δόλον νοήσας.

639, 3. ἐκ προσώπου ὄντα] S. Niceph. τὴν βασιλέως χρείαν εἰς Βυζάντιον ἀποπληρῶν. *Byzantii imperatoris vicarius;* qui ipse Monutes.

640, 3. κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν] *tota urbe*, ut bene Anast. non ut redditum, *per singulas civitates:* de sola enim CP. sermo, in qua Artabasdus imperatorem agebat.

Ibid. 9. Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεύς] non bene omissa prior vox interpr. siquidem et Artabasdus imperator acclamatus fuerat.

641, 3. ἐκράτησεν] Parb. Peyr.

Ibid. 8. καταποθῆναι. σὺν τῇ πόλει αὐτοῦ. σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ] Reg. etc.

642, 3. αὐτόμολος. χαρτουλαρίῳ τελοῦντι] Peyr.

Ibid. 7. τῆς διαθήκης δέ μου. εἰ ἐμοὶ πείθεσθε.

Ibid. 16. θεολογοῦντος ἀκούσαντες] *audientes de deitate loquentem.*

643, 13. στρατολογήσας] *militum delectu habito.* sic et Anast. nec quicquam ad rem, *dum iter ageret;* res tanta non defunctoriam operam, sed totos tyranni conatus exigebat. S. Niceph. ἐπιστρατεύει κατὰ τῆς τῶν Ἀσιανῶν χώρας, καὶ τὰ ἐκείνης χωρία ἐλυμαίνετο πικρῶς. sic enim emend. non ἐπημαίνετο. *suscepta in Asiae regionem expeditione, populationibus infestam reddebat.*

644, 6. ὑπερμάχους Κωνσταντίνου] Reg. etc.

Ibid. 13. καὶ κατῆλθεν κόνις εἰς τόπους] Anast. *cinis descendit per loca.* interpr. *pulvis imbris instar in diversa loca decidit.* adduci non possim, ut sic exponam, aliudve putem τό, τόπους, quam nomen proprium, vicumque ac locum peculiarem; ipsum forte ad quem Leo Basilii filius celebre monasterium virorum eunuchorum extruxit, quod SS. Lazari et Mariae Magdalenae sacris exuviis ditavit. εἰς τοὺς λεγομένους τόπους, inquit Leo grammaticus p. 481 sic nuncupato loco, ac regione sive urbis, sive quae parum ab urbe distaret in Thracensibus. satis ad miraculum, ac ostentum ut certo uno loco sic pluat pulvis, et ut in annales referri possit. Cedr. cum nihil amplius explicet, satis indicat proprium se nomen istud accepisse. valde inaccuratus auctor, ut his voculis loca varia, pluraque intelligi voluerit.

Digitized by Google

644, 16. *κρατεῖ τῆς ἀρχῆς Ἰζίδ*] *imperium capessit Isid cognomento Lipsus.* non bene interpr. *Cui filius Izid successit:* satis enim sequentia indicant non fuisse Validi filium, cum Marovam illius se filiis regnum asserturum praetexens in eum movisse describatur, eiusque subinde fratrem, quem et sustulit: ipsosque postmodum filios Validi.

645, 2. *θνήσκει ὁ Ἰζίδ.*

Ibid. 8. post *Σουλεϊμάν*, ubi mendose *θνήσκει*, ut dandum aliquid coniecturae, legam ego, *φθάσας*; nec aliud auctor scripserit, *cum venisset ad fluvium Litam.*

646, 14. *ἐν οἷς ὁ Μονούτης.*

Ibid. 16. *αὐτούς. ἐγένετο δέ.*

647, 5. *περιεβάλοντο*] ultimum, *καὶ γυναικείαν στολήν*, male repetitum ex Reg. non habet Peyr. eius loco Anast. reddit, *cilicinum vestimentum;* ut vox alia alii substituta sit. *τῷ ἀπὸ τοῦ ἐπισκόπου κουράτωρι Μαρκελλίνῳ.* emendate Peyr. *cum Marcellino curatore ex Gangrensi episcopo. μονοστράτηγον πεδήσας.* Anast. *vinctum patri per murum monstrabat;* ego, *e muro aspectandum vinctum ostendebat:* non, *vinculis de muro suspensum*, uti redditum est. erat enim Artabasdus Nicetae pater in urbe, eique Constantinus consueto stratagemate vinctum filium pro moenibus obtendebat, ad illius inflectendum animi robur, ac tentandam deditionem.

649, 2. *ὁ βοηθῶν τῷ ἀσεβεῖ*] Peyr.

Ibid. 14. *μάλιστα δὲ σωφροσύνῃ*] bene Anast. *maximeque pudicitia; castitate:* non ita bene, *temperantiaque maxime τὸν δὲ Ἄβας τὸν πολλά.* Reg. etc.

650, 8. *ἐστασίασαν δὲ καὶ οἱ*] Reg. etc.

Ibid. 18. *ἐξαποστείλας ἀόπλους, προσελάβετο καὶ τοὺς πρὸς πατρὸς συγγενεῖς*] Reg. etc. *securitatis fide concessa emissis inde inermibus Arabibus, etiam suos paterna ex stirpe cognatos assumpsit, ac Byzantium transtulit.* non ut sonant verba interpr. ipsos Arabas inde eductos cum consanguineis, Syrisque aliis monophysitis ita transtulit. Cedr. habet *τοὺς πρὸς μητρὸς συγγενεῖς.* etiam Anast. *suos materna ex linea descendentes.* quid habuerit S. Niceph. non liquet, statim coepta huius expeditionis narratione occurrente grandi hiatu in eius historia.

651, 17. *προμαστίζων τὸν ἀσεβῆ Κωνσταντῖνον*] Reg. Peyr. *verberum hoc praeludio impium Constantinum castigans.* libet hanc luem, quam praeter Theoph. eiusque sublectores,

Digitized by Google

etiam S. Niceph. exaggerat, S. Theodori Studitae gravissimi auctoris verbis referre. sic ergo ille in patre suo Platone. *ἐπειδὴ δὲ ἐνέσκηψε κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ὀργὴ οὐράνιος ἄγει με γὰρ ταύτην δηλῶσαι ἡ ὑπόθεσις· φθορὰν ὅτι μάλιστα ἐπάγουσα πάνδημον, οὐκ ὀλίγαις μὲν ἄλλαις χώραις τε καὶ πόλεσι, μετενδημοῦσα, ὥπερ τις Αἰγυπτιακὴ μάστιξ ἐκ τῆς δὲ εἰς τήν δε, μάλιστα δὲ τῇ βασιλιζούσῃ Βυζαντίδι. ταύτῃ τοι καὶ καταλύουσι τὸν βίον οἱ ἀείμνηστοι. οὐκ ἄκαιρον δὲ ὠφελείας χάριν καὶ τὸν τοῦ θανάτου τρόπον ἐπισημᾶναι. γένοιτο γὰρ ἂν τὸ διήγημα ἐκδειματοῦν τὰς ψυχὰς τῶν συνετῶς ἐπαϊόντων. ἑωρᾶτο ἐξάπινα ἐν τοῖς ἑκάστου ἐσθήμασι ἐν βαφίδι ἐλαιώδει τὸ σημεῖον τοῦ ζωοποιοῦ σταυροῦ κατεστιγμένον, οἷα παρὰ χειρὸς ὡραιογραφούσης. μᾶλλον δέ, ἐπεὶ θεοῦ δακτύλῳ, καὶ ὑπέρτερον ἐθροεῖτο ὁ ληφθείς, ἐπεισῄει εὐθὺς ὁ θάνατος· αὐθήμερον τοῦ αὐτοῦ καὶ νεκρὸν ἐκκομίζοντος, καὶ νεκροῦ ἐκκομιζομένου. δύο ἐπιτοαυτὸ ἐπὶ σκίμποδος· δὶς δύο ἐπὶ ζώου ἀχθηφόρου· φόρτοι ἀλλεπάλληλοι δυστυχῶν σωμάτων· θρῆνοι τανταχοῦ ἠχούμενοι, καὶ ἐλρεινολογίαι. ἡ τὸ νοῦν οἱ ἐκκομισταί· ἐσπανίζοντο οἱ ἐνταφιασταί· ἐκλείοντο οἶκοι· ἐκενοῦντο ῥεγεῶνες· ἐπληροῦντο πολυάνδρια, διὰ μέσου δυοῖν μηνοῖν, τῆς πολυανθρώπου τε καὶ μυριοίκιδος πόλεως, ἐρήμου καὶ ἀοικήτου ἐποφθείσης. ταῦτα ἐν ἡμέραις Κωνσταντίνου τοῦ δυσσεβοῦς βασιλέως, ὑφ' οὗ ἡ εἰκὼν τοῦ Χριστοῦ καθυβρίσθη, εἴδωλον πλάνης ὀνομασθεῖσα παρὰ τοῦ λαοπλάνου ἐξαγίστου.* *quia vero per id tempus dei ira coelitus ingruit (cogit enim argumentum eam narrare) quae interitum maximum, plebisque perniciem universae, non exiguis aliis oppidis, atque urbibus, sed praecipue urbi Augustae Byzantio afferret, haud secus ac Aegyptiacum flagellum quoddam ex alia, ad aliam civitatem, ac regionem commigrans; hac quoque sempiterna digni memoria Platonis parentes vitam commutant. haud vero importunum, ut et utilitatis gratia, mortis ipsum genus perscribatur: sit plane narratio eiusmodi, quae eorum animis qui prudenter obaudient terrorem iniiciat. apparebat repente vivificae crucis signum, singulorum vestibus olei tinctura, velut peritae manus, ac penicilli artificio, aspersum. imo, quod dei digito, altiorique providentia sic notatis terror incuteretur, confestim mors subingrediebatur; ut uno die idem tum mortuum efferret, tum mortuus ipse efferretur. erat videre duos simul in eadem sandapila; quattuor eidem iumento impositos; miserabilium cadaverum aliam alii succedaneam vecturam. ubique lamenta, planctusque personabant: pollinctores vires deficiebant; qui iusta persolverent rari extabant: claudebantur domus; in plateis nulli extabant; tumuli cadaveribus pleni erant; ut duorum*

Digitized by Google

mensium spatio urbs populosissima, innumeraque hominum multitudine frequentissima, deserta pene, ac habitatoribus desolata extiterit. contigerunt haec imperante impio Constantino, a quo dei imago probro habita est, quam scelestissimus impostor erroris simulacrum appellaret. Bellus scilicet antistes nostrae aetatis sectariis.

652, 4. *ἔν τε τοῖς τῶν ἀνθρώπων ἱματίοις, καὶ εἰς τά*] Reg. Barb. etc. post vocem *ἀπειρίᾳ*, grandis irrepsit lacuna contra Reg. cod. Cedr. Anast. etc. fidem. nam sequitur, *κατέλαβεν δὲ καὶ θεομηνία ἀφειδῶς ὀλοθρεύουσα οὐ μόνον τοὺς ἐν τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν. sed et divina invasit ultio, quae non solum existentes in urbe, verum etiam in circumvicina urbis regione nullo delectu internecioni daret. ἐγένοντο δὲ καὶ φαντ.*

Ibid. 14. *ἔσχατον ἐξηγοῦντο. ἑώρων δὲ τοὺς αὐτοὺς καὶ εἰς οἴκους. ὥστε καί*] Reg. etc.

653, 3. *ὑποτετρακανθήλους σανίδας*] Barb. Peyr. *iumentorum in quadrum clitellis instructorum dorso instratis asseribus, imponerent.* interpr. *animalibus in quadrum ad invicem iunctis*, etc. id genus machinae sic in quadrum iunctis animalibus haud satis capio, nec Anast. aut S. Nicephorus quicquam insinuant, apud quos solum stratos dorsis animalium asseres sic egerendis defunctorum corporibus invenio. favet allatus modo S. Theod. verbis illis, *δὶς δύο ἐπὶ ζώου ἀχθηφοροῦ. videre erat quattuor uni iumento impositos*; quot sane vehere robustum iumentum sic clitellis velut quadrifidis, ac asseribus instructum, nihil incommodum erat; quattuor vero iumentorum vecturae, ea coniugatione quam sibi P. Goar confingit, nec duodecim aut quindecim corpora fuissent satis; quibus efferendis longe commodior curruum usus, e quibus itidem facile sic sine more, ac temere in scrobem, fossamque coniicere.

654, 4. *ἐκινήθησαν ἐκ τῶν*] Reg. etc.

Ibid. 8. *τούτων γὰρ μετά*] Barb. *συγγενεῖς μὲν καὶ αὐτοί*] Reg. etc.

655, 17. *καὶ καταληφθείς.*

656, 11. *συλληφθέντων θησαυρῶν*] Reg. etc.

Ibid. 19. *ἡ ἐπὶ Μαρουὰμ ἅλωσις*] *vastitas*, desolatio ex bellis ab eo gestis.

657, 8. *ἐκ τῆς τοῦ Χαγάνου*] Peyr. etc.

658, 8. *καὶ κατὰ τὴν Ἀραβίαν*] Reg. etc.

Ibid. 14. *συγγενεῖς τῶν προαρξάντων*] *iis iuncti sangui-*

Digitized by Google

ne qui rerum summum ante tenuerant. imperio in Saracenos ante potiti erant. illud interpr. *nuper dominium adeptis*, in eos magis quadret, qui tum rerum summam capessiverant, ac imperio vitaque Maruam exuerant.

659, 3. *καθ' ἑκάστην ποιῶν*] Anast. Reg. etc. male *καθ' ἑκάστην πόλιν*. non ita Constantinus urbes obibat in singulis conventus habiturus, sed in una urbe, ac CP. conventus eiusmodi quotidie habebat, ac quam erat editurus absolutam impietatem (sequenti nimirum anno publica e publico conciliabulo imaginum proscriptione) parturiebat: qui est clarus sensus auctoris.

Ibid. 8. *χορδάψῳ*] Reg. etc *καὶ Κωνσταντῖνος*.

Ibid. 15. *ἐκ τῶν καθολικῶν θρόνων*] Reg. etc. *cum nulli universalium sedium vicarii adessent.* sic enim ego tum omissam particulam *ἐκ* exposuerim, quam omnes codd. repraesentant; ut sit velut *ἐκ προσώπου*. tum vocem *καθολικῶν*, qua non fides hic designetur, sed universalis pro patriarchatus ratione auctoritas; etsi tum revera quattuor illae Sedes rectae fidei haerebant, una Constantinopolitana ab ea devia. eodem argumento auctor invectivae in Constantinum Caballinum tom. 2 auctarii nostri pseudosynodum istam exagitat. *ποῖος πατριάρχης εὑρέθη ἐν αὐτῇ; ὁ Ῥώμης οὐ κατεδέξατο ἐλθεῖν· ὁ Ἀλεξανδρείας, οὐδ' ὅλως· ὁ Ἀντιοχείας, οὐδὲ τὸ σύνολον· ὁ Ἱεροσολύμων, οὐδὲ ἅπαξ. λοιπὸν ποταπή ἐστιν αὕτη ἡ σύνοδος πατριάρχην μὴ ἔχουσα. quis in ea patriarcha inventus est? non sustinuit Romanos antistes ad eam accedere: Alexandrinus adesse noluit: Antiochenus conventum sprevit: Hierosolymitanus omnino respuit.* plura idem auctor in eam rem, totamque Constantini, ac parentis Leonis historiam, nec non eorum adversus sacras imagines tragoediam, quae sint illustrando Theoph. plura item S. Niceph. luculenta illa confutatione Copronianae huius synodi; ac eius quae eam confirmavit, pseudosynodi Theophilianae, quae extat in Reg. codice. S. Stephanus iunior. "qui oecumenicum illud concilium vocari possit, quod nec Romanus antistes (citra cuius auctoritatem nullo modo fieri potest, ut res ecclesiasticae ad normam redigantur) gratum habuit, nec denique Hierosolymitanus?" tanta certe Romani antistis in synodis, quae oecumenicae sint, auctoritas, ut nec Graeci schismatici post discessionem a Rom. sede, habitasque synodos in Ignatii ac Photii causa, ullam sibi synodum oecumenicam numerare praesumpserint.

661, 10. *ἐπελθεῖν τε αὐτοῖς μελετῶντα μετὰ*] sic ex Vat. emendatum in Barb. legitque Anast. *atque in eos irruere*

Digitized by Google

meditantem, cohibuit cum copiis. hic certe unus sensus congruit; ut ita victor Abusbulim in Syros Arabas irruere voluerit, non ut Syri Arabes clade tanta attriti in victores Maurophoros; quod edita ex Reg. et aliis habent. idcirco etiam ea repressi conatus iniuria in Abdelam exacerbatus, in interiorem Persidem movisse statim narratur; qua in expeditione eiusdem Abdelae dolo sublatus est. *εἰς τὴν ἐνδοτέραν.* Reg. etc. non ut male editum, redditumque, *δευτέραν.*

661, 19. *ἑνωθείς τε αὐτῷ*] *illi unitus;* cum eo ad colloquium admissus, ac cum ei ut summo amerae dominoque dux ipse minor astitisset, ab eo occiditur propriis manibus; dissipatis statim larga munerum exhibitione, quas adduxerat, turmis. haec auctoris clara sententia, nonnihil obscurius interpr. expressa.

662, 9. *εἰς τὴν Θρᾴκην. διὰ τὰ κτισθέντα κάστρα*] *ob novas conditas urbes, et oppida:* quibus scilicet habitarent, qui translati fuerant e Syria, et Armenia: clarius haec, pauloque forte diversa S. Niceph.

Ibid. 20. *τῷ δ' αὐτῷ ἔτει*] cum sit novus annus, emend. ex Peyr. etc. *τούτῳ τῷ ἔτει.*

664, 4. *μηδὲν ἀξιόλογον τῆς ἐκεῖσε κληρουχίας ἔχοντες*] *cum supernae illi haereditati nihil comparabile, ac dignum haberent.*

Ibid. 14. *στρατηγὸν τῶν Ἀρμενιάκων*] Anast. Reg. etc.

Ibid. 17. *ἐλθὼν εἰς Βερέγαβαν*] Cedr. *εἰς τὴν κλεισοῦραν Βερέγαβαν. veniens ad clusuram Beregaba,* non ut hic interpr. distinxit.

665, 6. *μετέθη ἡ κάρα*] de Graecorum tota traditione circa S. Ioannis caput, eiusque triplicem inventionem docte brevi proditura v. cl. Caroli du Fresne Ambianensis lucubratio, patri Goar audita et expectata, mihi etiam auctoris humanitate, qualem fere digessit, visa; nec sine voluptate lecta. ad calcem extabunt, quos mihi tractatus eminentissimi cardinalis Mazarini in eam rem luculentos bibliotheca suggesserat: in quibus praecipuus qui tertiam Comanis Constantinopolim inventionem ac translationem sacri pignoris Ignatio patriarcha, Michaëleque et Theodora AA. auctoris aequalis stylo gravi enarrat, necdum iuris factus publici; cuius etiam Romae penes doctissimum, ac amicissimum Leonem Allatium exemplar extat. *τό, κατὰ τὴν Ἐμεσηνῶν πόλιν.* ego, *in templum eius, quod extat magnificum in urbe Emesa;* in qua etiam erat Spelaei monasterium.

Digitized by Google

665, 18. *ἐγένοντο δὲ καὶ ἐν*] Reg. etc.

666, 4. *εἰς τὸν οἶκον τῆς πλάνης αὐτῶν*] nihil cogit ut ipsum Mechae templum cum P. Goar intelligamus; nisi Dabecum ipsa Mecha esset, quod non facile suadeat. satis enim auctor haec omnia in eo oppido, eiusque Meschita factum indicat; nec in Arabia, ubi Mecha, sed in Perside, cuius Maurophori populi, ac apud quos Abdelas iam imperaret, extincto Maruam, ac superiorum Arabum imperio: qui ipse protosymbulus sit, cuius ita filium desipientes Maurophori adulationis excessu deum sibi sanxerint. ita sane p. 407 invenias Aaronem Arabum supremum ducem extruxisse Tyanae *οἶκον τῆς βλασφημίας αὐτοῦ*: nempe Meschitam unam, uti ubique solent in urbibus quas suae faciunt ditionis; nisi in eum usum Christiana templa commutant, uti factum CP. et supra Damasci, etc.

Ibid. 13. *πέμψας ὁ Σαλήμ*] Peyr. *ὁ Ἔλιχος*. Anast. etiam, *Selichus*. *εἰς τὴν καθολικήν*. Reg. Peyr. etc. non adiecta voce, *ἐκκλησίαν*: quod et elegantius.

668, 2. *τὴν διὰ γῆς. ἐθνῶν χιλιάδας κς'*] Reg. et Pal. etiam Peyr. *ς'* habet, etsi in eo prior numerus excidit.

Ibid. 20. *κομβένδον ποιήσαντες*] Reg. *κομβέντον*, Peyr. vox est Latina, *conventum facientes*.

669, 11. *Θεόδωρον τὸν πατριάρχ.*] Reg. etc.

670, 9. *ἀπό τε Χαζαρίας, καὶ Βουλγαρίας*] sic Anast.

671, 1. *ἀκωλύτως*.

Ibid. 17. *οὗτος ὁ λόγος*.

672, 3. *ἐξῆλθον πάλιν οἱ Τοῦρκοι*] Reg. Peyr. etc. *Ἀράβων*, *ἐξ ἀμφοτέρων*. *κεφαλαλγούμενον αὐτὸν ἢ μίκραν*. Reg. etc. *μέλι εἰ ταῖς ῥισίν*. Reg. et Pal. at Peyr. ut est editum, legitque Anast.

Ibid. 14. *ὁ αὐτὸς εἰσέ*] Anast. *Hise*, ut sit, *ipse Iseibimusae* paulo ante nominatus, ac qui reipsa Abdelae morem gessit, ut remedium sic dementans acciperet. male ergo emendatum *εἶξε*. ita fere consuevimus, ut semel expressis nominibus oblongioribus, aut compositis, ex prioribus literis, aut syllabis eadem repetamus: uti hic quoque in eadem voce factum lib. ult. *τὸν δὲ Ἰσεὶ ἀναίσθητον*. *Iseibimusae sensibus destitutum domum reportarunt.* Reg. Peyr. etc. *πληρωθεὶς τὰ περὶ τὴν κεφαλήν*, *πάσας τε τάς*. sic ex Reg. una cum Peyr. sanus textus, ut nihil desit, autve redundet, uti notatum est. *Μουὰμ δὲ τῷ*. leg. cum Anast. *Μουαμὲδ τῷ* maiori depravatione editum *Μονάμ*.

Digitized by Google

673, 10. *συγκαθεζομένου αὐτῷ*] Peyr. emend.

675, 2. *τοὺς τὴν ὑπ' αὐτοῦ βασιλ.* Barb. Peyr.

Ibid. 13. *ταῖς ἀκταῖς προσορμισθέντων*] *cum ad petrosas oras appliciuissent.* *τραχεῖς τόποι*, ii dicuntur. act. 17. *loca aspera*, importuosa; ad quae naves vento flante tutam stationem habere nequeant. exponit S. Niceph. his verbis. *ἀλίμενος γὰρ ὁ τόπος, καὶ τοῖς πλέουσι δυσφορώτατος. importuosus enim est locus, et navigantibus difficilis.* non ergo bene, *cum littora legerent*, etc.

676, 9. *τὰ πάθη αὐτῶν*] Reg. et Pal. at Peyr. et Anast. *αὐτοῦ*, ut editum est. *ac eius vitia traducerent;* nempe Constantini apud ipsum Stephanum inclusum ad quem itarent; cuius etiam criminis ab eo rei acti sunt. sic certe fictus ille ex aulico Constantini monachus Gregorius in vita Stephani, deluso eodem Stephano, ac ab eo monachi habitu derisorie impetrato, cogi se ac socios a Constantino ad Iudaismum, ac Saracenorum impietatem apud eum simulatis lacrymis questus est: ita nimirum persuasum habente tyranno de ipso re ipsa queri, qui ex animo orthodoxi essent, ac Stephano addicti. cavebat nimirum nequissimus homo quam diligenter ne impius audiret, eoque nomine quanquam in omnibus obsequentissimum, ac eius addictissimum haeresi patriarcham Constantinum saeva nece sustulit, quod secreto prodito susurrans Nestorianismi eum insimulasset. nihil ad rem, quod redditum est: nec auctor *τὰ πάθη*, sed *τὸ πάθος*, vel magis *τὸν ἆθλον* scripsisset, ut ita de ipsius martyris triumpho loqui voluisset. hoc sensu Naz. *παραδειγματίσας καὶ θριαμβεύσας τὴν ἁμαρτίαν ὡς ἀξίαν ὕβρεως.* pro altera lectione Regii cod. et Pal. maxime facit, quod habet ipse Theophanes Constantini anno 27 pag. 373 abs se hic dicta explicans; cum ait dictos proceres idcirco ab eo neci datos, ac in iis Strategium Podapogurum, quod cum alias turpis, ac nefariae libidinis Constantino minister esset, rei pertaesus, beato sancti Auxentii incluso (nempe S. Stephano iuniori) eas turpitudines sacro exhomologesis ritu exponeret. *ὑπονοούμενος τὴν ἐκ τῶν ἐξαγορεύσεων προσγινομένην αὐτῷ αἰσχύνην. veritus probrum quod ex confessionibus illi accedebat.* en ubique quid *τὸ πάθη θριαμβεῦσαι*, sive sua, sive etiam Constantini, occasione sua ipsorum confitendi, cuius turpitudinum aut conscii fuissent, aut ministri; ac quam belle ad Stephani isthaec tracta praeconia. *σπαθάριος κατὰ τὸν Βησήρ. Beseris spatharius.*

677, 13. *κληρικούς τε καὶ μοναχούς, καὶ λαϊκούς, μύστας αὐτοῦ καὶ*] Reg. etc.

Digitized by Google

678, 9. *οἱ δὲ λεγόμενοι παρ' αὐτοῖς. ἀφάτους τοῦ Θεοῦ. ἐπισκόποις καὶ μοναχοῖς, καί.* Reg. etc.

Ibid. 18. *ἐγγράφως, καὶ ἀγράφως ἀποκηρύττων*] *scripto, ac viva voce proscribens.* interpr. ad *πρεσβείας* refert; quod minus placet. liquet ut Constantinus utrovis modo insectatus sit S. Mariae, et sanctorum aliorum intercessiones, ex vita S. Stephani iunioris, invectiva Ioannis sive Hierosolymitani sive Damasceni, eius pseudosynodi actis, eorumque confutatione, tum quae extat in 7 synodo, tum quae necdum prodiit S. Nicephori.

679, 12. *ἀναδείξας αὐτό*] Peyr. etc.

Ibid. 16. *ὁ αὐτὸς μέν. καὶ Ταρασίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ*] Anast. Reg. etc.

680, 8. *ὁ ἀπὸ Σκλάβων*] libertusne, cuius ea ratione ordinatio illegitima dicatur? aut forsan, meliusque, quia eunuchus; sponte scilicet eviratus, ad aulae obsequium, quod clero inhabilem facit; non humana iniuria sic mutilatus, uti eunuchus fuit S. Ignatius, iure post modum creatus patriarcha Constantinopolitanus. *οὐ μὴν δὲ καὶ τά.* Reg. etc.

Ibid. 14. *τὸν Οὐαλεντινιανὸν ἀγωγόν*] Reg. *Οὐαλεντινιανοῦ.* Peyr. Anast. *aquaeductum Valentiniani.* etiam S. Niceph. *τοῦ ὕδατος ὁλκὸν ὃν Βαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς κατεσκεύασεν. aquaeductum illum, quem Valentinianus imperator olim extruxerat.* verum Theophanes Valentiniani anno 4 Valenti hoc aedificium tribuit, hactenusque *Οὐαλεντινιανικὸν* vocari asserit, quod illic Reg. aliique codd. constanter habent. melius ibi Cedr. *Οὐάλεντα* ait appellasse quasi suo indito nomine, ex quo melius *Οὐαλεντικὸν* fiat quam quod vel hic, vel ibi apud Theophanem habetur. *ἐπιλεξάμενος ἐκ διαφόρων. καὶ τοῦ Πόντου. καὶ τῶν νήσων.* Reg. etc.

682, 4. *ἀναβιβάσαντες αὐτόν*] Reg. etc. *λαβὼν τὸ ὠμοφόριον.* haec est quam depositionem realem vocant, seu degradationem, quam et mortis poena secuta sit. percussio illa in faciem ipso libello fiebat, eratque id moris in iudiciis. sic et Heraclium in Crispo, seu Prisco fecisse habes apud S. Nicephorum. *τῇ δὲ ἑξῆς.*

Ibid. 11. *σηρικὸν καὶ ἀμανίκωτον κονδόν*] Reg. etc. Anast. tamen *ἤρινον*, cum reddat, *laneo brevi, et sine manicis vestimento:* quod et aptius videatur, serica veste minus forte congrua huic, quam Constantinus ludebat, scenae. *σαχματουμένου.*

683, 13. *μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας*] Reg. etc. *δύο γὰρ τέ-*

Digitized by Google

κνα αὐτοῦ. latet me unde P. Goar in not. tres habuerit; nisi eum memoria fefellit: tertius enim Nicetas abrogata iam Constant. dignitate natus videtur.

684, 1. *ἐν τοῖς Πελαγίου*] Reg. etc. *in Pelagii sepulchra*. hic emend. Cedreni textus, quo habetur, *εἰς τὸ πέλαγος*: plane, *εἰς τὰ Πελαγίου*. vel ut ipse scribit, *τὸ Πελάγιον*.

685, 8. *τὴν ἐκ τῶν ἐξαγορεύσεων*] Reg. etc. *προσοικειοῦσθαι τοῖς τοιούτοις. καὶ τῷ μακαρίῳ Στεφάνῳ τῷ ἐγκλείστῳ*. sic legit redditque Anast. quicquid modo codd. vocem *Στεφάνῳ* desiderent. liquet de eo S. Auxentii incluso martyre hic agi, de quo supra, cum ipsius Strategii, ac sociorum certamen relatum est, ea occasione quod ii ad illum frequentes irent, suaque illi peccata sacro exhomologesis ritu exponerent: ut sunt fere etiamnum apud Graecos soli religiosi, *οἱ πνευματικοί*, ac confessarii, quos vocamus; quicquid nostrates multi aegre ferant id nobis muneris, ac mendicantibus, tanta Romanorum pontificum indulgentia, et ut velut vicarios suos in animi foro toto constituant, delegari. male ergo P. Goar nescio quem sibi Macarium S. Stephani iunioris socium inclusum confingit. tantam hanc in monasticum ordinem scelestissimi tyranni sevitiam libet hic paucis S. Theodori verbis in Platone patre referre. *ἤκμαζε τηνικαῦτα ὁ χειμὼν τῆς ἀσεβείας, Κωνσταντῖνος ὁ δυσσεβὴς λογισμός, τὸ τῆς κακίας δοχεῖον, ὁ πολυκέφαλος δράκων, ὁ τῆς εἰκονομαχικῆς αἱρέσεως τριστάτης, ὁ τοῦ μοναδικοῦ τάγματος πικρὸς διώκτης· ὅς τίνα μὲν τῶν καθ' ἡμᾶς Ναζιραίων οὐκ ἐξηφάνισε· τίνα δὲ κρυπτόμενον οὐκ εἰς μέσον ἤγαγε· ποῖον δὲ ἀντιφερόμενον οὐ κατέσπασεν εἰς τὸ τῆς ἀσεβείας βάραθρον· ὡς εἴ που τινὰ ἐναπολειφθέντα τῶν ἐπιφανῶν, ὥσπερ τινα σπινθῆρα ἐν ἀποβύστῳ τοπῷ κείμενον, ἐν νεκροῖς λελογίσθαι παρὰ τῶν ἔτι ὑπὲρ γῆς ὄντων. vigebat tunc temporis impietatis procella, Constantinus mens impia, nequitiae conceptaculum, multiceps draco, iconomachorum haeresis dux alter, monastici ordinis saevus persecutor. quem ille nostrorum Nazaraeorum non sustulit? quem latitantem non in medium produxit? quem resistentem non in impietatis barathrum detraxit? ut siquis ex illustribus alicubi superstes esset, velut scintilla in obscuro loco posita, inter mortuos iis computaretur, qui hactenus super terram lucis usura fruebantur*: qualis subinde S. Plato describitur, quem plerique vivere nescirent, miraculo habitus cum extincto tyranno Byzantium petiit, relicta tantisper solitudine, ubi vere scintilla unus ipse in monachorum multam segetem provexit. *εὐθυνῆσαι τὰ εἴδη*. Reg. etc

Digitized by Google

685, 18. *γεωργοὺς ἐγύμνωσεν*] Reg. etc. etiam Anast. *denudavit.* redditum velut esset *ἐγύμνασεν. duris laboribus exercuit. τό, ὑλογραφία,* S. Niceph. *κηροχύτου ὕλης εἰκονογραφία: imagines cera fusae:* ipsa vox etiam, ligno factas, quod Anast. reddidit, sonat; rudiusque legisse *ξυλογραφίας. ἐν τῷ Ἀβραμιαίῳ.* huius ecclesiae historiam, ac Christi in ea characteris luculenter auctor anonymus auct. nostri tom. 2.

687, 11. *προσαπαντώντων*] Reg. Peyr. etc. *τῇ γ' τοῦ αὐτοῦ.*

Ibid. 18. *σὺν τῷ τοῦ Κωνσταντίνου υἱῷ*] Barb. Peyr. etc. ipseque Reg. nisi quantum vox breviata difficilem lectionem facit, ac exscribentem fefellit.

688, 2. *καὶ ἐσκύλευσαν αὐτὴν*] Reg. etc. *eam depraedati sunt:* male fallentibus oculis exscriptum, *ἐκύκλωσαν. ὁ Σουλάχ. ὑπὸ τὸ θέμα τῶν Θρακησίων.*

689, 6. *ἀπογνοὺς ἑαυτοῦ*] Reg. etc.

Ibid. 14. *ἔπρασεν πάντα τὰ μοναστήρια*] Reg. etc.

690, 3. *ἀλείφων, ὑφῆπτε πῦρ*] *ignem succendit.* Reg. etc. *παρέπεμψεν.*

Ibid. 14. *οἱ δὲ Μομψουεστεῖς.*

Ibid. 20. *ἐκ προσώπου ὢν τῶν ἐκεῖσε*] *qui Cypriorum in urbe procurator erat.*

691, 16. *εἰς τὰ κάστρα ἅπερ ἔκτισεν*] Reg. etc.

692, 4. *ἐπέρασαν τάτε φλάμουλα*] Reg. Peyr. etc. *ἀπολύσας δὲ τούς. ἐπάρας, τὸν στρατὸν ἐν σπουδῇ ἀπεκίνησεν. π' χιλιάδας:* etiam Anast. Peyr. etc. ut sit palam vitiosa Regii cod. lectio *ιγ' χιλιάδας.*

Ibid. 18. *ὡς λύσας τὴν πρὸς τοὺς Βουλγάρους εἰρήνην*] Reg. etc.

693, 4. *ὁ δὲ Τελέριγος*] Reg. *Τελέριχος.* Peyr. utrumque iuxta varias lectiones Anast. nemo quod est editum, *Τζέριγος. βουλῆς εἰμὶ τοῦ ἐκ φυγεῖν.* Reg. etc.

Ibid. 10. *ἐκούρασεν πάντας*] Cedr. *ἀπώλεσεν.* Anast. *dissecuit medios:* quo tamen sensu nunquam reddita ea vox, etsi apud Theoph. crebro occurrat, sitque detondere. quid si ita detonsos aula amandavit? satis id poenae forsitan, et ut illa audita sic Constantinus canos vulserit.

Ibid. 18. *καὶ εὐπλοήσας*] Reg. *felici navigatione usus.* Peyr. *ἐμπλοήσας,* quod et Anast. legisse videtur: *navigans, navem ingressus.* post vocem *παρεδόθην,* illustrior Cedr. litera.

Digitized by Google

διὰ τὴν θεοτόκον Μαρίαν· ἀλλ' ἀπὸ τοῦ νῦν τιμάσθω καὶ ὑμνείσθω ὡς θεοτόκος ἀληθὴς οὖσα. vivus adhuc igni inextinguibili traditus sum propter sanctam dei genitricem Mariam: deinceps vero colatur illa, atque laudetur, ut quae vera dei genitrix existat. quem nimirum titulum homo Nestorii fuligne aspersus, ut testis illi cognominis Constantinus patriarcha, abrogatum ei pridem voluit.

694, 13. *Λέων καὶ Μαδὶ υἱοί*] Reg. etc.

Ibid. 20. *ἐπιλεγόμενον Κάσιν*] sic Reg. perinde ac alii: nusquam *Καῦσιν*, quod nec bene *ἀπὸ καπνοῦ* deduceretur. putem ego excidisse secundam syllabam, ac scripsisse auctorem *Κάπνισιν*: quod nomen est *ἀπὸ τοῦ καπνοῦ* formatum.

695, 12. *νηπίου αὐτοῦ ὄντος. σωρευομένου καὶ αἰτουμένου*] Reg. etc.

696, 1. *καὶ τῶν ἔσω ταγμάτων*] *praetoriani*, aliique urbi praesidio existentes.

Ibid. 14. *ἰδοὺ ἀδελφοί*] Reg. etc. *Κωνσταντῖνον βασιλέα*. Reg. Pal. etc. emendate.

697, 6. *προῆλθεν δὲ καὶ ἡ. μετὰ τὸ ὑπὸ τῶν σκήπτρων διὰ τῶν σχολῶν*] Reg. Peyr. etc. etiam Anast. *sceptris obsequentibus per scholas antelatis.* id est, obsequii causa antelatis per scholas clavis honorariis.

Ibid. 16. *παρασταλῆναι ἀμφοτέρους ἐκ τοῦ μέσου*] *in ordinem redigendos*; rebus amovendos.

698, 14. post *Γερμανίκειαν*, grandis lacuna Regii cod. et editorum suppl. ex Anast. Barb. Peyr. *καὶ ἦν ἐκεῖ ὁ Ἰσβααλὶ ὁ θεῖος τοῦ Μαδί. καὶ ἔλαβον πάσας τὰς καμήλους αὐτοῦ· καὶ ἤμελλον παραλαμβάνειν καὶ τὴν Γερμανίκειαν, εἰ μή. erat autem illic Isbaali Madi patruus, cuius etiam camelos omnes ceperant: quin et Germaniciam capturi erant, nisi*, etc.

699, 2. *δύο χιλιάδες Ἄραβες*] Anast. legit ξξ.

Ibid. 13. *ἀπολύσας καὶ ἄρχοντας μεγάλους κατὰ κάστρον*] bene Anast. *destinatis per singulas civitates magnis principibus;* praecipuis praesidibus, qui illis solertia caverent, Arabumque conatum depellerent. male interpr. cum ducibus confundit, quos voluit cum delecta trium millium manu hostium exercitum insequi, palantis cohibere, pabula igni consumere.

700, 1. *παρεκάθισαν τὸ Ἀμήριον*] Reg. etc.

Ibid. 14. *ὡς οὐδὲ Λυσίας*] Anast. bene, Barb. Peyr.

Digitized by Google

non ut Regius, οὓς *ea saevitia, qua ne unquam Lysias*, *aut Agricolaus*.

702, 6. ἐπολέμησεν αὐτό] Peyr. etc.

704, 2. σὺν τοῖς υἱοῖς, τῷ πραιτ.] Reg. Peyr. etc.

Ibid. 11. οἱ θέλοντες σωθῆναι, ἀκωλύτως ἀποτάσσεσθαι] Reg. etc. bene Anast. *qui volebant salvari, sine impedimento mundo renunciare:* monachi institutum arripere, quod Constantino imperante capitale fuit: quin et Leone eius filio, uti anno ipso superiori auctor prosecutus est. nihil ad rem quod redditum est, *haeresibus nuntium remittere.* noti tituli de renunciantibus. laudatus saepe Theodorus. ἀλλ' ἧκεν ἡμῖν ἡ Χριστοφόρος Εἰρήνη, ἡ φερωνύμως βασιλεύσασα, ἐξ ἧς μετὰ τῶν ἄλλων καλῶν, καὶ ἡ τοῦ μονάζειν παντὶ τῷ βουλομένῳ ἀνέῳκτο θύρα, πάλαι ὑπὸ ἀσεβοῦς βασιλείας κεκλεισμένη, καθάπερ ὑπὸ ἑλληνιζούσης τὸ χριστιανίζειν. ἐντεῦθεν ἡ περὶ ἡμᾶς μὲν πανέστιος ἀποταγή· τοῦ δὲ πανευφήμου πατρὸς ἡ μετὰ τὴν ἡσυχίαν ἡγεμονία. *at venit nobis Christi plena spiritu Irene, quae pro nominis ratione pacate imperium administravit. huius munere cum aliis bonis hoc quoque allatum est, ut cuivis volenti monastici instituti arripiendi ianua pateret, quae olim impiis rerum summa potientibus clausa extitisset, uti Graecis imperantibus vetitum erat, ne quis Christo accederet. hinc factum ut tota nostra familia nuntium mundo remitteret; utque laudatissimus pater post solitariae vitae certamina monasterii praefecturam iniret:* nimirum repudiata olim etiam Nicomediensis ecclesiae maiori praelatione solitudinis amore, cum ad eam urbis praesul hortaretur. ἄρχειν τῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα προέδρου προτρέπεται: tum puto, cum Leo Constantini filius recens auspicatus imperium religiosior haberi voluit, eamque ob rem μητροπολίτας ἐκ τῶν ἀββάδων ἐν τοῖς πρωτίστοις θρόνοις προεβάλετο: Leonis anno 1 p. 378. *primariarum civitatum sedibus administrandis ex abbatibus metropolitas elegit.* καὶ τὰ μοναστήρια ἀναρρύεσθαι. *reparari monasteria:* excepto enim Dalmatae praecipuo urbis monasterio, militum usibus addicto, reliqua in urbe Constantinus everteret.

706, 6. ιε'. χιλιάδας ἀπέκτεινε] Peyr. legitque Anast. ac palam refert Burnichem Arabum ducem, qui sic 1500 Romanorum ducis occiderit; non ipse amiserit. Ἀντώνιον τὸν δομέστικον.

707, 10. μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἰνδικτιῶνι ζ'] ita Reg. Peyr. etc. non ut editum Ἰανουαρίου ζ'.

Digitized by Google

707, 18. *κτίσασα καὶ τὴν Ἀγχ.*

708, 3. *τῶν Φλώρου.*

709, 5. *ἀμφιβάλλεσθαι ὁ περὶ τῶν*] Reg. etc.

Ibid. 17. *ἄλλον ἢ Ταράσιον τὸν ἀσηκρῆτις.*

710, 9. *ἀνέλαβον. ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀποφηναμένου, καὶ μηδ. ὡς τὸν ζυγὸν τοῦ φορτίου μὴ δυναμένου μου*] Reg. etc. *οἱ τῇ τοῦ θεοῦ.*

713, 11. *κατετόλμησαν ὡς ἔδοξεν.*

714, 3. *ἐν Ἀντιοχείᾳ καὶ Ἀλεξανδρείᾳ*] Anast. Reg. etc.

Ibid. 6. *λόγῳ καὶ ἔργῳ.*

715, 2. *ὁ δὲ λαὸς τῶν σχολαρίων*] hunc militum Constantino addictorum adversus sanctam 7 synodum insultum cum alii prosequuntur, tum perstringit laudatus Theodorus, sui in eo Platonis operam, constantiamque depraedicans, qui nec antea haereticorum minas timuerit, nec tunc *τὴν ἀποτροπὴν καὶ ἐπιδρομὴν τοῦ στρατιωτικοῦ τάγματος, militaris ordinis inhibitionem , ac irruptionem formidaverit; ἡνίκα ὥρμησε πρὸς τὸν μέγαν νεών, καταβοῶν τοῦ προέδρου, καὶ ἀνευφημῶν τὸν κατὰ τῶν σεπτῶν εἰκόνων ψευδοσύλλογον. καὶ μικρὸν ὕστερον, ὁπότε διελύετο τὸ τῆς ἀληθείας ἄθροισμα, καὶ ὡς ἐκ μέσου λεόντων ἡ βασίλισσα ὑπεξῄει, ἄνευ αἵματος, ὡς εἰπεῖν, δειχθεῖσα μάρτυς· καὶ ὁ ἡμέτερος καθηγητὴς τῷ ἀρχιερεῖ συνεπόμενος, οὐδὲν ἐπὶ τοῖς τετολμημένοις ἐδεδοίκει. μικρὸν γάρ ἐστι τὸ ἐν τῇ Νικαέων συνόδῳ ἐκ δευτέρου εὑρεθῆναι, διὰ τὸ ἐκ μέσου τότε γεγονέναι τὸν ἀτίθασσον λαὸν καὶ ἀτεράμονα: quando nempe is, in magnum templum impetu irruit, sublatis adversus antistitem clamoribus, falsumque adversus venerandas imagines laudans Constantini conventum. paulo post etiam, cum soluto veritatis coetu, ac velut e medio leonum submisse Augusta egressa est, sine sanguine, ut sic loquar, martyr effecta, praeceptor noster antistitem secutus nihil temerario eiusmodi ausu exterritus est. quod enim synodo iterum Nicaeae celebratae interfuerit, levius est, quod praefracti illi, ac pervicaces milites amoti essent.* plura tom. 2 auct. adversus Pighium, nimia *ἀνιστορησίᾳ καὶ προπετείᾳ* ipsis synodi actis, quae haec subnotent, crimen falsi dicentem.

Ibid. 8. *ἀναστέλλειν*] Reg. etc.

716, 3. *καὶ ἡ κόρτις*] Barb. et Peyr. *κόρτη*: redditque Anast. *suppellex*: putem dici impedimenta, et quod non raro *τοῦλδον*, et *ἡ ἀποσκευὴ* appellatum est. *πέμψατέ μοι.*

Ibid. 15. *τοὺς δὲ Ῥώμης.*

Digitized by Google

717, 3. *ἀλλὰ τὰ τῶν ἁγίων*] Reg. etc.

718, 8. *διὰ τὴν πρὸς τὴν τοῦ Καρούλλου. ἣν ἦν προμνῆς*] Reg. etc. *μετὰ καὶ Θεοδότου τοῦ ποτέ. cum Theodoto quondam rege maioris Longobardiae*: sic etiam interpr. anno 35 Constantini, quo legitur venisse CP. nec video, ut hic, *filium regis Longobardiae* reddi post putaverit; eamque verba auctoris interpretationem admittere.

719, 1. *ἐκίνησεν ὁ διάβολος.*

Ibid. 10. *ἱκανοῦ πάνυ*] Reg. etc.

Ibid. 19. *μὴ τολμᾷν τινας.*

720, 7. *βαγύλῳ αὐτοῦ τῷ λεγομένῳ*] Reg. etc.

721, 3. *ἀναφανέντων αὐτῶν τὴν γῆν*] forte *κατὰ γῆν* sicque Anast. legerit, cum reddit, *cum terrae proximi cernerentur.*

Ibid. 18. *πρὸς τὸ πιάσαι αὐτούς*] displicet ea vox, cum sit velut hostes insequi, ac comprehendere, quod a vero abhorret ita hic factum. scriptum ergo sit, *πρὸς τὸ πεῖσαι*, legeritque Anast. dum reddit: *ad inflectendum eos.*

723, 2. *βάγυλον αὐτοῦ καὶ πρωτοσπάθ.*] idem enim est qui utrumque esset.

Ibid. 8. *εὐνοῦχον, πρωτοσπαθάριον καὶ ἐπιστήθιον αὐτῆς*] bene Anast. *intimum*, *son favory*: sic crebro dilectus discipulus dicitur patribus, *ἐπιστήθιος*, qui scilicet amoris privilegio super domini pectus in coena recubuerit. nusquam Graecis novae voces desunt, ac ambitiosi tituli. ex his corrig. Cedr. textus, in quo vox *πατρός*, loco *μητρὸς* *irrepsit.* matris, non patris domesticos ita Constantinus exagitavit. *τῶν ἐλευθερίου.*

Ibid. 16. *εἰς τὸ ἐπιλεγόμενον. περὶ τὴν ἑσπέραν. οἱ Βούλγαροι δέ*] Reg. etc.

724, 4. *ἀνθυπέστρεψε κενός. ἐνστάντες πρὸς τοῦτο*] Reg. etc. *μετὰ λόγου προσκαλεσ. data fide*, certaque pactione accersitum, velut nempe suspectum ob Armeniacorum in eum propensius studium, cuius ergo etiam postmodum oculis orbatus est.

Ibid. 17. *τὸ κάστρον Μαρκέλλων.*

725, 3. *μάγιστρον τὸν Λαχανοδρ. πρωτοσπαθάριον τὸν Χαμέα*] Barb. Peyr. *Stephanum protosp. Cameam appellatum*: non enim duo viri ut edita representant. *ἐπῆρασι δέ.* Reg. etc.

Digitized by Google

725, 17. *πεισθεὶς ταῖς μητρικαῖς. ἡμέρᾳ σαββάτου*] Peyr. etc.

726, 10. *τοῦ πεῖσαι αὐτοὺς*] hic plane apta vox, *πιάσαι*, quam p. 393 suffixi. non enim iam unus mittitur, qui auctoritate suadeat uti superius, sed duo duces cum reliquis cohortibus, qui Armeniacorum turmas totas bello capiant, edomentque: etsi secus accidit; missosque ii duces *τοῦ πιάσαι ut se caperent, ἐπίασαν, in potestatem acceperunt.*

727, 3. *εἰσήγαγεν. τὸ κάστρον αὐτῶν*] civitas Armeniorum ex qua hi 1000 vincti in urbem inducti, ac vultibus inscriptis exilio relegati, ipsum Camachum sit, quod statim Arabibus proditum scribitur, ab iis ipsis, qui gentiles suos Constantino prodiderant, nec ab eo expectatam rei mercedem acceperant.

Ibid. 14. *ὑποβολῇ τῆς αὐτοῦ μητρός*] durum istud in Irenem sic aliis praedicatam. habuisse Constantinum coniugem Marinam castitatis suspectam, exque ea suspicione ortum in eam illius odium, Cedr. refert. favisse Irenem Platoni, ac discipulis occasione illius divortii, ac nuptiarum quae secutae sunt dire vexatis, fatetur p. seq. ipse Theophanes; qui ergo ipsa illorum fuit auctrix? non me latet parere aulam non raro talia simulationis monstra, agique in ea pleraque non alio scopo, quam ut plebi imponatur, eaque addicatur: malim tamen cum Theodoro studita totam tragoediam referre in Constantini ipsius regia potestate in adolescentia abutentis luxuriam; nisi etiam referam in Irenes imprudentem diligentiam, qua inuitum iuvenem, spreta Erythro Caroli Francorum regis filia ei praedilecta, olimque desponsata, ad eas nuptias coëgerit; ne forte ipso satis in eas consentiente Constantino, ac quantum necesse erat ut essent ratae. habent non raro non bonos exitus isthaec coniugia; ac vi probata, ipsa facilis ecclesia indulget divortia. verum praestet ipsum Theodorum audire, qui praecipuus ex nepotibus, ac discipulis Platonis fuit, quos auctor seq. p. eius rei causa caesos, Thessalonicam relegatos tradit. ab illo ergo auspicatus, *vae civitati, cuius rex iunior est*, sic prosequitur. *Κωνσταντῖνος τῆς Εἰρήνης ῥάδαμνος, οὗ ἡ πίστις μὲν ὀρθὴ ἐκ μητρικῆς εὐσεβείας ἐσφραγισμένη· ὁ βίος δὲ σκαμβὸς ἐξ αὐτοκρατορικῆς ἀκολασίας ἐξοιστρηλατημένος. ἄρτι γὰρ κρατήσας ἐν νεαζούσῃ ἡλικίᾳ, ὁμοῦ μὲν τῆς μητρικῆς αἰδοῦς καὶ φυλακῆς ἀφηνιάσας, ὁμοῦ δὲ τῶν τοῦ θεοῦ νόμων ὑπερφρονήσας, ἐκβαλὼν τὴν νομίμως αὐτῷ συναφθεῖσαν γυναῖκα, μοιχεύει κατὰ τὸν Ἡρώδην. ἀλλὰ τίνος ἕνεκεν ἡ ἱστορία. ὅτι τοῦ προδρόμου ὁμόζηλος ὁ ἡμέτερος καθηγητὴς πεφανέρω-*

καί πως. πάντων γὰρ σχεδὸν συνελθόντων τῇ παρανομίᾳ, μόνος ὡς εἰπεῖν οὗτος σὺν τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ἤγουν φοιτηταῖς ἀκλόνητος διέμεινεν· ὑπὲρ οὗ ὅσα καὶ ἡλίκα δι' ὅλου ἔτους τὰ ἀγωνίσματα· ἀκοαὶ ἐπ' ἀκοαῖς· ἀπειλαὶ ἐπ' ἀπειλαῖς, μαστίγων, ἐξορίσμων, ἀκρωτηριασμῶν. ὡς δὲ οὐδὲν ἐντεῦθεν ἠνύετο τῶν σπουδαζομένων τῷ Καίσαρι, ἐφ' ἕτερον μέτεισι τρόπον· καὶ ἦν τὸ μὲν δρᾶμα, κατὰ τὸ ᾀδόμενον, ἑτέρων· ἡ δὲ χεὶρ Ἀβεσσαλὼν ἡ τοῦτο πρακτεύουσα. ἴστε τοὺς παραπεμφθέντας μονάζοντας, καὶ τὰ σταλέντα γράμματα. καὶ τέλος, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἕωλα καὶ ἀβέβαια, τοῦ πατρὸς τὰ δέοντα ἀντεπιφέροντος καὶ ἀντεπιστέλλοντος, ἡ ἀνακάλυψις τῆς βασιλικῆς μορφῆς ἠκύρωτο, οὐκέτι χώραν ἔχοντος τοῦ προσωπείου φαίνεσθαι. ἀβάλαι τὰ τότε γεγενημένα παρὰ τῶν σταλέντων δύο στρατηγῶν, ὡς ἐπὶ πολεμίων τινῶν πρὸς τὸν ἄοπλον μοναστὴν τοῦ Χριστοῦ, καὶ μόνῳ τῷ θείῳ νόμῳ φραττόμενον. ἤρθη ποιμὴν ἐκ μέσου, καὶ διεσκορπίσθη τὰ πρόβατα ἀπὸ τῆς ποίμνης. οἱ μὲν ἐτύφθησαν, ἄλλοι ὑπερωρίσθησαν, ἕτεροι ἐδιώχθησαν καὶ τό γε ἐλεεινότερον, θέσπισμα βασιλικὸν ἀπροσδέκτους εἶναι πανταχοῦ τοὺς διὰ Κύριον δεδιωγμένους. καὶ ὑπήκουσάν γε οἱ τῶν σεμνίων προϊστάμενοι, καὶ σπάνιος ὁ ἀποτολμῶν εἰσδέξασθαι. καὶ Χριστὸς ἐκάθευδε δι' οὓς οἶδε τρόπους δοκιμάζων τὰ γιγνόμενα· τῶν μὲν βασανίζων τὸν πρὸς αὐτὸν πόθον εἰ ἐπιμένοιεν· τῶν δὲ τὸ ἀπάνθρωπον οἰκτιζόμενος ἐνεγκεῖν εἰς μετάμελον. τί οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀθλητής. ἀποτέμνεται τῶν οἰκείων ἐθελοντής. καταλιμπάνεται μονώτατος, τὴν ψυχὴν θεὶς ὑπὲρ τῶν προβάτων, κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, ὁ ὡς ἀληθῶς ποιμὴν ἀγαθός. ἄγεται ἐπὶ τὸν Καίσαρα ὑπὸ Βριάρεω χειρός. εἱστήκει κατὰ πρόσωπον, εἰ καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν, οἷον Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου πρόδρομος. πλὴν ὅσον ὁ μὲν αὐτοκίνητος· ὁ δέ, ἑτεροκίνητος. ὢ τῆς ἀνδρικῆς καρδίας· οὐχ ὑπέπτηξε τῷ κράτει, οὐκ ἐνέδωκε ταῖς ἀπειλαῖς, οὐκ ἐχαυνώθη ταῖς πιθανότησι, καὶ ταῦτα οὔσης ἀφ' αἵματος τῆς Ἡρωδιάδος ὁμογνώμονος. ἀλλ' ἐφθέγξατο ἀτρέμας, ἀλλ' ὡμολόγησεν ἀναισχύντως τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. εἶπεν ὁ τοῦ Κυρίου πρόδρομος· οὐκ ἔξεστί σοι ἔχειν τὴν γυναῖκα Φιλίππου τοῦ ἀδελφοῦ σου· εἶπε καὶ ὁ τούτου μιμητὴς τὰ ἐφάμιλλα πρὸς τὸν Ἡρώδου ὅμοιον· καὶ τέμνεται μὲν τὴν κεφαλὴν οὐδαμῶς, ὅτι μηδὲ ἐβούλετο ὁ Καῖσαρ μάρτυρα τελέσαι τὸν τῇ προαιρέσει ἀθλήσαντα ὡς προλαβὼν ἀπεφθέγξατο· ὁμολογητὴν δὲ Χριστοῦ καὶ μὴ βουλόμενος ἀπέδειξε, καθείρξας ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ὡς κακοῦργον τὸν θησαυρὸν τῆς ἀληθείας. *Constantinus Irenes soboles, qui recta quidem niteret fide, quam matris pietas obsignaret; cuius tamen vita prava esset, quam sui iuris, effraenisque luxuria furiose ageret. adhuc enim*

Digitized by Google

iuvenili aetate rerum summam adeptus, cum a matris reverentia, tutelaque resiliens, tum divinas spernens leges, eiecta ea cui legitimis nuptiis copulatus fuerat, Herodis in morem adulteratur. at quorsum instituta narratio? eo nimirum, quod et praeceptor noster parem quodammodo praecursori zelum ostenderit. cunctis enim propemodum in scelus concedentibus, solus ipse, ut sic loquar, cum filiis suis, ac discipulis inconcussus permansit: cuius rei causa quot, quantaque anni integri spatio delibata certamina? auditiones aliae alias excipiebant, aliae alias minae verberum, deportationum, lanienae ac sectionis membrorum. cumque his nihil praestaretur, eorum quae Caesaris satagebat diligentia, ad modum alium transit. ac quidem alii, ludebant fabulam, ut vulgo canunt; at Absalonis manus erat, quae illa negotiaretur. scitis qui missi sint monachi, ac quae epistolae. deniqne, quia haec quoque inania fuerant, atque irrito conatu tentata, patre nimirum quae e re erant opponente, ac rescribente, regiae formae decreta retectio, quod iam larvam apparere locum non haberet. heu tum gesta a duobus ducibus, qui velut in hostes quosdam ad Christi inermem monachum, solaque divinae legis armatura instructum, missi sunt. de medio sublatus pastor, ovesque gregis dispersae sunt: alii virgis caesi, alii deportati, fugati alii: quodque omnius miserabilius, imperatorem diplomate sancitum erat, ne usquam qui propter dominum fugati erant tecto, ac laribus exciperentur. paruerunt monasteriorum praefecti, rarusque fuit qui hospitii iura praestare auderet. interim dormiebat Christus, quibus novit rationibus, quae gererentur probans: ac aliorum quidem amorem in ipsum explorans, an perseverarent; aliorum miserans immanitatem, ut ad poenitudinem redirent. quid ergo Christi athleta? sponte a suis abscinditur. solus penitus relinquitur, animam ponens pro ovibus, iuxta evangelium, ut qui revera esset bonus pastor. Briarei manu ad imperatorem trahitur. stat coram, tametsi dictu audacius, haud secus ac Ioannes domini praecursor: uno hoc discrimine, quod alter ipse ultro, alter pellentibus aliis in conspectum adhibetur. o viri forte pectus! nihil dominationem reveritus est, non cessit minis, non probabili expectatione emollitus est, cum praesertim muliercula animo compar Herodiadi sanguinis illi necessitudine iuncta esset; sed quiete locutus, sed verbum veritatis inconfuse confessus est. dixit domini praecursor, non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui; *dixit et eius aemulus paria ei, qui Herodi erat adsimilis. ac minime quidem caput praescinditur; nam neque imp. animo sedebat, ut eum martyrem faceret, qui voluntate certamen desudaverat, uti ipsemet ante professus fuerat: Christi tamen*

vel invitus confessorem fecit, qui in quadam cellula velut maleficum thesaurum veritatis carcere inclusit. pluribus abstineo, ne prolixior videar, quibus ille carceris acerbitatem prosequitur, ipso sacrilego incestarum nuptiarum ministro carceri praefecto, in monasterio vicino Palatio; quibus importune tentatam Platonis constantiam, donec moecho imperatore ad ordinem redacto, rebusque amoto, eum Irene iterum Augusta velut martyrii clarum gloria carcere educit, ac eius discipulorum relaxat exilia: quin ipse, ait, *ἱεράρχης ᾐδέσθη τὸν ἄνδρα ἀπολογίαν ποιησάμενος, καὶ πρὸς ἕνωσιν ἐκκαλεσάμενος· ἣ καὶ γέγονεν, ἐκβολῇ τοῦ στεφανώσαντος, καὶ φειδοῖ τῆς διαστάσεως, ἣν ὅτι μάλιστα φεύγων ἦν ὁ μακάριος. praesul Tarasius virum venerationi habuit, ob ea excusans quae gesta fuerant, atque ad unionem provocans; quae contigit amoto eo qui nuptiales corollos imposuerat, ac studio cavendi dissidii, a quo vir beatus maxime abhorrebat.*

727, 19. *μεθ' ἑνὸς χούρσου αὐτῶν*] *cum uno illorum manipulo congressus.* *εἰς τὸν θεολογόν.* *in Ioannis theologi sacra aede:* hac phrasi decepti quidam habere se putant ex concilii Ephesini actis, versatam aliquandam fuisse S. Mariam in ea urbe, quod a vero, ac decoro alienum existit.

728, 12. *ἐγένετο δὲ καὶ ἐν.*

729, 7. *μηδὲν ἀνύσαντες*] Reg. etc.

Ibid. 20. *τῷ τε κατηχητῇ. οἷς ὑπερασπίζετο*] Reg. etc.

731, 14. *λανθάνομεν αὐτόν*] Peyr.

732, 3. *εἰς τὸ χελάνδιον, τῷ σαββάτῳ πρωῒ κατέλαβον*] Anast. Peyr. *sabbato mane venerunt.*

Ibid. 5. *δεινῶς καὶ ἀνιάτως πρὸς τὸ ἀποθανεῖν αὐτόν*] Anast. Cedr. Peyr. *graviter excaecant, ac immedicabiliter; ita ut hunc mors subsequens confestim extingueret.* ita bene Anast. is enim reipsa significatus excaecantium animus, etsi ea laesione minime extinctus Constantinus, quem Cedr. superstitem tradit tum, cum Nicephorus secundum illud imperium matri abrogavit.

Ibid. 18. *ἀποκατέστησεν αὐτόν*] Reg. etc.

733, 15. *ἀναγορεῦσαι ἐξ αὐτῶν βασιλέα ἀμφότεροι σκοπὸν ἔχοντες*] Reg. etc. adhuc *ἐπιστήθιοι*, iique duo in aula primarii. *intimi ac familiarissimi.*

734, 11. *ἐπῆραν δὲ καὶ τὸ τοῦλδον αὐτῶν, ὑπέστρεψε καὶ αὐτό*] Peyr. etc. *quae cursorum turmae cum et impedimenta eis abstulissent, reversae sunt et ipsae:* ut triplex Ara-

Digitized by Google

